



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Theologiæ Speculativæ Scholasticis Prælectionibus Et
Exercitiis Accommodatæ Libri IV**

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Liber I. De Deo Et Angelis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](#)

CONTROVERSIARVM THEOLOGICARVM

L I B E R . I.

DE DEO ET ANGELIS.

TRACTATVS I.

DE DEO, VT EST VNVS IN NATVRA.

C A P V T I.

DE EXISTENTIA DEI, ESSENTIA, ET ATTRIBUTIS DIVINIS IN GENERE.

CONTROVERSIA I.

*Virum homini in Viâ & Cognitione Naturali posit Immediate Evidens
esse Existencia DEI.*

I. **R**iplici sensu hæc Quæstio formari posset. Primus esset, an immediatè possit homini Evidens esse aliquod Prædicatum cum Deo Identificatum, & converibile cum eodem, sive hæc Identitas ignoretur, sive sciatur à nobis. Secundus esset, querendo, utrum possit in viâ comparati judicium immediatum, quo affirmaretur Existencia Dei prout relucens in Existentiâ Creaturæ, quam etiam & eodem judicio immediatè affirmaremus, sicut audita voce Petri, nobis benè nota, immediatè judicamus existere Petrum, ut connexum cum voce quam audimus, & affirmamus existere. Tertius esset, an seclusa omni connexione Creatura existens cum Deo, possit intellectus immediatè determinari ad judicandum; existere Deum sub conceptu Prædicati, quod omnes scimus esse converibile cum Deo, adeoque ex hypothesi quod tale prædicatum existat, omnium consensu etiam existat Deus.

2. Non movetur Quæstio præsens in primo sensu. Ratio est, quia præsenti questioni non satisficeret, si quis cum Recentioribus quibusdam supponeret, quædam prædicata converti cum Deo, que tamen alij negant converti. v. g. docent Recentiores, veritates necessarias, seu ut rectius dicam, necessitatem propositionum immediatè ex terminis evidentium, ut: *Totum est maius suâ parte.* Quodlibet est vel non est, &c. item Possibilitates & Impossibilitates rerum, adeoque etiam impossibilitatem hujus: *Posse aliquid simul esse & non esse.* quæ est immediatè evidens, has inquam veritates docent illi identificari & converti cum Deo, quem dicunt esse omnium possibilium possibilitatem, & impossibilium impossibilitatem, & omnium necessitatem: hoc si verum esset, uti-

que aliquod Divinum Prædicatum esset immediatè Evidens, & tamen adhuc remaneret indagandum, an immediatè possit esse evidens, existere Deum sub conceptu prædicati indubitabilis, quod sit proprium Dei, cuiusmodi sunt: *Esse Principium Primum omnium, esse Ens sibi sufficiens, omnipotens &c.* hac inquam prædicata, eorumque existentia, non continetur formaliter & explicitè in hac veritate: *Totum est maius suâ parte.* sed opus est longiore discursu, ut eruat: v. g. hoc discursus: Totum esse maius suâ parte, est Veritas necessaria: ergo illius necessitas existit ab æterno: sed nihil existit necessarium ab æterno nisi Deus, Principium primum omnium; ens sibi sufficiens, Omnipotens, &c. ergo existit Deus &c. ergo à primo ad ultimum, quemcunq; lateret hic discursus, eundem lateret immediatè cognita existencia Dei sub conceptu prædicati indubitabilis, quod sit Prædicatum Divinum.

3. Neque etiam procedit Quæstio in Secundo sensu. Vel si quis in hoc sensu eam disputare velit, cum remitto ad Philosophiam, in qua tenui, & adhuc teneo, illa objecta, quæ repetitis argumentationibus & illationibus affirmantur, posse tandem intellectui fieri tam familiaria, ut absque modo tendendi illativo, qui exprimitur per particulam *ERGO*, possit Immediate assentiri simul & semel objecto Materiali & Formali; cuius rei exemplum jam paulò ante insinuavi; qui enim ex auditâ voce Petri, per discursum deduceret Petrum esse præsentem, possit tandem immediatè judicare: *hæc vox est connexa cum Existentiâ Petri, qui est præsens.* ergo hoc ipsum contingere posset illi; qui sapientiæ frequentatis demonstrationibus, quibus ex creaturis existentibus probatur existentia Dei in ratione Primi Principij, acquireret facilitatem judicandi immediatè connexionem existentia creaturæ cum existentiâ Dei.

A

4. Pro-

4. Procedit itaque Quæstio in Tertio sensu an possit existentia Dei esse immediate evidens independenter ab omni connexione cum creaturâ existente, & sub conceptu talis Prædicati, quod omnium consensu est Prædicatum divinum, v. g. *Ex Primum Principium, esse Ens essentialiter existens ab eterno, independens ab omni alio; &c.* In quâ Quæstione:

5. Dicendum est, non posse à nobis naturale judicium evidens immediatum in hac vitâ comparari, quo independenter ab omni connexione cum creaturâ, cuius existentiam experimentaliter cognoscimus, judicemus existere Deum. Probatur. Vel hoc judicium esset judicium de existentiâ Dei ut sic, præscindendo ab hoc altero prædicato, quôd exigit essentialiter, necessariò, & indefectibiliter, vel, quo judicaremus existere essentialiter, necessariò, indefectibiliter. Neutrū judicium habeti potest: ergo nullum. Minor probatur quoad primum membrum. Quidquid nullo modo, ne quidem secundum aliquid fui est aptū terminare cognitionem experimentalē existentiâ sua, non potest etiam terminare judicium immediatum evidens existentiâ sua; sed Deus non est aptus terminare cognitionem experimentalē existentiâ sua: ergo nec judicium immediatum evidens. Major probatur. Quidquid terminat immediatum judicium evidens existentiâ sua, debet ad hoc judicium determinare & movere per Physiscum influxum, qui fieri non posse nisi ab objecto existente: sed quidquid nostrum intellectum in hac vitâ sic movere, hoc ipso movere & determinat ad cognitionem Experimentalē sua existentiâ: ergo quidquid non est aptum terminare cognitionem Experimentalē sua Existentiâ, non est aptum terminare judicium immediatum evidens sua existentiâ.

6. Probatur etiam quoad Secundum Membrum. Deus in hac vitâ non potest cognosci nisi per species abstractas, alienas, alterius objecti per se representativas. ergo non potest haberi judicium immediatum evidens, quo affirmemus Deum essentialiter, necessariò & indefectibiliter existere. Probatur consequentia. Species aliena non possum intellegi immediate evidenter manifestare prædicatum Majoris Perfectionis, quâm sint prædicata illius entitatis, cuius illa species sunt propriæ; sed nulla species in hac vitâ comparabilis, est propria aliquicui entitatis habentis hoc prædicatum: *existere essentialiter, necessariò, indefectibiliter;* & hoc prædicatum est utique majoris perfectionis, quâm sunt prædicata illius entitatis creare, cuius species postulum comparare: ergo nullius speciei beneficio potest haberi judicium immediatum evidens, quo affirmemus, Deum existere necessariò, essentialiter, indefectibiliter.

7. Obijcitur I. Significatum vocis *Deus*: est ens optimum, quo melius excogitari non potest; ergo qui hoc significatum debito modo apprehendit, determinatur ad judicandum immediatè: Deum esse ens essentialiter existens. Probatur

conseq. exterminis enim notum est, hoc prædicatum: *existere essentialiter: esse melius quam ejus oppositum;* & ex terminis etiam notum est, ens Optimum, quo melius cogitari non potest, habere omne Prædicatum quod melius est quam suum oppositum: item ex terminis notum est, esse ens Reale esse melius, quam esse ens Chymaticum: ergo à primo ad ultimum ex terminis his bene apprehensis, quid intelligatur per Deum, per *existere essentialiter*, per *esse ens reale*, per *esse optimum*, determinat intellectus ad judicandum immediatè: *Deus est ens essentialiter existens*, non minus quam apprehensionis bene terminis significatio per *Totum*, & *Partem*, determinatur intellectus ad judicandum, Totum esse Majus suâ Parte. Probatur paritas. Quia sicut *Totum* dicit continentiam *partis* cum exceptu, ita *Optimum* dicit continentiam cuiuscunq; particularis perfectionis simpliciter simplicis (qualis est Existencia Essentialis) cum excessu ceterorum omnium perfectionum.

8. Ad hoc argumentum, quod pantes indicavit S. Thomas q. 2. a. 1. ad. 2. ex ejusdem sensu & mente responderetur; Eriamini rotum concedatur, non esse probatum aliquid contra Conclusionem. Probatur quidem hoc argumento, hanc propositionem *Deus est ens essentialiter existens* esse nobis immediatè notam & evidenter in sensu Conditionalito, & præscindente ab existentiâ absolutâ subjecti, hoc est, non affirmando existentiam subjecti; ut sensus sit; *Si existit Deus, existit essentialiter: sed non probatur, quod determinandum ad affirmandum simpliciter & absolute: existit Deus, & quidem essentialiter: & hoc negatur in Conclusione;* sicut etiam affirmando Totum esse majus suâ parte, non hoc ipso affirmamus, existere aliquod totum, illudque esse majus suâ parte.

9. Pari modo hæc propositio: *Ens optimum essentialiter existit*, non est nobis immediatè nota & evidens nisi in sensu conditionali: *Si est possibile ens optimum, illud essentialiter existit.* Non est autem immediatè & ex terminis notum ac evidens, ens optimum esse ens Reale & Possibile: Si enim hoc esset, jam pariter ex terminis notum fieret, ens optimum defacto existere essentialiter; quia aliquin non conciperetur Ens quo Melius cogitari non potest, melius enim esset ens essentialiter existens. Recipiunt hanc respondentem Recentiores P. Mart. Esparraga q. 1. ad 2. dicentes, quod in sensu tantum conditionali est per se nota existentia Dei sub eo conceptu, nempe: si est possibile aliquid quo melius cogitari nihil possit, id utique existit. quæ verba notanda sunt in confirmationem eorum, quæ sequenti Controversiâ contra eosdem disputabimus.

10. Obijcuntur 2. Variae locutiones SS. PP. ubi dicunt Deum à quovis videri posse, & defacto videri. Imò & Job, c. 36, dicit: *omnes homines vident eum.* & Sicut haec locutiones non possunt accipi de Visione propriâ dictâ, quo sensu S. Scriptura Deum dicit Invisibilem, ita non sunt accipienda de Judicio evidenti immediato, sed solum de mediato, & illativo, quod haberi posse, mox diceatur.

11. Obijci-

11. Objetetur. 3. Ex terminis est notum dari Veritatem. Sed Deus est Veritas: *Ioan. 6.* ergo ex terminis notum est, esse Deum. Major probatur. Qui enim negaret dari Veritatem ullam, proferret propositionem suipius destrutivam; diceret enim virtus littere: *Verum est, nullam dari veritatem, & sic jam simul & semel diceret, dari aliam, & nullam veritatem.*

12. R. Argumentum esse in Secundâ Figurâ ex puris Affirmativis, & ideo Vitoium: quod si redigatur in Primam Figuram, Majorem sic ponendo: *omnis Veritas existit;* est proposicio falsa in sensu physico. Si vero ponatur Particularis: *aliqua veritas existit;* argumentum iterum non concludit, constans Majore Particulari in Primâ Figurâ directe concidente. Sed dissimilando hac, Argumentum, si quid probaret, solum probarer, Deum esse immediate notum sub conceptu aliquius praedicti convertibilis quidem cum Deo, (si vera est doctrina RR. supra infinita, quod Deus sit verificativum omnis propositionis necessaria) sed eius convertibilitas non est omnibus nota, & à plurimis negatur. In hoc autem sensu non agitari presentem questionem, statim ab initio notavimus.

CONTROVERSIA II.

Virum, & quibus Argumentis posse Existentiam Dei Metaphysicè demonstrari. Vbi obiter, an hoc sit de fide.

13. Posse probari Existentialiam Dei Argumentis quemvis intellectum benè dispositum Convincentibus, est confans Theologorum assertio, contra quodam existimantes, non posse de Existentiâ Dei nisi Moralem, hoc est, non nisi Imprudenter Negabilem Evidentiam haberet. Nititur illa Communis doctrina Testimonij S. Scriptura, que adduximus in Institutionibus Theologicis, quibus nimur assertur, quod gentilibus Philosophis Deus se ex Creaturis manifestaverit, *ad Rom. 1. v. 19. sap. 13.* & intelligibilis fuerit.

14. Controversia tamen est, utrum de fide sit hæc doctrina. Negat Vasquez; assertor Valentia, Suarez, & communis Theologi; qui fortasse in re non dissentunt, sed solum in diversâ acceptione eorum, quæ debeat dici, esse de fide. Quod rem ipsam Censo dicendum est, Testimonia allata loqui & intelligenda esse de demonstratione Metaphysicâ, quâ Deus ex creaturarum existentia demonstratur existere, & quanq[ue] pauld post proponemus, adeoque in S. Scriptura existere re ipsa sufficientem immediatam Revelationem hujus Veritatis, & per consequens candem Veritatem esse fidem divinâ credibilem omni illi, cui illa Revelatio sufficienter per Motiva Credibilitatis applicatur. Ratio est, quia, ut ipse Vasquez fatetur, defacto habetur hujusmodi demonstratio: ergo S. Scriptura potest de hac demonstratione intel-

ligi: Ulterius: Demonstratio Metaphysica est omnium propriissimè cognitio manifesta & evidens, utpote excludens omnem potestatem tergiversandi: atqui Scriptura S. quando potest, debet in sensu maximè proprio accipi: ergo &c. Sed ad ipsas Demonstrationes veniamus.

§. I.

Demonstratur Existentialia Dei ex Creaturis sub conceptu Entis Improducti, & Principij caterorum.

Cùm hanc Demonstrationem hodie Philosophi sibi conficiendam assument, instituto meo fatis erit eam paucis retulisse.

15. Sub conceptu Entis à se, & Primi Principij omnium & singulorum Entium Productorum, negatur Deus ab Atheis, bene advertentibus, quod si Deus sub hoc conceptu concederent, facile inde deducerentur catena Prædicata Propria Dei, cuiusmodi sunt: esse Unum, Æternum, Immensem, Omnicium, Finem rerum omnium, Primam Regulam Morum &c. Unde, ut benè notavit P. Ant: de Quirios, qui concederet dari Ens Improductum Principium caterorum, & negaret unum ex alijs Divinis Attributis, v. g. Providentiam, Omnipotentiam, non tam estet Atheus, quam Blasphemus; reipsâ enim concederet Deum, sed male sentiret de Deo, negando illi, quod illi convenit. Hoc posito,

16. Demonstratio Entis Improducti est expedita, si præsupponatur demonstratum, quod repugnet Infinitum generationum & productionum, tam successivè quam simul existentium. Evidens enim est aliiquid de novo produci; & quamvis quæ videmus extra nos produci, tantum faciant evidentiali physicâ de sui existentiâ, est tamen metaphysicè evidens, saltem illam cognitionem, quam in nobis de novo experimur, de novo produci. atque nihil productur à seipso, quod etiam est metaphysicè evidens: ergo productur ab alio. Ulterius: Vel illud Aliud iterum productur ab alio Tertio, & hoc iterum à quarto, &c. vel non. si non: ergo datur ens Improductum. si sic: ergo cùm non possit procedi in Infinitum, ut supponitur, tandem in aliquo Improducto sistendum erit.

17. Dices, hanc Ultimam Consequentiam non esse metaphysicè evidenter; non est enim metaphysicè evidens, falsam esse opinionem quæ admittit Mutuam Causalitatem etiam in genere Causa Efficientis: quo posito; dici potest, absque processu in Infinitum posse intelligi, quod omnia existentia sint ab alio producta, per Reciprocam nimirum Productionem.

18. Sed contra est. Quia Athei non astruunt duo Principia à se invicem producta ab æterno: & evidenter falsa est sententia, quod possint duo se Mutuò causare Efficienter, secundum Primum sui esse; hoc enim intellectui benè disposito tam est imperceptibile, quam quod aliquid immediatè det sibi Primum sui esse.

19. Ceterum, in praesenti Liberalius & fidentius agendum est; & quia multorum est opinio post S. Thomam, *hic q. 64. a. 2.* & Philosophum, & *Phys. C. 1. de Celo.* Possibiles fuissē generatores Successivas Infinitas ab aeterno, quarum tamen nulla determinatē spectata fuerit ab aeterno, aut omnium Prima, sicut de futuris infinitis syncategorematicē cognitionibus philosophamur, nullam determinatē fore Ultimam & in Termino aeternitatis; ideo hac opinione interim quasi vera permis̄a, potest nūlominus existentia Entis Improducti demonstrari hoc modo.

20. Si tota collectio Entium productorum producitur ab alio, datur Ens improductum: sed tota collectio entium productorum producitur ab alio: ergo datur Ens Improductum. Major propositio non eget probationē, supposita repugnantiā Mutua Causalitatis quoad Primum esse, & supposito etiam, quod omne Producens Realiter distinguatur à suo Effectu Productu; quae adeo vera sunt, ut nec Athei negent. Minor ergo probanda est. Si Singula producta producuntur ab alio, tunc etiam Tota Collectio productorum producitur ab alio: Sed verum est prius, ergo & posterius. Negant Athei Majorem, & Sequam̄ illius. Illatio enim à sensu Distributivo ad Collectivum, non valet univerſim. ex. gr. Singuli homines non habent nisi duos oculos, & sunt alteri homini similes &c. neque tamen hinc recte intuleris: ergo Tota Collectio hominum non habet nisi duos oculos, & est alteri homini similis: ergo nec valebit hæc consequentia: Singula entia, qua in toto Universo existunt, sunt ab alio producta: ergo Tota Collectio illorum entium est ab alio producta. Alia exempla sunt: Singula partes Sphæra cœlestis moventur extra suum spatium in quo prius extiterant: nec tamen tota Sphæra moventur extra suum spatium: Singula partes hominis sunt aliquid Incompletum: nec tamen totus homo est aliquid Incompletum. Ex his pater, falsam esse propositionem, quæ in argumēto nostro tacite supponitur: Omne prædicatum quod convenit Singulis contentis in aliquā collectione, convenit etiam Toti collectioni.

21. Sed contrā. Quemadmodum in aliis consequentia à sensu Distributivo ad Collectivum non valet, ita econtrario certum est, in aliquibus valere. v. g. Singula accidentia iadūgent subiecto: ergo tota collectio accidentium indiget subiecto: Singuli homines sunt in Prædicamento Substantiæ, ergo Tota collectio hominum est in prædicamento substantiæ. Et ne longè abeamus, habemus in praesenti questione instantiam manifestam ad hominem. Atheus dicit, & ponit hanc Thesin. Omne Ens existens est realiter contradistinctum ab eate simplici improducto, utpote chymarico, vel sic: *de quolibet ente existente est negabile, quod sit ens improductum simplex.* Quarto, an & hoc sit vera: de tota collectio entium existentium est negabile quod sit ens improductum simplex? Si affirmas: ergo in hoc casu valet illatio à sensu

Distributivo ad Collectivum. Si negas: ergo Contradictria illius vera erit: *de tota Collectione entium existentium non est negabile, quod sit ens improductum simplex.* quæ est ex terminis falsissima. Ergo negari ne quidem ab atheo potest, aliquando à sensu distributivo ad Collectivum valere argumentum, sive quod idem est, dari aliqua prædicata, quæ sicut verificantur de Singulis alicuius Collectionis, ita verificantur etiam de tota collectione. Querenda ergo est Regula, cognoscendi, quandoman̄ valeat, quando non valeat, & deinde nostro casui applicanda est.

22. Regula autem est hæc. Quotiescumque Prædicatum convenit Singulis alicuius collectionis etiam consideratis, quatenus opponuntur toti collectioni, tunc nunquam potest hujusmodi Prædicatum convenire toti collectioni; econtra, quotiescumque Prædicatum Adjectivē prælatum coavenit Singulis ex collectione, ita ut ratio conveniendi non sit quatenus opponitur toti collectioni, tunc etiam convenit toti collectioni. Ratio prioris partis Regula est, quia impossibile est, unum Oppositorum convenire cum altero opposito etiam, quatenus illi opponitur, alioquin idem cum eodem conveniret & non conveniret; opponi enim est non convenire. qua propter, quād est impossibile partem, quā pars est, hoc est, prout exclusiva ceterarum partium, esse totam collectionem, tam est impossibile, prædicatum conveniens parti quatenus pars est, convenire toti collectioni. Ratio secunda partis Regula est; quia quando Ratio conveniendi Uni non excluditur per accessum alterius, cui secundum se etiam convenit prædicatum, tunc hoc ipso prædicatum quod convenit Singulis, convenit etiam toti collectioni. Atqui, quotiescumque prædicatum convenit Singulis, & non etiam, quatenus opponuntur cum tota collectione, tunc Ratio conveniendi non excluditur, ut per se evidens est: ergo quod convenit Singulis, convenit etiam toti collectioni.

23. Prior pars Regule verificatur in exemplis pro Atheo alkatis: nam hoc prædicatum: *esse præditum duobus tantum oculis;* convenit singulis hominibus prout scorsim ab alijs hominibus acceptis, adeoque prout oppositis cum tota collectione, & sic de ceteris.

Secunda pars Regula convenit exemplis contra Atheum alkatis; Nam ratio quare unum accidens fit subiectum, non excluditur per accessum alterius accidentis etiam subiectati, & sic de ceteris.

24. Hujusmodi autem prædicatum est, *esse productum ab alio:* non enim minus verum est dicere de Petro & Paulo simul sumptis: *hoc binarium est productum ab alio;* quād de singulis: ergo Ratio productionis Passivæ in Petro non excluditur per accessum productionis passivæ in Paulo. Ergo à primo ad ultimum si de singulis productis est verum dicere: *esse producta ab alio:* de tota etiam collectione productorum erit verum dicere: *esse productam ab alio.* Eadem Regula alijs terminis

minis idem significantibus exprimi solet hoc dixerit demonstrari per ea, quae sunt magis nota quoad nos, & minus nota quoad naturam, scilicet per Effectus. Post hanc art. 3. affert Angelicus D. quinque argumenta ad probandam Existentiam Dei, quae omnia sunt ex Creaturis deducta. Primum ex motu:

25. Tunc valet à sensu distributivo ad Collektivum, quando prædicatum quod tribuitur singulis, non minuitur aut tollitur per conjunctionem cum altero: quando autem omnino tollitur aut minuitur, non valet. v. g. Singuli lapides aliqui acerui non excedunt meas vires, qui possint à me gestari: nec tamen valet: ergo totus aceruis simul potest à me gestari. Ratio est, quia secundus lapis accedens priori angat Gravitatem, cuius absentia erat ratio cur possem unum gestare; ergo accessus alterius minuit rationem ob quam possum unum gestare. Econtrario valet hæc consequentia: Singuli lapides positi secundum linneam perpendiculararem, indigent fulcro & obstaculo ne moveantur ad centrum terræ: ergo tota collectio etiam infinitorum lapidum sibi superimpositorum indiget fulcro, ne moveatur ad centrum. Ratio est, quia superimpositio secundi non minuit rationem indigentia quæ est in quolibet lapide.

26. Pari modo: Productum esse ab alio, est prædicatum quod non minuitur per accessum alterius produci: ergo sicut verificatur de singulis, ita de tota collectione. Antecedens per se pater, & à pari confirmatur. Producti sonat Indigentiam & Beneficium alterius, necessarium ad sui existentiam: sicut ergo unius mendici Indigentia non tollitur aut minuitur per accessum infinitorum mendicorum, ita nec prædicatum hoc: esse productum ab alio, per accessum aliorum productorum.

§. II.

Virum independenter ab Existentiâ Creaturarum posse demonstrari Deus sub conceptu Entis Carentis omni defectu, seu habentis cumulum omnium perfectionum.

27. Recentes Hispani, elucubrationibus suis in Germania celebres, & ob ingenij acumen assimandi, non contenti Demonstrationibus à creaturarum existentiâ deductis, existimant Dei Existentiam independenter ab his, & sic quodammodo à Priori Demonstrari posse, Demonstrationibus quidem aeo patentibus, & absque molimine procedentibus, ut mirum esset, eas Angelicum intellectum S. Thomæ, ne dicam, ceteros omnes, fugisse, si legitima essent. Contra hos

28. Cenfeo, nullam hujusmodi Demonstrationem adduci posse, quæ Atheum convincat, quam diu non afflumitur Existencia alicuius Creatura. Hæc est indubitate mens D. Thomæ i. contra Gent. c. 12. prope finem. In rationibus, inquit, in quibus demonstratur Deum esse, non oportet assumi pro Medio Divinam Essentiam, seu quidditatem (prout faciunt isti RR.) sed loci quidditatis accipitur pro Medio Effectus. In suâ summâ verò: q. 2. a. 1. in C. est, non est nobis per se nota (Existencia illius) sed in-

diger demonstari per ea, quæ sunt magis nota quoad nos, & minus nota quoad naturam, scilicet per Effectus.

Post hanc art. 3. affert Angelicus D. quinque argumenta ad probandam Existentiam Dei, quae omnia sunt ex Creaturis deducta. Primum ex motu:

2. Quod non procedatur in Infinitum in causis defacto existentibus. 3. Quod dentur Contingentia.

4. Quod inter ea, quæ sunt magis & minus, detur supremum. 5. Ex eo, quod agentia inanimata semper agant eodem modo, & consequenter propter finem, non à se, sed ab alio intentum. Ex quibus omnibus appetit, S. Thoma nunquam venisse in mentem, ut tentaret demonstrare Existentiam Dei independenter ab Existentiâ Creaturarum. Sed nunc Demonstrationes ipsas inspicimus. Itaque,

29. P. Antonius Perez i. p. d. 1. c. 4. hanc exhibet Demonstrationem. Nullum bonum est, esse chymaram. Sed carens omni defectu est bonum. Ergo carens omni defectu non est chymara. Hoc si illi concederes, inferret utique legitimè: sed Ens potens non existere, non caret defectu: ergo Ens carens omni defectu non potest non existere: ergo existit essentialiter; ulterius: esse Productum etiam dicit defectum: ergo existit ens improductum.

Deinde c. 5. huic primæ demonstrationi addit (ut ipse videatur) hanc secundam. Non est defectus, non pervenisse aliquid ad hoc ut non sit chymara; sed est defectus, non pervenisse ad hoc ut sit optimum, habens cumulum omnium perfectionum: ergo optimum non est Chymara.

30. Hæc duo argumenta, meo judicio, non differunt nisi vocibus. Nam Tò esse cumulum omnium perfectionum, est formalissimè, carere omni defectu. Defectus enim formaliter aliud non est, quām Carentia perfectionis: ergo Carentia omnis defectus est, formalissimè Carentia Carentia omnis perfectionis: atq[ue] carentia carentia omnis perfectionis est formalissimè cumulus omnis perfectionis, sicut carentia carentia lucis est formalissimè ipsa lux. Item hoc quod est, chymaram non esse bonam formaliter dicit, aut certè infert, non esse chymaram non esse defectum, ut consideranti liquet. Verum sive duo sint argumenta, sive unum;

31. DICO, non esse demonstrationes aptas ad convincendum Atheum, sed fallaces argumentias. Non potest hoc melius ostendti, quām applicando hunc argutandi modum ad probandum, aliquid esse possibile, quod evidens est repugnare.

32. Posset inquam hac ratione probari, possibilem esse numerum finitum maximum, qui tamen evidenter repugnat; nam unicà unitate adjectâ evaderet, & non evaderet infinitus. evaderet: alioquin daretur numerus finitus Major Maximo. non evaderet: quia Finitum additum Finito non facit Infinitum. Sic igitur argumentari licebit. Nullum bonum est esse chymaram. Sed numerus carens omni defectu Unitatis est bonus: ergo numerus carens omni defectu Unitatis, non est chymara. Sed numerus carens omni defectu

Unitatis

Unitatis est numerus finitus maximus omnium possibilium: ergo numerus Finitus Maximus omnium possibilium non est chymara. Item sic. Non est defectus, non perveniens ad esse Chymaram. sed est defectus, numerum non perveniens ad cumulum omnis numeri finiti: ergo iste cumulus non est chymara: sed iste cumulus est numerus finitus maximus: ergo &c. Quid improbabis in hoc argumento, quod Atheus in tuo non possit inficiari?

33. Respondebis nimurum ad utrumque argumentum, negando Minorem, & dices, illius Subiectum esse Chymaram, quia de essentiali numeri est, includere defectum ulterioris additamenti possibilis. Benè est. Eodem modo Atheus negabit Minorem utriusque Argumenti tui, dicetque, de conceptu omnis entis possibilis esse, quod includat aliquem defectum, nempe defectum Dependentiarum ab alio, Inceptionis in Tempore, &c.

34. Instabis tamen, & dices, non esse paritatem: nam Implicantia numeri finiti maximi, clare probatur, Implicantia vero Entis carentis omni defectu, nunquam probari potest ab atheo. Rectè dicis. Sed ex hoc ipso manifestè concluditur, Argumentum Perezianum non esse demonstrationem. Nam ipse P. Perez, tr. 2. de Scientia Dei d. 1. c. 4. n. 30. rejecit à ratione Demonstrationis omne argumentum quod tandem fundatur in eo, quod non possit ostendti repugnantia talis perfectionis, rejeicendo onus in adversarium. hoc autem fit in argumeto Pereziano, dum supponit, ens carentis omni defectu non implicare, & ideo esse bonum. Unde, ut rectè advertit Card. Pallavicinus, Atheus responderet, illas propositiones esse falsas, non quidem hoc sensu, quod si daretur Subiectum illarum propositionum, Prædicatum illi non convenire, revera enim si datur. Ens carentis omni defectu, Prædicatum illi conveniret: esse Bonum & non esse Chymaram. Sed quia sunt de subiecto non supponentes, sicut est falsa haec: Decem entia carentia omni defectu, sunt bona. Numerus includens omnem numerum possibilem, est numerus realis Maximus. item: creatura includens omnes perfectiones creatas possibles, est creatura perfectissima. Declaratur amplius. Si queram ex adversario, quare argumentum applicatum numero finito maximo non concludat, respondebit: quia implicantia illius numeri aliunde probatur. Infero: ergo si implicantia illius aliunde non probaretur, habendum esset pro Demonstratione, quod est absurdissimum: Sic enim sequeretur, posse Demonstrari Mysterium Trinitatis, (cujus implicantia non potest probari) hoc modo. Trinitas carent omni defectu est bona: esse chymaram, non est bonum: ergo Trinitas carent omni defectu, non est chymera.

35. Replicabis tamen itcum, & dices, Possibilitatem Entis carentis omni defectu, & includentis omnem perfectionem realem, posse positivè demonstrari hoc modo. Illud est possibile quo posito in rerū naturā nulla sequitur contradictione: atqui Ens carent omni defectu & includens omnem perfectionem realem, est

tale: ergo. Major est ex terminis nota, & proprie identica. Minor est etiam evidens; nam Contradiccio est maximus Defectus: ergo Ens carent omni defectu, hoc ipso caret Contradicione, alioquin idem simul includeret, & excluderet.

36. Hac replica solvit ab Atheo ad eum modum, quo simile argumentum, probans Possibilem Creaturam omnium possibilium Perfectissimam, vel Infinitum, vel Numerum finitum maximum, solvi à Philosophis solet. Illud est possibile, quo posito nulla ponitur Contradiccio: sed posita creatura, quæ habeat simul omnes perfections, quæ à creatura simul sine Contradicione haberit possunt, nullam includit Contradicitionem; hanc enim expresse excludit: ergo &c. atqui talis creatura est omnium possibilium perfectissima: ergo &c. Eodem modo discurri potest de numero finito maximo.

37. Solvit inquam hoc argumentum hac distinctione. Creatura includens simul Determinatam collectionem perfectionum, quæ potest includi in una Determinata creatura, non includit contradictionem, concedo: creatura includens simul omnem collectionem perfectionum, quæ possunt indeterminatae, seu in quacunque creatura indeterminatae sumpta includi, non includit Contradicitionem, nego. Parimodo Atheus, qui negat esse possibile Ens includens omnem perfectionem possibilem, respondebit ad replicam, distinguendo. Ens carentis omni defectu, seu includens omnem perfectionem collectivè, quæ est possibilis indeterminate & distributivè, non includit contradictionem, negabit: includens omnem perfectionem determinatam, quæ in tali determinato ente v. g. homine, includi potest, non includit contradictionem, concederet.

38. Redeo nunc ad argumentum Perezianum, & ostendo illud esse vitiosum. Quero itaque ex Adversario, quando dicis: Ens carent omni defectu, est bonum: Vel ex parte subiecti supponis explicitè pro solo Ente Reali, & hoc sensu vis esse propositionem evidentem ex terminis; Vel præscindis ab Ente Reali & Chymarico. Si dicas primum, duplenter peccas: prius, quia affirmas esse ex terminis notum, existere Deum sub conceptu entis optimi: quid enim aliud est Deus sub explicito conceptu, quam Ens carentis omni defectu, adeoque essentialiter existens? Sed audiamus S. Thomam mecum sentientem, hic q. 2. a. 1. ad 2. D. a. 2. etiam, quod quilibet intelligit, per hoc nomen, DEVIS, significari illud, quo maius cogitari non potest, non tam hinc sequitur, quod intelligat, id quod significatur per hoc nomen, esse in rerum natura, sed in apprehensione intellectus tantum, nec potest argui. NB. quod sit in re, nisi daretur (hoc est concederetur) quod sit in re aliquid quo maius cogitari non potest, quod non est datum (hoc est concepsum) à ponentibus Deum non esse (hoc est ab Atheis.) Peccas Secundò, & quidem S. Thomam judice, quia supponis in Minore id, quod contra Atheum erat inferendum in Conclusione. Nam Ens reale carent omni defectu, est illud

Caput I. Controversia II.

7

est illud ipsum, quod negat Atheus, & esset demonstrandum.

39. Si verò dicas te præscindere an Ens carens omni defectu sit Reale vel Chymæricum, hoc ipso Propositione tua est falsa. Nam conceptus præscindens ab Ente Reali & Chymærico, etiam præscindit an sit Bonum vel non sit Bonum, alioquin etiam Chymera erit Ens Bonum, quod enim convenit subiecto præscindenti, convenit singulis membris à quibus præscinditur, ut in Logica docetur. Et hoc circa primum hujus Authoris argumentum.

§. III.

Vixum demonstretur Deus ex Propositionibus eterna veritatis.

40. P. Martinus Esparza q. 2. de Deo ar. 4. secutus

Magistrum suum P. Antonium Perez, existimavit posse demonstrari Existentiam Dei sub conceptu Entis simpliciter necessarij, hoc modo. Dantur veritates aliquæ objectivæ simpliciter necessariae, & essentialiter invariabilis ac æternæ: quia ista propositiones: Quodlibet est vel non est: Impossibile est idem simul esse, & non esse: Homo est Animal Rationale, & similes, sempiternæ veritatis communiter dicte, cuicunque demum Durationi aut Temporis Differentiae applicentur mentaliter ab intellectu, necessariò ac invariabiliter evadunt vera: quod fieri non potest, quin dentur à parte rei veritates objectivæ necessariae & invariabiles: quia veritas formalis dependet essentialiter ab objectiva, utpote consistens in Conformatitate cum illa. Veritas autem objectiva, est Passio Entis Realis, indistincta realiter ab eodem: eauten enim unum quodque est Verum objectivè, ac cognoscibile verè, quatenus à parte rei est tale, quale est representabile ac cognoscibile per cognitionem formaliter veram. Quapropter implicat in terminis, dari à parte rei veritatem, veramque cognoscibilitatem, & tamen nihil dari à parte rei, nullamque existere Entitatem cum qua identificetur, vel in qua aliqualiter fundetur talis veritas ac cognoscibilitas. Datur igitur à parte rei, & verè existit Ens simpliciter necessarium, essentialiter invariabile & æternum. Tale autem Ens communiter dicitur, & verè est Deus. Hanc argumentationem, inquit citatus Author, esse insuperabilem, & non nisi homini indisciplinato posse Leven videri. Pro eadem citat S. Anselmum, S. Augustinum, ac præcipue D. Thomam, q. un. de verit. &c. apud quem etiam priores citatos legere est.

41. Hanc ipsam argumentationem, & quidem consequenter, adhibet idem Author ad Veritates contingentes futuras, tam Absolutas quam Conditionatas, quarum verificativum debet, ipso iudice, dari de præsenti. Verum ejusdem Authoris in cathedra Theologica Successores, agentes de Scientia conditionata Dei, & etiam alij, ac in specie P. Sebast. Izquierdo, in Pharo Scient. d. 10.

q. 1. n. 39. & alibi, Principium hoc acriter impugnarunt, non obstante severiore censurâ, quod pro *Indisciplinatio* habendi essent. Disputare de verificativo Propositionum, ad Philosophos spectat. Mihi duo solùm praestanda sunt. Primum, S. Thomam malè pro hac argumentatione adduci. Secundum: illam non esse Demonstrationem Metaphysicam, quæ stringat Atheum; quidquid sit de Probabilitate illius.

42. DICO ergo 1. S. Thomam loco citato nihil docuisse, quod allatæ argumentationi stabilienda servire possit. videatur *Sharez* disp. 8. *Metaph. de Verit. scđt. 7. præterim à n. 19. ubi omnia Testimonia allegata ponderantur.* Itaque S. Thomas docet, quod denominatio *VERI*, habeat seicut denominatio *Mensurati*: porro denominatio *Mensurati*, à duplice forma defumi potest; ab una inhärente; sic v. g. Lignum mensuratur à Linea, superficie, profunditate sibi inexistente, etiamsi nulla exterior mensura adhibetur: Altera forma potest esse extrinseca aliqua Mensura, v. g. vlna: sic etiam res dicuntur & denominantur *veræ*; imprimis à forma inhärente; itaque S. Thomas hanc formam inhärentem aliud non esse, quād ipsam rei cuiusque Entitatem intellectui Adæquatam: deinde res denominantur *veræ* à forma extrinseca, scilicet à Cognitione conformi. His suppositis infert S. D. Veritatem rebus extrinsecam (qua est Veritas formalis) esse duplēc; Increatam, nempe cognitionem divinam; & creatam, nempe cognitionem hominis, vel Angeli: Unde concludit, nullam dari Veritatem eternam nisi incretam, quæ erat quæstio illius articuli. Ex quibus omnibus clarum est, quod S. Thomas identificaverit quidem cum DEO *Veritatem formalem* eternam, & illam denegaverit cognitioni creatæ, sed nullo verbulo dixerit, veritatem objectivam rerum identificari cum DEO (prout eum dixisse vellet P. Esparza) imò expreſſe contrarium dixerit. audiamus ipsum. In hac, inquit, adæquatione vel commensuratione intellectus ac rei, non requiritur, quod utrumque extermorum (nempe tam veritas formalis, quam objectiva) sit in actu: intellectus enim noster potest nunc adæquare his, quæ in futurum erunt, nunc autem non sunt, alias non esse hec vera: Antichristus nascetur: unde hæc denominatur *Vera*, à *Veritate* quæ est in intellectu tantum, etiam quando non est res ipsa; similiter etiam intellectus divinus adæquare potuit ab eterno his quæ ab eterno non fuerunt, sed in tempore sunt facta, & sic ea quæ sunt in tempore, denominari possunt vera ab eterno à veritate eterna. Vides quād disertis verbis S. D. non requirat verificativum ab eterno existens, & veritatem formalem solam, non autem objectivam, dicat esse eternam?

43. Duo insuper advero. Primum, quod S. D. expreſſe loquatur de Enuntiationibus contingenter tantum, & non necessariò Veris, uti est; *Antichristus nascetur*: quarum veritas objectiva non potest esse aliquid Necessarium, sed *Contingens* esse debet: ergo non erit Deus. quid ergo? an Decretum DEI? ergone arguento P. Esparza de-

za demonstrabitur, Decreta Dei esse adaequatae intrinseca Deo? hoc ac ipse P. Esparza dixerit, qui illam sententiam non nisi ut magis probabilem tuerit. Quomodo ergo hoc loco patrocinatur illi S. Thomas? Adverto 2. Quid S. Thomas doctrinam traditam in quaestione de Veritate, reculerit in suam Suanam q. 16. quæ est de Veritate. & quia prius q. 2. probaverat alijs argumentis, dari Deum, deinde q. 14. Deum esse Omnisimum; postmodum q. 16. infert, solam Veritatem Divinam esse eternam: sed P. Esparza ordine retrogrado probat existentiam Dei, ex eo quod datur Veritas eterna, non ergo loquitur S. Thomas de Veritate Objectiva, sed de Formali.

44. DICO 2. Argumentationi allatae prompte, & consentaneæ ad sua principia, respondet Atheus, etiamsi concedat adversario, quod propositionum necessariarum verificativum detur ab eterno, & in quavis differentia temporis. Principium Athei est; per totam eternitatem necessario semper existere aliquid, sive hoc individuum, sive aliud: dicit ergo Atheus. 1. Quidlibet hujusmodi individuum esse Verificativum cujuscunque propositionis necessaria, v. g. hujus; quodlibet est vel non est: Dicit. 2. has propositiones dici invariabiles, quatenus in quavis differentia temporis habent Verificativum aliquod, licet non semper idem numero; quo sensu etiam ipsum verificativum est invariabile, hoc est, impossibile est non existere aliquid eorum, quod est esse invariabile formaliter, licet si variabile materialiter. Dicit. 3. Vnamquamq; speciem rerū habere intrinsecam essentiam Connexionem cum essentia cujuscunque alterius speciei (qua est doctrina P. Perez) quoad Possibilitatem vel Impossibilitarem, & ideo existentiam cujuscunque speciei v. g. hominis, esse Verificativam cujuscunq; alterius v. g. hujus, Equa est hinnibilis. quia Essentia hominis exigit equum esse hinnibilem. Nihil ergo penitus movebitur Atheus argumento facto.

§. IV.

Vtrum probetur Deus ex Contradictorio sui.

45. P. Ant: Perez dis. i. n. 61. proponit aliud Argumentum, vocans illud planè argutum, & sic habet. Vel existit Ens summè perfectum, vel non existit: Si existit, habeo intentionem: si dicas non existere, ex hoc ipso probabo existere: nam si non existit, est impossibile: ergo datum necessitas non existentia illius: hoc ergo necessitas necessario existit: atqui quod necessario existit, nullum habet defectum, & est summè perfectum, ergo ex eo ipso quod dicatur Deus non existere, inferitur existere.

46. Ad hoc argumentum redditur eadem responsio: qua priori ex sensu Athei adhibita est. Respondebit Atheus, Negationem Dei esse necessariam, sed hanc necessitatem identificari cum necessitate qua inest collectioni omnium entium successore existentium, ut existat aliquid illorum pro-

quacunque differentia temporis. Ut ergo probetur existentia Dei, probandum est, totam collectionem esse contingente, & dependentem ab alio: ergo à primo ad ultimum, nisi ad hanc probationem (quam supra exhibuimus) recurramus, vanus est omnis conatus contra Atheismum.

Postquam haec Recentiorum Argumenta in scholis discussi & rejici, anno 1651, postmodum anno 1666, pleraque vidi relata, itidemque tanquam fallacia sophismata rejecta à P. Sebastiano Izquierdo tr. i. de DEO d. i. q. 8. a. n. 15. qui pariter concludit, Deum non nisi ex Creaturis experientia taliter cognitis, demonstrari posse.

CONTROVERSIA III.

In quonam Prædicto consistat conceptus quidditativus & formaliter constitutus Essentiæ & Naturæ Diuinae.

47. Sermo est de Prædicatis Absolutis, hoc est, quæ omnibus Tribus Personis sunt communia. Hujusmodi autem Prædicata plura dantur in Deo, non quidem realiter, ad minimum tamen ratione nostrâ & per comparationem ad similia prædicata, que in Creaturis ab invicem separata reperiuntur, distincta. An alia major distinctio, virtualis nimur intrinseca admittenda sit, sequenti controversiâ videbinus.

48. Cum itaque Essentia cujusque rei, seu conceptus quidditativus, ex communi acceptione consistat in illo Prædicato, quod se habet per modum differentia essentialis, per quod res, nostro concipiendi modo, primò differt ab alijs, & quod est prima radix aliorum prædicatorum, habentium se per modum attributi vel proprietatis, hinc præsens quæstio est, quoniam sit hujusmodi prædicatum in Deo.

49. Cardinalis Sforza Pallanicinus prima p. n. 110. conceptum quidditativum & Metaphysicum Dei sic effert. *Ens quod continet aequaliter omne Ens.* P. Martinus Esparza q. 5. a. 9. ad. 2. cenfet hunc conceptum esse minus idoneum quocunque alio. *Quia inquit, hic conceptus est comparativus DEI cum omni alio Ente, ideoque est posterior, quam quilibet aliis conceptus comparativus cum quo liber ente, aut cum quilibet particulari Entium genere, seu determinate, seu vagè considerato: quandoquidem quodvis totum, & quavis collectio est posterior quibuslibet ejus Partibus: unde isti modi conceptus distat plus à conceptu essentiali DEI, quam quilibet aliis proprieatis & distinctivis ipsius DEI.*

50. Hac tamen impugnatio me non moveret. Verum quidem est, comparationem particularem, quatenus est Pars comparationis universalis, esse priorem, cù prioritate, quā quavis pars est prior toto: sed hinc non licet inferre, quod conceptus particulariter comparativus DEI, v. g. cum Angelis, effet conceptus quidditativus DEI, & distinctivus ab omni alio: distinguenter enim solum ab illo, cum quo compararet: Ut ergo distinguenter

flingueret ab omnibus, deberet comparare cum omnibus, & tunc primum habetur ad aequatus conceptus Dei Constitutivus & Distinctivus,

51. Ego ex alio capite recedo, & ostendo, nostro concipiendi modo, aequivalentiam non esse Pradicatum Primum Dei. Nam quando nos duo ad invicem comparamus, & inquirimus an Vnum alteri aequaleat necne quod aestimationem perfectionis utriusque, inquirimus in aliquod Pradicatum Proprium, & formaliter conveniens vni, & non conveniens alteri; & illo cognito inferimus inde aequivalentiam vel excellum perfectionis; v. g. si inquiram, an homo aequaleat Angelo, investigo prædicatum nobilissimum hominis, & Angeli, v. g. esse intellectivum cum dependentiâ à phantasmate, &c. esse intellectivum independenter à phantasmate, & quia hoc secundum pluris facio, quam illud primum, inde infero, hominem excedi ab Angelo, & Angelum aequaliter homini. Idem procedit in Deo cum Creaturis comparato. Illud ergo prædicatum quod formaliter convenit Deo, & aestimatur præ omnibus Prædicatis Creatis, & à quo moveor ad affirmandum, quod Deus aequaleat omnibus creaturis, & non contra, illud inquam prædicatum est nostro concipiendi modo prius quam ipsa aequivalētia: nam aequivalētia importat duo correlative, cuius una pars est illud prædicatum Deo proprium, & proprio nomine significabile: ergo in illo potius, quam in prædicato aequivalētia consistet Essentia Dei. Hac ergo sententiâ singulari separata, duas sunt opiniones celebres, quæ tamen, si mens authorum spectetur, nisi fallor, conciliari possunt.

52. Prima & satis celebris opinio est, Essentiam seu conceptum quidditativum Dei, esse prædicatum Intellectionis Actualis. Ita post Aureolum nulli. Ad hanc sententiam reducimus illam, que distinguit in Deo actum primum intelligendi ab actu secundo, prout expliciti in Instit. Lib. I. tit. I. c. 4. à n. 86. & hi constituant in actu primo Intellectivi Essentiam Dei. Vasq. Mol. Meracius, Gran. Arriaga, Comptonus d. 4. s. 6. Secunda, non minus celebris est, Conceptum quidditativum Essentia Divinae consistere in prædicato Aseitatis, hoc est, quod sit ens à se existens, seu sibi ipso ad existendum sufficiens. Dionysius Petav. Derken, Esparta cum pluribus alijs.

53. Ut hæc duas opiniones, quantum fieri possint, concilientur, observandum est, hæc duo vocabula, illisque correspondentes conceptus, Essentiam, & Naturam, frequenter quidem ab auctoriis pro eodem sumi, si tamen accuratius loqui velimus, significare duos conceptus ex genere suo plane divergos. Diferentia explicat Stephanus de Bubalis post Conimbr. 2. phys. c. I. q. 1. & Suarez disp. 15. Met. q. II. n. 4. quod strictè loquendo Essentia importet ordinem ad esse rei cuius est: Natura ad operationem. Natura enim, inquit Suarez, dicta est, quasi aliquid nasci faciat. Itaque Natura cuiusque rei importat quidem totum, quod impor-

tat essentia; sed tamen importat adhuc aliquid amplius; nempe significat Principium operationis; cum tamen essentia ut sic & ex genere suo, abstrahat ab hoc, an sit Principium operationis. Hoc ipsum dicimen agnovit D. Thomas I. p. 9. 39. a. 2. ad. 3. Natura, inquit, designat Principium actus, Essentia ab essendo dicitur. Hinc est, quod quævis res, sive sit substantia, sive accidentis, dicatur habere suam essentiam, tametsi philosophicè loquendo, non sit Natura, hoc est Principium operationis. Si ergo in Deo potest assignari aliquid prædicatum primum, quod ex suo formaliter conceptu non dicat explicitum ordinem ad operationem, & nihilominus per tale prædicatum differat à ceteris omnibus, quæ non sunt Dei; in hujusmodi prædicato consistet essentia divina sub conceptu Essentiae: cum quo tamen stabit, posse Deum sub conceptu Natura explicari per aliud prædicatum, quod dicat ordinem ad operationem, vel sit ipsa operatio, etiam non sit radix omnium attributorum in Deo.

54. DICO I. Conceptus quidditativus Dei in ratione essentiae est, esse ens à se: quorum verborum sensus paulo post declarabitur. Probatur 1. auctoritate S. Scripturae, exodi 3. Deus scipsum definiens dixit, Ego sum, qui sum: &c. Qui est misit me. Quæ verba S. Hieronymus in 3. cap. Epist. ad Eph. sic declarat, Nunquid solus DEUS erat, & cetera non erant? utique Angeli, Cœlum, Terra vel Maria, & ipse Moyses, cui Dominus loquebatur, & Israel, & Egypti erant, & quomodo nomen commune substantie sibi proprium vindicat Deus? illa de causa, quia cetera ut sint, De Iussum benefficio: DEUS vero qui semper est, nec habet aliunde principium, & ipse sui origo est, suaque causa substantie, non potest intelligi aliud habere quod subsistit. Breviter, illa verba: Ego sum qui sum: ut non sint numeratoria, hunc sensum habere debent, Ego sum qui ex me ipso sum, & ideo non possum non esse. Nam quidquid est, & posset non esse, ab alio sit necessaria est.

55. Probatur 2. ratione. In illo prædicato debet nostro concipiendi modo constitui essentia divina, ex quo jam aliunde cognito & affirmato, deducuntur ceteræ perfectiones divinæ. Sed tale prædicatum est: esse ens ex se ipso existens: ergo &c. Minor probatur. Nam postquam ex creaturis immediate probatum est contra Atheum, dari ens improductum seu à se ipso existens, inde progressim & inferimus immediatè, quod sit ens illimitata perfectionis: nihil enim limitatur à se ipso; ergo si ens à se careret aliquā perfectione, hoc ipso talis perfectio esset Chymara, quia esset impossibilis, nam nec haberetur à se, nec haberi posset ab alio: ergo hoc ipso non esset perfectio. Hoc deductio deducuntur singulae perfectiones in specie.

56. DICE S. Sicut ex eo, quod Deus sit ens à se infertur legitimè: ergo est omnipotens; ita econtrario, dato quod aliquid sit omnipotens, infertur legitimè: ergo est à se, si enim esset ab

alio, jam non posset facere omne factibile, quia non posset facere se, quod tamen etiam esset factibile. Ergo non est major ratio, quare *Aseitas* sit radix Omnipotentia, & non Omnipotentia Aseitatis. Respondeo. Hoc argumento potius ostenditur, quod Tò *esse Omnipotens* formalissimum & explicitè dicat: *esse ens a se*. Cùm enim nihil posset facere scipsum, utique hoc ipso non est factibile illud, quod est factivum omnium. Planè, qui vellet subtiliter rem examinare, deprehenderet hoc ipsum in omni attributo divino, quā formaliter divinum est: sed non vacat in hoc immorari. Ad replicam in forma nego, vel distinguo antecedens: Omnipotentia infertur ex Aseitate quasi à Priori, hoc est tanquam ex prædicto prius probato & affirmato. Aseitas autem infertur ex Omnipotentiā quasi à posteriori, & tanquam ex supposito, seu apprehenso tantum & nondum affirmato. Ratio jam est insinuata. Quia existentia *Entis à se* deducitur immediate ex creaturis, & non nisi mediata deducitur Ens omnipotens: nec eam possumus affirmare esse omnipotens, nisi affirmemus esse Ens à se, quandiu enim præscindimus aut ignoramus, an sit à se, vel ab alio, tamdiu præscindimus aut ignoramus, an possit facere omne factibile, quia nihil potest facere scipsum: ergo præscindendo, an ipsum sit aliquid productū; præscindo etiam, an sit productivum omnī producibiliū.

57. Probatur Conclusio 3. Illud prædicatum est in Dèo radix ceterorum, adeoque constitutivum essentia divinæ, quod immediatè & formaliter opponitur illi prædicato, quod in creaturis est radix omnium imperfectionum: atqui in creaturis radix omnium imperfectionum & defectuum est, quod sint *Ens ab alio dependens*: nam hæc dependentia formaliter dicit, quod ex se nihil sint; hoc autem, quod est, ex se nihil esse, est radix omnium aliorum defectuum: ergo. Major probatur. Illud prædicatum est radix omnium perfectionum, quod est radicale exclusivum omnis imperfectionis: sed quod formaliter opponitur radici omnis defectus, est ejusmodi. Ergo &c. Declaratur magis. Idem est cujusque rei distinctivum & ejusdem constitutivum: ergo quod est primò distinctivum, est primò constitutivum: sed primò distinctivum *Dei à creatura* est, *esse à se*; ergo & primò constitutivum. Subsumptum probatur. Primò distinctivum creatura à Dèo est: *esse dependens ab alio*. Nam ratio *Entis* per nihil aliud immediatè contrahitur ad *esse creatum*, quam per *esse ab alio*, vt ex se manifestum est: ergo primò distinctivum *Dei à creatura* est illud, per quod Dèus formaliter non est ab alio: sed hoc est: *Essere à se*. Ergo &c.

58. Obijcitur 1. *Essere à se*, est prædicatum negativum: perinde enim est ac dicere: *Non esse ab alio*. atqui essentia *Dei* debet constitui in predicato positivo: ergo non recte constituitur in *Essere à se*. Respondeo negando majorem; quam esse falso dupliciter ostendo. Imprimis ex absurdo. Si enim Tò *esse à se*, esset formaliter hoc

prædicatum negativum: *Non esse ab alio*; tunc hoc prædicatum esset inexplicabile sine proceſſu in infinitum in negationibus, consequens omnibus negandum est. Sequam ostendo. *Essere ab alio* debet ultimò resolvi in aliquod Ens improductum, vt omnes fatentur contra Atheos. ergo Tò *non esse ab alio*; resolvendum erit in hoc: *Non esse ab alio improductum*: Sive: *non esse ab alio existente à se*, atqui per te Tò *esse à se* est prædicatum negativum, hoc modo exprimendum: *non esse ab alio*, ergo erit resolvendum hoc modo: *Non esse ab alio quod non sit ab alio non existente ab alio non existente ab alio*, *O sic in infinitum*. atqui hoc est absurdum: ergo fatendum est; Tò *esse à se* postea aliter concipi & exprimi, quam vt formalis negatio.

59. Deinde & secundo ostendo falsam esse majorem proposiobjectionis. Nam potius Tò *esse ab alio* est prædicatum negativum. Nam *esse ab alio* formaliter est indigere alterius operā adexistēdū: omnis autem indigentia seu mendicitas est carentia proprij patrimonij sufficientis sibi; seu brevius; est carentia hujus perfectionis: Sibi ipsi sufficere: ergo Tò *Non esse ab alio*; est non indigere, seu non carere hac perfectione; atqui carentia est formaliter negatio illius forma quā quis dicitur carere: ergo Tò *non carere*, est formaliter negatio hujus negationis: atqui negatio negationis est forma positiva, opposita huic negationi: ergo à primo ad ultimum: *Non esse ab alio*, est forma positiva, opposita indigentia alterius tanquam negationi.

60. Respondetur itaque, Tò *Non esse ab alio*, esse solummodo prædicatum negativum secundū dici, hoc est, penes vocabula quibus effertur: sicut cùm dicimus: *non esse à grum*, *non esse cäcum*, non esse nihil. Dico itaque, Tò *esse à se*, metaphysicè loquendo, non esse exponentem hoc modo: *Non esse ab alio*: propter vitiosum processum in infinitum: sed hoc modo. *Essere ens* essentialiter existens quocunque alio sublato. Vbi videt, quod negatio aliorum non ponatur tanquam constitutiva illius entis à se, sed solum tanquam conjungibilis per hypothesin cum illa entitate. Eodem modo exponentem est Tò *sibi sufficere*: hoc enim aliud non est, quā: quocunque alio sublato, seu, non obstante ejususcumque alterius entis absentia, adhuc habere vnde sit. Vt si deinde magis Theologicè resolvere velis, dicere poteris: *Ens à se*, est, à cuius existentia voluntate pender, vt quodvis aliud sit vel non sit.

61. Et sanè, nisi communi Theologorum phrasim accommodare voluisse, essentiam *Dei* non per *Aseitatem*, sed modis jam relatis expressissim. Nam SS. PP. nunquam fortassis illo vocabulo vñ sunt, & negari non potest, illud non esse satis accommodatum, quatenus Tò *esse à se*, videtur idem dicere, ac, *Dare sibi ipsi esse*, sicut S. Hieronymus dixit, *Deum esse sibi ipsi caussam essendi*; quod utique improperiè dictum est. Econtra pro meo loquendi modo adduci possunt plures SS. PP., apud Dionysium Petavium, Lib. 1. cap. 6. à n. 6, breviter unum alterumq; referam. Clemens Ale-

xandrinus

xandrinus nomen, *Qui est*, Exodi. 3. à D^eo sibi impositum, idcirco ait D^eo maximè proprium esse, quoniam illum exprimit, qui revera solus est hoc est, sive alia sunt, sive non sunt. Gregorius Nanzianenus *Essentiam D^ei explicat* per hoc, quod habeat esse per se, hoc est, non cum alio quoquam copulatum. S. Bernardus explicat essentiam D^ei per hoc, quod ita necessariò sit, ut etiam nullum aliud ens addas, nihil de esse D^ei minus. Plures PP. explicant vnde D^eo proprium sit *esse*, cetera vero dicuntur non simpliciter, sed quodammodo esse, nempe quia cetera non possunt esse sine D^eo, sed habent esse à D^eo. ergo per argumentum à contrario D^evs ideo dicitur simpliciter esse, quia sine cujuscunque consortio adhuc intelligitur esse.

62. DICES. Etiam si D^evs per impossibile esset agens necessarium, & necessariò aliquid ad extra produceret ab aeterno, adhuc ipse esset *Ex a^es*, & improductum, & tamen non esset ens potens intelligi existens quoconque alio sublatum. Si tibi licitum est facere hujusmodi hypothesin impossibilem, ego tibi per aliam hypothesin impossibilem respondeo, & dico, quod ille effectus (quem tu fingis esse necessarium) per fictionem auferri posset, quo sic ablato adhuc intelligeretur formaliter D^evs. Verum, non est necesse hic venire. Sufficit mihi quod tunc intelligeretur pro priori naturae causa, præciso effectu. Illud ergo erit D^evs, quod, præciso quoconque alio, intelligitur existere.

63. Obijcit Card. Pallav. 2. Existere per necessitatem, non est illud perfectissimum anigma, per quod D^evs appareat melior omnibus alijs entibus, adeoque non est prædicatum ex quo evidenter inferamus alias D^ei perfectiones, cum Philosophi distinxerint necessarium causatum & necessarium incausatum. Ad hanc objectionem jam est responsus; Etiam si enim daretur aliquod ens necessario causatum, illud tamen necessitas essendi proveniret originaliter ab alio, tanquam à causa, & per consequens, nec daretur nec intelligeretur existere quoconque alio præciso, aut per fictionem ablato.

64. Obijcitur 3. Si Essentia D^ei constiteret in Aseitate, tunc omnia cetera prædicata essent attributa, adeoque etiam prædicatum *Substantia*, *Vivens*, quod videtur absurdum. Respondeo P. Elsparza & sufficienter quidem, quantum neesse est in quaestione de vocabulo *Attributi*, posse hanc etiam sine absurdo dici *Attributa*, quatenus scilicet nostro concipiendi modo attribuuntur alteri tanquam priori vnde deducuntur. Ceterum in communione usurpatione illa solùm vocantur *attributa*, que significantur instar concreti accidentalis, & tribuentis aliquam denominationem supposito, adeoque adjectivè, vt esse justum, sapientem, potentem, &c. hæc enim significant prædicata realiter substantialia instar formæ accidentalis creatæ, qualis est sapientia, vbiatio, potentia, iustitia.

65. Respondeo tamen aliter, negando scelam. Et imprimit, nego (quod P. Elsparza videtur concedere) quod prædicatum *Substantia* deducatur tanquam diversus formaliter conceptus ex Aseitate. Ens enim à se, & præciso quoconque alio essentialiter existens, est formalissimè substantia, quia formalissimè existit per se, & non in alio. Hinc infero, quod nec conceptus *Vivens*, nec conceptus *Intellectivi*, sunt conceptus attributorum, quia licet haec predicata ex *Aseitate* deducantur, ponuntur tamen formaliter in linea prædicamentali *Substantia*: talia autem non dicuntur attributa, sed illa qua proferuntur sub conceptu formarum accidentalium, pertinentium ad alia prædicamenta, si compararentur cum formis similibus creatis: vt esse sapientem, justum, aternum, immensum, &c. Omitto leviores Objectiones, ab alijs optimè disolutas.

66. DICO. 2. Conceptus quidditativus D^ei in ratione NATVRÆ, rectè constituitur per ordinem ad nobilissimam & primam D^ei operacionem, scilicet Intellectionem, adeoque in *Esse à se* Intellectivo. & hoc tribuo prima sententia superius relata, & SS. PP. qui pro illâ apud Suarez & Vsqvez adducuntur.

Probatur Conclusio. Nomen D^eVS, est nomen Naturæ, prout in terminis tradit D. Thomas, q. 13. a. 11. ad 1. dicens, nomen D^eVS, esse magis proprium D^ei ad significandam Naturam, nomen verò *Qui est*, esse magis proprium ad significandam *essentiam*. Subsumo: atqui nomen D^eVS in Graeco descendit ab *Intueri* vel *Prospicere*, teste sancto Dionysio, Damasceno, Clemente, & alijs apud Franciscum de Lugo p. i. n. 25. ergo in Sensu S. Thoma Natura divina rectè explicatur per ordinem ad intellectionem. Intellectione certè est prima operatio, & origo decretorum divinorum, immò & Processionum ad intrà, quatenus Verbum procedit per Intellectionem, Spiritus S. verò per Amorem, qui presupponit Intellectionem.

Confirmatur iterum Authoritate S. Thomæ, qui q. 27. a. 2. in C. declarans cur Processio Verbi sit generatio, dat rationem, quia in D^eo idem est *Intelligere*, & *esse*, & ideo Verbum procedit in similitudinem Naturæ, (quod est generari) quia procedit per modum intelligibilis actionis, hoc est, per Intellectum. Néque invenio, quod cum aliqua difficultate notabilis possit opponi.

CONTROVERSIA IV.

Vtrum inter Prædicata divina detur distinctione virtualis intrinseca, media inter distinctionem realem, & rationis.

NON est animus, hoc loco discutere distinctionem quæ vocari solet Scotistica; cùm enim illa non reperiatur, vel (ut rectius dicam) à suis authoribus nō tributatur specialiter *Attributis* divinis, sed gradibus metaphysicis universum, hinc est, quod

Philoso-

Philosophi omnes eam ad suum examen & tribunal vocent. Statui autem à quæstionibus philosophicis abstinere, paucis fortassis exceptis, qua tametū philosophica sint, à philosophis tamen communiter prætermittuntur.

§. I.

Quid intelligatur nomine Distinctionis virtualis intrinsecæ: vbi an in DEO admittenda sint predicatae contradictiones de Naturâ & Personalitatibus.

67. *D*istinctio Virtualis intrinseca, de quā deinceps disputationibus, definitur à multis, quòd sit *Vnius indivisibilis Entitatis equivalentia seu capacitas prædicatorum contradictioniorum*, & quia omnes admittentes hanc distinctionem in Deo, ad minimum eam admittunt inter essentiam & Relationes divinas, & nos infra dicemus, inter has esse omnino admittendam, ideo pro intelligentia eorum, que dicturi sumus, vtemur nunc exemplo utrato, v. g. quia nemine cogitante Paternitas non communicatur Filio, Natura divina communicatur: Paternitas autem est realiter Natura divina, & Tò communicari, & non communicari, sunt prædicatae contradictiones, ideo capacitas horum contradictioniorum quæ est in Entitate Patris, consister in aliqua distinctione inter Naturam & Paternitatem: hæc distinctione non est realis: neque merè rationis ratiocinata, ergo erit distinctione virtualis intrinseca.

68. Porro licet hi AA. admittant, de eadem reali entitate verificari prædicata contradictiones, jam assignata, negant tamen verificari propositiones contradictiones, quia quod affirmatur de una formalitate, seu virtualitatis membro, non negatur de eadem formalitate, sed de altera, adeoque non sunt contradictiones propositiones. Hæc doctrina mihi aliquando placuit, nunc autem displicet in uno punto.

69. DICO ergo: Sicut non verificantur propositiones contradictiones, ita non est admittendum, verificari prædicata contradictione de eadem entitate, si rectè loqui velimus. Declaratur. Quid est verificari prædicata contradictione de eadem entitate? est, verificari affirmationem & negationem ejusdem de eodem. atqui hoc formalissime est verificari propositiones contradictiones. Ergo.

DICES. Deberent verificari de eadem formalitate, vt essent propositiones contradictiones. Contra: ergo pari modo, vt dicerentur prædicata contradictione verificari de eodem, deberent verificari de eadem formalitate, alioquin non verificantur contradictiones de eodem. Præcludetur hoc effugium melius infra.

70. DICES iterum. Nunquid communicari, & non communicari sunt contradictiones? & vnum convenit Naturæ, alterum Paternitatem? vel melius: Tò communicari affirmatur de Natura, & negatur de Paternitate? quomodo ergo non veri-

fificantur contradictiones? Respondeo. Communicari aliquo modo, hoc est, secundum formalitatem Naturæ, & non communicari alio modo, hoc est, secundum formalitatem Paternitatis, non sunt contradictiones prædicatae; sed hac sunt prædicatae contradictiones: Communicari aliquo modo, & nullo modo communicari, hac autem non verificantur de eadem Entitate. Sic ergo Natura divina communicatur Filio in ratione Naturæ, & secundum esse absolum, ita Paternitas in ratione Naturæ & secundum esse absolum communicatur Filio; & sicut Paternitas in ratione Paternitatis & secundum esse Relativum non communicatur Filio, ita etiam Natura divina in ratione Paternitatis & secundum esse Relativum non communicatur Filio. Vno verbo: Legitimus sensus hujus propositionis: *Natura communicatur*; hic est: *Natura communicatur in ratione Naturæ*: & hujus: *Paternitas non communicatur*; est iste: *Paternitas non communicatur in ratione Paternitatis*. Vnde patet, prædicata non esse contradictione: communicari enim in ratione Naturæ & non communicari in ratione Paternitatis, non sunt contradictiones: sed communicari in ratione Naturæ, & non communicari in ratione Paternitatis, atqui prius convenienter Naturæ quam Paternitati: posterius neutri convenient: ergo non convenient illis prædicata contradictiones, si prædicata ponantur, prout ponenda sunt. Earendem propositionem aliam expositionem paulò post dabimus, ostendendo, contradictione non cadere supra identificata, sed supra realiter distincta. Quod autem simpliciter & fine addito dicatur: *Natura communicatur, Paternitas non communicatur*, inde provenit, quod vna formalitas ab altera præscindatur, & sic concipientes Naturam præcisâ Paternitatem nihil habemus ex parte objecti, ratione cuius possit natura dici non communicari, & econtra concipientes Paternitatem præcisâ Naturâ nihil habemus, ratione cuius dicatur Paternitas communicari.

71. Doctrinam hanc in re ipsa invenio apud Franciscum Veckenium, tr. 1. de Simplicit. DEI disp. 4. c. 5, vbi docet, illa prædicata si rectè ponantur, non esse contradictiones: non enim debent quasi in abstracto ponit, sed hoc modo. *Natura divina est Natura communis. Paternitas non est Paternitas communis*. hoc autem sensu (inquit) non verificantur contradictiones; nam sicut rectè dicitur: *Natura divina est Natura communis*, ita etiam verè dicitur; Paternitas est Natura communis, & sicut Paternitas non est Paternitas communis, ita etiam Natura Divina non est Paternitas communis. Ecce quam ratione velit hic Author, quod quidquid affirmatur vel negatur de Natura, etiam possit affirmari aut negari de Paternitate. Eadem mens est Fafoli & aliorum, quos P. Esparza existimat confundere prædicata contradictiones cum propositionibus contradictionis. Sed ego non credo, illos tam ignaros Logice fuisse, vt nec siren, prædicata contradictione convenire diversis, propositiones contradictiones debere haberi idem subjectum & prædicatum. Mens illorum est, prædicata contradictione non posse

posse convenire eidem indivisibili subiecto, quin hoc ipso evadant propositiones contradictoriae. Quia distinctio virtualis non tollit identitatem & indivisibilitatem realem, subiecti. Et sanè ipse P. Esparza dicit, praedicata contradictoria in caſu nostro cile *Affirmationem & Negationem*. Subſumo, aqui affirmatio eſt formalissime propositio affirmativa, & Negatio eſt formalissime propositio negativa, ergo si affirmatio & negatio ſunt praedicata contradictoria, hoc ipſo ſunt propositiones contradictiones: quia negatio non poteſt aliter eſte contradictoria affirmationis, niſi in ratione Enuntiationis.

72. Argumentor vltterius hoc modo. Si in his duabus Propositionibus: *Natura divina eſt communicabilis; Paternitas non eſt communicabilis*, conſineatur aliquae contradictiones, illa non eſt in predicatis, ſed eſt in propositionibus: atqui per te in propositionibus eſte non poteſt, ne dicatur Deus eſte Chymæra, ergo nulla in illis eſt contradictiones. Major probatur. In illis duabus propositionibus idem prorsus eſt praedicatum utriusque: (et enim una affirmativa, altera negativa) nempe Tò *Communicabilis*. ſed nullum praedicatum poteſt eſte contradictorium ſui. ergo in illis propositionibus ſunt praedicata contradictiones: ergo si ibi eſt contradictione, erit contradictione propositionum; quod cum tu negas, negare debes omnem contradictionem, prout ego contendo.

73. Argumentor denique hoc modo, & eſt argumentum mihi quidem inſolubile. Si verum eſt, aliquod praedicatum affirmari poſſe de Natura divina, quod nullo prorsus modo affirmari poſſit de Relationibus (vt volunt contra quos diſputo) tunc evidenter ſequitur, dari distinctionem virtualis inter praedicata absoluta, & quidem cum processu in infinitum. atqui inter praedicata abſoluta non datur distinctione virtualis, vt in frā docebimus, multò minū processus in infinitum, quem nemo admittit. ergo quidquid affirmari poteſt de Naturā, debet etiam poſſe affirmari de Relationibus. Majorem probo, & accipio praedicatum *Communicabilis*: quod utique eſt praedicatum abſolutum, vel quomodounque illud vocare velis, eſt praedicatum virtualiter indistinctum à Natura divina, ab Omnipotenti, Sapientia &c. Probo jam ſequelam majoris. Si Tò eſte communicabile nullo modo poteſt affirmari de Relatione Paternitatis aut Filiationis, tunc de Natura divina, & de Communicabilitate ejusdem verificabuntur contradictiones: ergo diſtinguentur virtualiter. Probo antecedens. De Natura divina, Omnipotētia, &c. verificatur; communicari Relationibus: de Communicabilitate verificabitur: *Non communicari*. Si enim Communicabilitas communicaatur Paternitati & Filiationi, ſicut communicaatur Omnipotētia, tunc non minū poſſet Paternitas & Filiatio dici communicabilis, quām poteſt dici omnipotens: atqui tu negas poſſe ſic dici; ergo jam admittis, verificari contradictione de Omnipotētia, & Communicabilitate Naturā.

74. Breuius & clarius hoc modo. Natura

divina eſt virtualiter indistincta à ſeipſa. ergo hoc praedicarum: eſte virtualiter indistinctum à Natura: eſt praedicatum abſolutum. Probo hoc praedicatum per te virtualiter diſtingui à Natura divina. De Natura divina, & virtuali indistinctione ejusdem à ſe, verificantur per te contradictiones non minū quām de Natura & Paternitate: ergo non minū diſtinguentur virtualiter. Antecedens probo, ponendo ipsa contradictiones. Natura divina eſt affirmabilis de Paternitate. Virtualis indistinctio à Natura non eſt affirmabilis de Paternitate: eſte affirmabile & non eſte affirmabile de Paternitate ſunt contradictiones, non minū quām communicari & non communicari: ergo de Natura divina & virtuali indistinctione à natura verificantur contradictiones non minū quām de Natura & Paternitate.

75. Hoc argumentum dico ſolvi non poſſe, niſi concedamus, quod quidquid affirmari de Natura, poſſit etiam affirmari de Paternitate & econtra, modo ſuperius explicato. vnde conſequens eſt, quod ſicut Natura in ratione Naturæ affirmabilis eſt de Paternitate, ita etiam virtualis indistinctio Naturæ à Natura ſit affirmabilis de Paternitate eo modo quo dictum eſt. Cenſeo itaque contradictione non verificanti niſi de Relationibus realiter distinctis: quando autem applicantur formalitatibus identificatis, *Natura & Paternitati*, Natura non accipitur ut eſt Paternitas præcise, ſed ut eſt Filatio realiter distincta, & vt ſic terminat contradictione. v. g. cum dicitur: *Natura communicatur Filio, non Paternitas*: refolvendum eſt hoc modo. *Filiatio eſt acceptio Naturæ, Paternitas non eſt acceptio Naturæ*, Vel: *Filius habens eandem Naturam cum Patre, producitur, Pater non producitur*: quæ contradictione non cadunt ſupra Naturam & Paternitatem, ſed ſupra Paternitatem & Filiationem. Deinceps ergo, quando in modo loquendi me alijs accommodavero, hoc & non alio ſenu intelligi volo; & eſt ſenu conformis doctrinæ D. Thomæ in 1. distin. 7. a. 2. in Corp. prout infra referam & ponderabo trahit: de SS. Trin: cap: 2. Contr: 7.

Quæret aliquis, vtrum paſtem præcio objec-tiva inter Naturam divinam & Personalitates ad-mittenda ſit? Ratio dubitandi eſt: quia ſi hac non admittatur, non erit inter Naturam & Personalitates major distinctione, quām rationis ratiocinata, & qualis eſt inter Gradus Metaphysicos, & inter Intellectum & voluntatem identificatas cum anima: conſequens non eſt dicendum, nam in hiſ non datur distinctione virtualis intrinſeca, qualis tam eniſe inter Naturam & Personalitates etiam à me admittetur §. ſequente.

Confirmatur paritas. Nam ſicut per me dicendum eſt: *Natura communicatur in ratione Naturæ, & non communicatur in ratione Paternitatis*. ita dicimus: Intellectus intelligit in ratione Intellectus, & non in ratione Voluntatis. Ergo ſicut haꝝ reduplicaciones non fundantur in distinctione virtuali intrinſeca,

intrinseca, sed sufficienter explicitur per diversos concipiendi modos, ita pariter de Natura & Personalitatibus dicendum esset.

Respondeo ad quæsumum, me non admittere præcisionem objectivam inter Naturam & Personalitates, quam etiam negat P. Oviedo. Ratio est: quia tam parum possunt de eadem entitate verificari contradictiones extrinseca, quam parum intrinseca: atqui præcisio objectiva verificaret contradictiones extrinseca: ergo pariter est neganda. Certe P. Oviedo admittit verificari contradictiones intrinseca, & negat verificari extrinseca, quanto magis neganda sunt, negatis contradictioniis intrinseca?

Ad rationem dubitandi respondeo, negando paritatem. Disparitas est, quia distinctione virtutis intrinseca aliud re ipsa non est (vt dicam) quam realis distinctione duorum identificatorum cum Tertio, à quo propterea dicuntur virtualiter distingui: seu: est realis distinctione duarum formalium in tertio, quemadmodum distinctionem non habent gradus metaphysici, nec intellectus & voluntas.

Ex hac ergo reali distinctione in Tertio, seu ex reali identitate realiter distinctorum cum Tertio, provenit, quod nemine cogitare detur verificativum tam affirmationis quam negationis, modo jam superius explicato; hoc autem non repetitur in Intellectu & Voluntate. Formemus ipsis propositiones, & apparebit discriben. Haec propositiones sunt verae. *Hac entitas indivisibilis* (intelligo Naturam divinam identificatam Paternitatem) *communicat se Filiatio*, vt *Filiatio sit Natura divina*; *Hac eadem entitas non communicat se Filiatio*, ut *Filiatio sit Paternitas*, sicut *Natura est*. Hujusmodi propositiones non possunt verificari de Intellectu & voluntate identificatis cum anima. Nam licet haec propositio vera sit: *Hac entitas indivisibilis* (intelligo Animam identificatam cum intellectu) *communicat se voluntati*, vt sit *Anima*. Falsata tamen est haec altera: *Hac eadem indivisibilis Entitas non communicat se voluntati* vt voluntas sit intellectus, sicut anima est.

Fatendum igitur est, quod aliud sit fundatum, & quidem intrinsecum prioris distinctionis formalis & rationis ratiocinata, quam posterioris, quod est merè extrinsecum, nempe realis distinctione aliorum cum quibus Intellectus & voluntas comparatur. Hac omnia magis declarabuntur §. sequente. & in Tract. de SS. Trinitate.

76. Ex dictis posset hæc vel similis definitio Virtualis Distinctionis confici. Est duorum praedicatorum identificatorum, seu duarum formalitatum habitudo ad tertium, cum iisdem formalitatibus in ratione vnius formalitatis identificatum, & ab iisdem in ratione alterius formalitatis realiter distinctum. Vel: est vnius cum altero realiter distincto secundum formalitates diversas convenientia & discrepantia. Vel, Est duarum formalitatum identificatarum quam talium discrepancy in tertio, sub una ratione secum identificato, & sub

alia distincto. Vel denique cum P. Esparza. Est identitas realis conjuncta cum discrepancy intrinseca identificatorum quoad aliquod prædicatum.

§. II.

Vtrum detur Distinctio Virtualis inter Essentiam divinam & Relationes.

P. Franciscus Veckenius, cùm ostendere conatus esset (vt suprà retulimus) non esse admittendum, verificari prædicta contradictione de Natura & Relationibus, existimavit, hoc ipso non esse necessarium, admittere majorem inter illa prædicta distinctionem, quam rationis ratiocinata. A Veckenio non videtur dissentire Granadus. Contraria quoq;

77. DICO. Quomodounque explicentur propositiones, ne evadant contradictiones, non potest salvo Trinitatis Mysterio negari, inter Naturam & Relationes dati majorem distinctionem, quam rationis ratiocinata, qualis invenitur in gradibus Metaphysicis. qua cùm non sit realis, erit media, & recte vocabitur Distinctio Virtualis. Hac est communis, & probatur, præscindendo a de Natura & Personalitate verificentur contradictiones prædicta. Probarit autem hoc modo. Natura divina & Paternitas discrepant in Tertio, nempe in Filiatione, cum quā Natura per sui communicationem identificatur, Paternitas vero realiter ab eadem distinguitur, quæ sunt propositiones de fide, quomodounque explicentur. Porro hujusmodi discrepancy non reperitur in gradibus Metaphysicis, vt per se manifestum est; cum nullo enim Tertio identificatur Animalitas quæ est in Petro, à qua realiter distinguitur Ratiocinalitas ejusdem. Ergo maior est distinctione inter Naturam divinam & Personalitates, quam sit inter Animalitatem & Rationalitatem Petri. Sed non est realis: ergo est media inter distinctionem realem & rationis, qualis reperitur in gradibus metaphysicis, qua ad discretionem à duabus illis recte vocabitur Virtualis, hoc est, æquivalenter realis, in ordine ad verificanda prædicta, quæ in creaturis semper supponunt in subjecto distinctionem realem.

78. Contra Veckenium etiam facilè probatur Conclusio, insistendo illi ipsi modo loquendi, quo Veckenius vult illas propositiones esse formandas. Argumentor hoc modo. In sensu reali, sicut est verum dicere: *Rationalitas est Rationalitas assumpta à VERBO*, ita etiam est verum dicere: *Animalitas est animalitas assumpta à VERBO*. & non est necesse dicere: *Animalitas est rationalitas assumpta à VERBO*. atqui, vt tu vis, non possum dicere: *Paternitas est Paternitas communis tribus*: sicut possum dicere: *Natura est natura communis tribus*: sed dicendum est: *Paternitas est Natura communis tribus*: ergo jam concedis majorē distinctionē intrinsecā Naturae & Paternitatis, quam Animalitatis & Rationalitatis.

79. Confirmatur. Si in sensu reali vera essent hæc duas propositiones: *Rationalitas est Rationalitas*

animalitas assumpta: Animalitas non est animalitas assumpta. ipse Véckenius fatetur, inde recte inferri distinctionem realis inter animalitatem & Rationalitatem (neque enim hic Author admittit Præciones objectivas) atqui Natura est Natura communis, Paternitas non est Paternitas communis, vt tu ipse loqueris: ergo, cum ex his propositionibus non licet inferre distinctionem realis inter Naturam & Paternitatem, inferetur tamen æquivalentia distinctionis realis, quæ erit distinctionis virtualis.

Ratio univeralis est, quia per distinctionem virtualem aliud non intelligimus, quam tantam Eminentiam & Perfectionem alicuius Entitatis, vt licet sit realiter indivisibilis, sit tamen simul & ratio identitatis cum tertio, & ratio realis distinctionis ab eodem. Quatenus est ratio identitatis, vocamus illam *Naturam*, quatenus est ratio distinctionis, vocamus eam *Paternitatem*, vel, *Relationem*, & sic quando deinde hos Terminos ponimus pro subiecto propositionum, & de uno affirmamus, quod de altero negamus, intervenit quidem distinctio Rationis ratiocinatae, sed cum fundamento intrinseco, quod aliud non est, quam identitas duorum realiter distinctorum cum tertio communis, quale fundamentum in creaturis non habemus, sed solam comparabilitatem ad diversa connotata realiter & inter se, & ab illo tertio distincta.

80. Objectiones, quæ fieri possent, vel jam sunt in decursu soluta, vel non tam impugnant distinctionem virtualem, quam Mysterium Trinitatis, vnde ad virtualem distinctionem facili negotio transferuntur. Non posse ea clarè dissolvere, est inculpabilis ignorantia. Negare distinctionem virtualem, quam evidens ratio, ex suppositione Mysterij convincit, est Obstinatio.

S. III.

An derius Distinctio Virtualis iatrinseca inter Intellectum & Voluntatem divinam.

Affirmant Valentia, Molina, Herive, Zuniga, Tanner, Arrubal, Fafolus, vterque, Lugo, Hurt. Arriaga, Oviedo, Aldrete. Contra quos

81. DICO, rectius ab alijs negari. Probatum ex dictis. Illa solùm possunt distinguiri distinctione majore quam rationis ratiocinata, quæ ita se habent ad tertium prædicatum, vt vna formalitas sit ratio identitatis, & altera ratio distinctionis realis ab eodem: sed Intellectus & Voluntas divina ad nullum prædicatum ita se habent: Ergo &c. Probarur minor. Cum quoconque identificatur Intellectus essentialis Dei, cum eodem identificatur Voluntas essentialis Dei, & nihil est in Deo, cum quo non vtraque formalitas identificetur, & sit ratio identitatis cum illo: ergo neutra formalitas est ratio distinctionis realis respectu illius tertij prædicti.

82. Confirmatur ad hominem. Adversarij fundant se in hoc, quod existiment, de Intellectu

verificari hoc prædicatum: *Communicari primariò VERBO, & hoc ipsum prædicatum de Voluntate negari. Quod falsum esse ostendo. Si hoc prædicatum: communicari Verbo primariò, non convenit realiter Voluntati, ergo realiter distinguitur ab illa: ergo realiter identificatur cum aliquo realiter distincto à Voluntate: atqui nihil tale potest affigari: debet enim esse vel Intellectus, vel Filiatio, sed neutrum horum distinguitur realiter à Voluntate: ergo voluntati non minus quam Intellectui convenit: communicari primariò. Ad hæc pauca reducenda sunt omnia, que nimis prolixæ, & operosè coacervat P. de Quirios.*

83. Obijciunt Adversarij 1. De Intellectu divino verificatur realiter & nemine cogitante, quod non verificatur de Voluntate. Nam de Intellectu verificatur, quod per illum Verbum procedat, & non per voluntatem; econtra Spiritus S. procedit per Voluntatem, & non per Intellectum. ergo inest eadem ratio distinctionis Virtualis, quæ inest Naturæ divina respectu Paternitatis. Antecedens probant priuò ex eo, quod Verbum dicatur Sapientia Patris, Spiritus S. vero Amor Patris, & Filii. Verba Concilij Toletani, II. in Confessione fidei, sunt hæc. *Non est credendum, quod Pater Voluntate Filium genuerit. S. Augustinus libr. 65. qq. ad Orosum q. 7. Pater, inquit, Voluntate non genuit Filium, quia preire Voluntas Sapientiam, (id est Verbum) non potuit. Concilium Smirnense can.*

25. *Si quis consilio (id est Voluntate) DEI factum Filium DEI afferit, Anathema sit.*

84. Hæc objectio fundat se in Locutionibus Conciliorum & Patrum, quibus æquè claræ si non clariiores opponi possunt. Concilium Sardicense in fine Confessionis fidei anathemate ferit hanc propositionem: *Pater nec consilio nec voluntate genuit Filium. Concilium Toletanum XV. in Confessione fidei: Secundum Essentiam inquit, Voluntas genuit Voluntatem, Filius est Voluntas ex voluntate. Eandem Voluntatis præcedentiam plures Patres conceptis verbis affirmant.*

S. Hilarius lib. 3. de Trin. *Vnigenitum procreavit omne quod DEUS est, per Charitatem atque Virtutem Nativitatis ejus impertiens. Et alibi. lib. de Synodis prope med. Nativitatis adeo perfecta Natura est, ut qui ex substantia DEI natus, etiam ex consilio ejus ac voluntate nascatur.*

S. Jacobus apud Clem. Rom. lib. 8. *Const. c. 12. Ipsum, inquit, ante omnia secula generasti, Voluntate, Potentia & bonitate, sine ullo medio, Filium Vnigenitum, que verba repetit c. 16.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 2. thesaure. c. 1. *Quia omnia Pater potest, & meliora semper vult, consubstantialis sibi ex DEO nascitur Filius.*

S. Augustinus lib. 8; *Ques. 50. Si voluit & non potuit, infirmus est, si potuit & non voluit, invidus est, ex quo conficitur, æqualem genuisse Filium.*

85. Pro explicatione eorum qua adversarij adduxerunt, advertendum est 1. illa Testimonia fuisse prolata contra Arianos, qui contendebant, Filium non esse Deum genitum à Patre, & illi consubstan-

substantialem. Si enim, inquietabant, est à Patre genitus, vtique non à nolente: non enim potuit Pater à quoquam cogi, cùm non habeat fortiorum, ergo à volente: ergo poterat nolle, sicut poterat nolle alia: ergo Filius est aliquid contingens, & consequenter non est Deus. Ex quo argumento evidenter constat, Arrianos plus non probasse, quām Filium non procedere à voluntate Dei liberè, nec etiam coacte: sed nullo modo probabant, non procedere ex necessariā quadam complacentiā circa ipsam generationem. Concilia ergo & Patres, vt se declararent, concesserunt id quod Arrianorum argumentum probabat, ne videbentur contrarium sentire, dum se Arrianis opponabant. Sicut si Concilium anathema diceret afférentibus, sanctos esse colendos cultu latræ, hoc ideo faceret, vt ostenderet, se non approbare talē cultum sanctorum, qualem nobis tribuunt hæretici.

86. Observandum. 2. Theologos distinguere inter Intellectum Essentialem seu abolutum, & intellectum Notionalem seu Relativum. Prior est omnibus tribus Personis communis, & est ipsa Essentia seu Natura divina: secundus est Personalitas Patris, seu Paternitas; eodem modo distinguunt Voluntatem in Absolutam omnibus Personis communem, & in Notionalem seu Relativam, quæ vocatur Spiratio activa, realiter distincta à Spiritu Sancto, seu Spiratione passivâ, & Patri Filioque communis.

87. Dicitur ergo Verbum procedere ab Intellectu Notionali, non item Spiritus Sanctus; & econtra Spiritus S. procedere à Voluntate Notionali, non item Verbum. Vnde infertur, Voluntatem essentialem & Notionalem inter se virtualiter distinguere, sicut & Intellectum Essentialem & Notionalem, non verò Intellectum Essentialem & Voluntatem essentialem.

88. Porro ex hac reali processione præbetur nostro intellectui fundamentum, vt ratione nostrâ distinguamus Intellectum & Voluntatem, & secundum hunc concipiendi modum dixerunt Patres, Verbum procedere per Intellectum, Spiritum Sanctum per Voluntatem; qui loquendi modus erat accommodatus ad explicandum populo diversitatem harum Personarum in ratione Sapientie & Amoris. & sic pater responsio ad primam objectionem,

89. Obiectiunt 2. Nisi dicamus, Intellectum & Voluntatem virtualiter intrinsecè distinguere, non potest illa commoda ratio reddi illius articuli Fidei, quare Verbum generetur, Spiritus S. non generetur: quæ tamen facile redditur admissa distinctione virtuali. Sic enim dici poterit Verbum generari, quia primariò accipit Intellectum, qui est Natura; & sic ex vi processionis assimilatur Natura. Respondeo primò. Cùm argumentum pro nostra Sententiâ sit plene convincens, tolerabilius est, fateri ignorantiā in reddendâ ratione illius articuli, quām admittere distinctionem virtualem inter prædicata absolute; sequeremur enim exemplum S. Ambroſij lib. 1. de Fide ad Gratian. c. 1. sic loquens. *Mihi impossibile est Generationis hujsacire secretum; vox filii, mens deficit, non tantum mea, sed etiam Angelorum, supra potestatem, supra Angelos, supra omnem sensum est.* Item imitaremur S. Augustinum lib. 5. con. Maximin. c. 14. De Patre, inquit, est Filius, de Patre est Spiritus. S. sed ille genitus iste procedens; quid autem inter Procedere & Nasci interficit? illa excellētissimâ Naturâ loquens explicare quis potest? distinguere inter illam Generationem, & hanc processionem nefcio, non sufficio. 8c. 2. Illius articuli rationem aliam quærēdā esse infra, suo loco, ubi non vnam, sed plures dabimus.

CAPUT II. DE VISIONE DEI, EJVSQUE PRINCIPIO, LVMINE GLORIÆ.

CONTROVERSIÆ I.

Vtrum sit possibilis Substantia creata, cui sit connaturalis Visio DEI.

S. PRIMVS.

Rationes pro negativâ minus efficaces.

90. **D**icendum est, non esse possibilē substantiam seu Naturam creatam, cui connaturaliter debeatur Visio intuitiva Dei. Est ita in scholis recepta sententia, vt non pauci ob solam autoritatem ei subscriptant, rationibus, quibus ante hac, ultra S. Scripturæ autoritatem, fulciebatur, plenè diffisi. Quæ fortassis causa fuit, vt Recentiores in novis

rationibus in veniendis solentes fuerint. Retram, quia sunt ingeniosæ, licet minus efficaces. P. Antonius Perez jam supra laudatus, septem hujusmodi rationes excogitavit, quæ tamen alijs posterioribus non videntur arrisuisse, cùm eas in elucubrationibus suis dissimilanter omiserint.

91. Prima est. Omnis revelatio & locutio divina de aliquo quod non potest sciri naturaliter, seu pro-

sen proprio ingenio, sed solo Deo docente, est supernaturalis. sed Visio Dei est revelatio de aliquo, ad quod non potest proprio marte & ingenio pertinere creatura, sed solo docente Deo. ergo. Minor probatur. Quia qualibet visio Dei est visio totius quod est Deus, adeoque est Visio ipsius divina Visionis (hac enim est ipse Deus) sed haec Visio, qua Deus se videt, non potest sciri, nisi Deus velit illam libere manifestare, & hoc est Deus loqui & revelare. Ergo.

92. Brevius proponit hoc argumentum Card. Palla vicinus hoc modo. Ea quae non possunt sciri nisi per revelationem & locutionem Dei, non possunt sciri naturaliter. sed talis scientia est, que includitur in Visione beatifica: nam ipsa Visio est manifestatio conceptus divini: adeoque est revelatio & locutio Dei: ergo non potest haberi naturaliter. Ad hoc ipse Pallavicinus responderet, maiorem & minorem argumentum esse falsam. Major est falsa, quia supponit, in statu pura natura non posse Deum loqui creaturæ locutione mere naturali. Minor vero falsa est, quia locutio ad alterum debet esse talis explicatio conceptus, quæ sit objectum respectu audientis, ita quidem, ut propter loquentis veritatem in cognoscendo & dicendo credit eum non fallere, nec falli; talis autem non est Visio Dei, non enim ipsa movet objectivum ad credendum propter alterius testificacionem, sed est ipsa immediata intuitio objecti. Confirmat. quia ubi datur locutio ad alterum naturam distinctum, datur fides; & tamen nemo dixit, beatos credere, aut habere fidem per hoc quod vident Deum.

93. Ego, ut argumento responderem, nolle vim facere in modo loquendi, utrum visio Beatorum possit dicti locutio Dei, sed negarem suppositionem, nimimum Visionem quam Deus seipsum videt, esse numerandam inter secreta divina; hoc enim negant adversarij, & esset ulterius probandum. DICES, id posse probari hoc modo; cum P. Esperza. a. 4. Creaturæ intellectuales habent aliquid magni momenti, nimimum secreta cordium, quæ à nulla creatura possunt cognosci naturaliter, virilibi probatur; tract. de Angel. atqui si esset possibilis creatura, cui esset connaturalis visio Dei, & amicitia perfecta cū Deo, Deus nihil haberet ejusmodi: quidquid enim est aliquid momenti in Deo, est sola Deitas, quæ tota prout est in se, pateret per visionem ipsius: actus vero liberi Dei non sunt aliquid momenti aut bonitatis peculiaris: esset ergo Deus deterioris conditionis, quam qualibet substantia intellectualis creata, quod est valde absurdum. Ad hanc tamen probationem responderi posset ab adversariis, negando, quod actus liberti Dei non sint aliquid magni momenti: nam hoc quod est: esse magni momenti: in secretis cordium non desumitur a physica perfectione illorum actuum, ut pater, sed ab incommodo & prajudicio, quod incurrent natura intellectuales, si ipsis invitis posset aliud scire quid in corde gerant.

Finge enim, veram esse sententiam Formalistarum quorundam, qui etiam actus liberos hominum voluerunt esse meras formalitates, nunquid propera secreta cordium non erunt magni momenti? Itaque etiam in Deo magni momenti sunt secreta decreta Dei, unde defacto decreta Dei non videntur à beatis hoc ipso quod sint beati: & si Deus Angelis revelaret suum decretum de futuro extremo die Judicij, rem utique magni momenti revelaret, quidquid tandem entitativè sit decretum Dei: si enim hoc arcanum non est res magni momenti, cur Christus hoc arcanum adeo extollit? & hoc circa primum Perezij argumentum.

94. Secundum argumentum. Si alicui creatura substantia deberetur Visio Dei, tunc deberetur tanquam proprietas; sed hoc non potest dici, nam ad proprietates determinat generans: ad actum vero vitalem non potest determinare generans. Respondebunt adversarij, Visionem fore illi substantia debitam ut effectum proprietatis, nempe luminis gloriae quod deberetur ut proprietas, vel si navis, ut effectus potentia intellectiva, quæ est proprietas saltem metaphysica: sicut defacto debetur Angelis in primo creationis instanti cognitione sui.

95. Tertium argumentum. Si alicui creatura deberetur Visio Dei, tunc respectu illius creaturæ Deus visus esset vile bonum, & non deliciatum, hoc est, non esset bonum majus illo, quod præcisè requiritur ad depulsionem doloris & miseriae, cuiusmodi est omne bonum necessarium, seu debitum, cuius parentia causat dolorem & miseriari; & tale bonum ideo dicitur vile bonum, quia fundatur in indigentia; unde propriè deberunt servis, quorum felicitas consistit in parentia doloris. Bonum vero deliciatum est ultra indigentiam, & est tale, cuius absentia non affert dolorem, sed tantum parit gaudium praesentia. R. 1. Negando sequelam, & afferendo instantiam in contrarium. Cognitio quam Angelus in primo instanti cognoscit seipsum, est illi debita, & tamen non est præcisè ad tollendam miseriam & dolorem, sed affert gaudium, & est magnum illius bonum, sicut etiam in homine est cognitione Honesti & Inhonesti. R. 2. Distinguendo. Bonum necessarium est bonum vile, & præcisè ad pellendam miseriam aptum, quando suppositum est capax majoris boni, ad quod obtainendum ordinatur illud aliud bonum necessarium, concedo, secus, nego, v. g. Potentia mortua membrorum est vile bonum, & necessarium ad pellendum dolorem qui nascetur ex defectu hujus potentie: cur? quia ordinatur ad aliud bonum valde desiderabile, nempe ad procurandas sensuum animique varias oblectationes, scientias, aliorum de se affirmationem, &c: Negatur itaque, omne ens depulsivum doloris provenientis ex absentia talis entis, hoc ipso esse vile bonum. Nam vt observat Card. Pallav: bona eximia sunt illa, quæ excitant vehementissimum amorem fui, & consequenter sunt necessaria ad depellendum vel impediendum dolorem, qui oriatur ex absentia talis

talis boni. Hoc ipsum eleganter expressit S. Augustinus *l. 1. de serm. Dom. in monte*, c. 3. dicens: *mulinum necessaria est fortitudo, quia non relinquitur sine dolore, quod cum delectatione retinetur.* Ulterius negabunt adversarij, nullum bonum naturaliter debitum posse esse excitativum vehementis desiderij sui, & non merè necessarium ad depellendum impediendumvè dolorem. Certe si omne bonum debitum esset merè depulsivum doloris & vile bonum, Visio beata esset in Christo vile bonum, cùm sit Christo debita ratione Vnionis hypostaticæ substantialis complementi totius suppositi.

96. Quartum argumentum. Tantum gaudium debet afferre bonum naturaliter debitum, si possideatur, quantum dolorem afferret, si amitteretur: atqui gaudium ex Visione longè majus est, quam èt dolor de ejus parentia. Respondebunt adversarij distinguendo majorem: Nisi ex ignorantia boni debiti dolor minuatur, concedent, si ex ignorantia dolor minuatur, negabunt. & habet argumentum instantiam jam allatam in Christo, in quo parentia Visionis non afferret tantum dolorem, quantum gaudium afferit ipsa Visio, quæ tamen est Christo debita. Quòd ergo parentes visione Dei non tam vehementer doleant, quam gaudent, si Visionem haberent, inde provenit, quòd non habeant presentem notitiam illam boni absens, qualis requiritur ad causandum dolorem, & qualem habet v. g. ager de sanitate præterita, vel cæsus de voluptate quam ante cæcitatatem hauseret ex visu.

97. Quintum argumentum. Quicunque videt Deum, amat illum amore Charitatis. Charitas autem ex una parte amat sine modo, & ex alia quiescit in voluntate Dei: atqui si creatura aliqua naturaliter videret Deum, illum amaret sine modo, & non quiesceret in voluntate Dei: vnde dolet, si non infinitè amat, nec infinitè videret: ex eo enim quòd ille amor esset naturalis, non posset quiescere in voluntate Dei; nam ideo Deus ut author naturæ darat Tantum, quia tanto gradu est contenta natura: ergo illa creatura naturaliter videret & amaret, ut supponitur; dolet, nisi videret & amaret infinitè: sed hoc nunquam posset, quia non est possibilis visio infinita. Ita P. Perez fatis operose, ne dicam obscurè. Imprimis argumentum totum habet instantiam in Christo, ut applicanti patet manifestè. Deinde respondebunt adversarij, illam creaturam penitus quieturam in voluntate Dei: & hoc potest ostendit dupliciter. Primo si dicatur, quòd creatura exigens connaturaliter visionem Dei, solummodò habeat jus ad certum & determinatum gradum: sicut Angeli juxta diversitatem perfectionis substantialis, exigunt diversas species magis vel minus universales, & hoc quidem admittenter illi, qui docent Lumen Gloriarum esse speciem impressam Dei: hoc ergo gradu accepto esset illa creatura contenta, quia haberet, quod illi deberetur. Secundò dici posset, quòd etiam nullum determinatum gradum exigenter, adhuc quiesceret: nempe ob impossibilitatem

Visionis infinitæ exigeret, ut à Deo certus gradus determinaretur, sicut Vno hypostatica non exigit determinatum gradum; debet vero à Deo determinari, quo non obstante Christus quiescit in Voluntate Dei.

98. Sextum argumentum desumit P. Perez ex indignitate Naturæ, hoc modo. Qui videret Deum, habet Charitatem, cuius est, offerre Deo summa, adeoque etiam naturam deificatam vniōne hypostaticæ, seu subiungere Deo aliquam Personam, quæ ob eandem naturam cū divina sit libera ab omni subjectione: sed nulla creatura pura potest esse digna tali charitate & subjectione, ergo nec potest esse naturaliter digna visione Dei. &c. Sicut factus homo per gratiam sanctificantem fit dignus charitate, cuius est, offerre Deo summa, non effectivè sed affectivè, hoc est, cau quo habaret visionem hypostaticam, offerret Deo seipsum Deificatum, ita creatura, cui connaturaliter competenter Visio Dei, digna esset naturaliter Charitatem Dei, vi cuius offerret Deo summa affectivè, etiam effectivè non offerret, hoc enim ad charitatem non requiritur.

99. Septimum argumentum. Si aliqua creatura esset digna videre Deum, hoc esset per operationem perfectissimam, eò quòd beatitudine naturalis, cùm sit optimum naturale, debeat esse illa operatio, ad quam natura adhibet omnes vires suas, & operatur quantum potest: sed quando natura adhibet omnes vires, tunc est magis inepta ad Visionem Dei: quia tunc adhibet omnes vires, quando operatur elicitive & objectivè, hoc est, quando seipsum cognoscit: sed talis operatio seu cognition pendens à concursu elicitive & objectivo creatura, est anigmatica respectu Dei, quia vider illum in creatura: ergo non potest creatura esse digna tali visione Dei. Respondere possent adversarij, Perfectionem beatitudinis naturalis & operationis nobilissima, non esse mensurandam præcisè ex vehementia concursus, sed multò magis ex nobilitate objecti, & modo tendendi in illud, sive deinde simplici, sive dupli titulo influat, hoc est, sive elicitive tantum, sive elicitive & objectivè simul. Et hæc sunt argumenta recens excogitata à P. Ant. Perez, quibus addam duo alia, quæ etiam vtcunque solvi posse videntur.

100. Octavum ergo argumentum sit P. Derkennis c. 2. n. 4. ab authore suo obscurius propositum, cuius substantia hæc est. Inter quacunque Creaturam determinatam & Deum, est infinita distantia quoad perfectionem: ergo nulli substantiae creatæ potest naturaliter deberi Visio seu cognitione quidditativa Dei. Probatur conseq. & ponamus creaturam. A. Propter infinitam hujus à Deo distantiam, possunt intra illam creaturam & Deum produci per certum perfectionis excessum perfectiores & perfectiores creature in infinitum, absque eo quòd unquam perveniri possit ad perfectionem ipsius Dei: ergo propter infinitam illam distantiam non potest creatura A. deberi Visio Dei. Probatur conseq. & ponamus jam creaturam

teram B, perfectiorem creaturā A, & creaturem C, perfectiorem creaturā B, jam sic. Creatura B, hoc ipso quod sit perfectio quam creatura A, hoc ipso, inquam, habet virtutem intellectivam perfectius assimilativam intentionaliter creaturā C, quam habeat creatura A, nam substantia intellectiva perfectio crescit ad incrementum virtutis intellective & assimilativae intentionaliter: ergo hoc ipso quod B, ponatur esse perfectior quam A, habet virtutem magis assimilativam Entis perfectioris, alioquin si eodem modo essent assimilativae, essent prorsus aequales: & haec sunt certa, jam veteris. Ergo cum virtus assimilativa substantia A, sit limitata & finita, & propter intermissionem substantia B, minuatur respectu creature C, ut minus possit illam assimilare, quam ipsum B, possit: hoc ipso quaevis vltior creatura perfectior D, E, F, &c, possibilis, arguit aliquam diminutionem: ergo cum possint multiplicari in infinitum, & Deus supererit omnes, necesse est, vt non solum Deus, sed etiam aliqua creatura denique sit assignabilis, respectu cuius penitus evanescat virtus assimilativa,

101. Hoc argumentum multipliciter retorquetur potest. 1. In cognitione abstractiva Dei, probaret enim, quod Deus ne quidem abstractivē cognoscit, possit ab illa creatura. Conatur ad hoc Author respondere, & negat sequelam, quia, inquit, omnis perfectio cognitionis, cuiuscunque obiecti quod cognoscitur in alio aut per medium, delimitur & specificatur à medio. Ita est. Subsumo: atqui potest semper creari perfectior Angelus cognoscens Deum in medio perfectiore; nam quod perfectior est Angelus, eo perfectius erit, sicut enigmaticè, cognoscit Deum: ergo jam potest intelligi ista multiplicabilitas perfectionum majorum in infinitum, quin propterea evanescat penitus virtus cognoscitiva enigmatica quæ datur in homine. ergo ultima consequentia tui argumenti calculatorii non tenet.

102. Retorquetur 2. Probaret enim argumentum, quod nullus Angelus inferior possit naturaliter cognoscere intuitivè (non dico comprehendens) superiorem, quod tamen & ipse & alij concedunt fieri posse. Sequela probatur. Nam ex communī philosophorum opinione intra quamcunque creaturatum distantiam quoad perfectiōnē possint mediare infinita inaequales, & tamen omnes infra B, & supra A,

103. Retorquetur 3. Argumentum probaret, quod homo ne quidem de congruo possit promoveri remissionem peccati Mortalis, immo nec Venialis: item quod talis remissio est penitus insuperabilis, immo impossibilis. Probatur sequela, quia quod Persona offensa est dignior, eo est difficulter remissibilis offensa etiam de congruo, & gravitas remissio est difficulter sperabilis, quia ratione maioris gravitatis offensa magis reficit. Vides quod deducit ejusmodi calculatio, qua quam sit falso, ab omnibus agnoscitur.

104. Ad argumentum igitur respondetur,

negando, quod penitus evanesceret virtus assimilativa; quia quacunque Virtus assimilativa est virtus æquivalens inferioribus virtutibus finitis in infinitum: sicut potest excedi perfectioribus in infinitum: vnum autem Infinitum syncategorematum non exhauditur ab alio, quia non est minus altero.

Fuit tamen hoc argumentum mihi occasio ex cogitandi aliud, quod infra proponam, & validum videtur, illudque postea apud P. Esperanza, sed paucis aliter proposū inveni. q. 10.

105. Nonum argumentum sit, quo ante hac aliqui sunt vni, illudque de novo instauravit Eminentissimus Card. Pallavicinus. i, p. c. 21. Si esset possibilis substantia cui connaturaliter deberetur Visio Dei, illa defacto daretur in hoc Universo: sed non datur, vt fatentur omnes: ergo nec est possibilis. Sequela probatur. Nam hoc universum est perfectum: non esset autem perfectum, si non darentur omnes gradus entium in illo: atqui si non daretur illa creatura, & tamen esset possibilis, deficeret unus gradus entium: differret enim illa creatura plus quam gradu à creaturis intellectuibus defacto existentibus: illa enim esset naturaliter beatissima, impeccabilis; hoc autem est plus differre à defacto existentibus, quam differat Animal à Planta, Avis à Piscis: & tamen haec dicuntur ita differre integro gradu, vt si unum hujusmodi non daretur in hoc Universo, esset Universum imperfectum. Et hinc est (inquit laudatus Cardin.) quare in omnibus regionibus dentur Aves, Pisces, & Terrestria, non item ubique dentur canes v. g. quia canis non differt à ceteris terrestribus integro gradu, sed tantum specie.

106. Quares, quam sit Regula & mensura cognoscendi sufficientem differentiam ad hoc, vt unum ab altero differat toto gradu, & non specie duntaxat? Ad hoc quæstum, tentatis pluribus vijs tandem respondet & concludit idem Card. n. 183. non posse Regulam exactam dari; illud tamen certum esse ait, & probat, saltem talem creaturam, cui esset connaturalis Visio, integro gradu differre à defacto existentibus, quia non esset naturaliter pars hujus Reipublicæ, non enim indigret societate aliarum creaturarum. Post hoc iterum per tria folia regulam universalem investigans, tandem concludit his verbis. *Hæc autem magis ad vivum resecabuntur in libello de Angelis, vbi etiam disputabitur, num omnes substantiarum species defacto existant, & ad mundi perfectionem sint necessarie. Quasi* vivi in libello de Angelis, & reperi c. 2. n. 7. in compendio repetitam doctrinam, quam ex prima ejusdem parte jam retuli. de quæstione alterâ nihil reperto, studione, an casu omissa sit, nescio; neque illum libellum ipse auctor imprimi curavit, sed alius, qui fatetur, se aliqua auctoris prætermissee.

107. Hoc itaque argumentum imprimis est à posteriori, & relinquit intellectu cupidum & sollicitum, quam sit radix intrinseca repugnantia. Deinde querere possent adversarij ex Card. Pallavicino, vtrum Salamandra, toto gradu differat à Piscibus, sicut hi ab Avibus & Terrestribus non videantur ne-

detur negandum, cùm diversum elementum inhabet. Quarerent ergo vterius, si ad perfectiōnem Vniversi pertinebat, vt in omni regione pisces essent & Aves, & Terrestria, quā factū sit, vt natura non etiam Salamandram in omni regione produxerit, cùm tamen in omni regione reperiatur ignis?

108. Decimum argumentum est P. de Quirós. Gratia sanctificans est in Christo ejusdem rationis cum gratia nostra: deinde illa consequitur ad Verbum vnitum tanquam proprietas vel quasi proprietas: ergo non est possibilis Creatura, ad quam tanquam proprietas consequatur. Probatur conseq. Nam proprietas præcipua aliquibus substantiæ, est quasi mensura totius perfectionis substantiæ: ergo non potest eadem proprietas consequi ad duas substantias diversa perfectionis: sed repugnat, aliquam Creaturam esse ejusdem perfectionis cum Christo. Ergo. Hac est tota vis argumenti, quod Author fatis prolixè inculcat.

109. Responderi potest tripliciter. 1. Negando antecedens cum S. Thoma, & pluribus (quos in Tract. de Charitate securus sum) afferentibus, Gratiam in Christo esse heterogeneè diversam à nostra Gratia. Responderi potest. 2. distinguendo antecedens. Proprietas est mensura perfectionis substantiæ, si substantia perfectionis sit mensurabilis, concedo, si non sit mensurabilis, nego. Christi autem perfectionis non est mensurabilis. Vnde quia gratia est finita, dicent adversarij, debere esse possibilem substantiam finitam perfectionis, vt per gratiam mensurari possit; & sic argumentum potius in authorem retrorqueri posset. Responderi potest. 3. Altero distinguendo. Proprietas est mensura perfectionis substantiæ, si effectus formalis primarius proprietatis non habetur eminenter à substantia, antecedenter ad ipsam proprietatem, transeat antecedens. Si habetur, nego antecedens. Effectus formalis Gratia, qui est: reddere sanctum, impeccabilem in sensu composito, &c. eminenter habetur in Christo à Verbo, ita vt etiam gratiam creatam non haberet, adhuc esset Filius Dei, Amicus, impeccabilis, &c. Et hæc sunt argumenta, quæ mihi non omnino solida videntur. Sunt & alia quædam, quæ, quia ab Arriaga & Ripalda solvuntur vicinque, pratermitto.

§. II.

Probatur Conclusio primò, ex illo Principio D. Thome, quod modus cognoscendi sequatur modum essendi.

110. Argumentum est D. Thome q. 12. a. 4. in C. cuius vis vt intelligatur, observandum est, quod omnis creatura possibilis sit capax compositionis, adeoque nulla possit esse simplex quoad omne esse sibi communicabile; habebit enim distinctam à se durationem, vocationem, & si sit substantia intellectualis, habebit distinctam à se Intellectionem, cùm nulla possit esse substantialis intellectio. Hoc sensu est accipienda phrasis Tho-

mistica, quā dicitur omnis creatura esse immersa Potentialitatē & Materialitatē.

111. Parī modo omnis creatura habet esse participatum ab alio. Econtra D. Thome habet esse simplicissimum, est purus Actus, & ens à se. Hinc, vt observant Recentiores, manifestum est, modum effendi divinum esse toto genere diversum à modo effendi Creaturarum, & non præcisè secundum plus & minus, qualiter est diversus modus effendi inter creaturas, quarum una est magis vel minus composita, pluribus vel paucioribus egens, à perfectioribus vel imperfectioribus dependens, &c. Hoc positum

112. Argumentum hoc modo. Quod habet materialitatem compositionis, & participationis, non potest naturaliter per proprias vires videre D. Thome, carentem tali materialitate: sed omnis creatura possibilis eam habet: Ergo nulla potest naturaliter videre D. Thome. Major est probanda. Modus cognoscendi sequitur modum effendi, hoc est, modus cognoscendi naturaliter competens cognoscēti, semper in modo representandi inficitur illà imperfectione materialitatis, ob quam cognoscēti substantia est imperfectior objecto cognito quod est substantiale: sed Visio intuitiva Dei in modo representandi D. Thome non inficitur illà materialitate compositionis & participationis, non enim representat D. Thome anigmaticè, & instantis compotiti & participati, sed ut est in se: ergo talis modus cognoscendi non potest esse naturalis enti participato. Major probatur dupliciter, inductione, & ratione à priori. Inductione sic. Ex eo quod animalia irrationalia sint pure materialia, hoc est, habentia formam, quæ sine vniione cum materia non potest naturaliter subsistere, fit, vt non possint elicere cognitionem nisi merè materialem etiam in representando, hoc est representantem merè materialia, sive quod idem est, merè conexa naturaliter & semper cum materia; econtra Animam rationalis, quia est spiritualis, potest cognoscere saltem anigmaticè & abstractivè spiritualia: quia verò ex natura sua vnitur ab initio corpori, ideo quādū illi vnitur, dependet in modo cognoscendi à phantasmati, & non potest spiritualia cognoscere, nisi ad modum rerum materialium & corporearum. Angeli verò cùm sint omnino & pro omni statu absoluti à materia physica, hinc est, quod possint cognoscere D. Thome non ad modum corporis: verū quia & ipsi sunt Ens participantium, ac participativum seu vterius perfectibile, hinc sit, quod nec Angeli possint D. Thome aliter, quam instar rei perfectibilis cognoscere: ergo cùm hac ratio procedat in omni creatura possibili, nulla creatura poterit in naturali modo cognoscendi D. Thome aliter cognoscere.

113. DICES. Intellectus etiam vna cum lumine gloria sumptus, adhuc est complexum aliquod creatum, & tamen huic complexo deberet Visio Dei: ergo materialitas & compositione creatura non obstat, quin ipsi possit esse connaturalis Visio Dei. Distinguendo antecedens. Est comple-

complexum includens unam partem quae est essentialiter favor respectu alterius, concedo antecedens, aliter nego antecedens; & eodem modo diliguo consequens. Non repugnat creaturae ut includenti favorem, debet gratiam ratione illius ipsius favoris, concedo, aliter nego Conseq. Non est itaque absurdum aliquid deberi creatura, ut includenter favorem & gratiam elevantem, quod seclusa hac elevatione non deberetur; prout magis declarabitur in solutione objectionum. Nunc breviter exemplo demonstro. Nulli Natura intellectuali potest naturaliter competere Jurisdictione in alias creaturas intellectuales sibi quoad omnem perfectionem aequales, secluso omni favore; & tamen per extrinsecum favorem, vel spontaneam electionem, aut compromissionem, potest convenire & defacto convenienter.

114. Specialiter autem in nostro casu ita fieri posse expediebat; quia, ut peracutè notavit P. Ant. Perez, est Deus dignissimum, posse exercere Magisterium, & docere creaturam quamcunque ultra id quod naturaliter scire posset. Breviter. Ad perfectionem Dei spectat, esse objectum Satiationis creaturarum intellectualium: non potest autem satiare nisi per Visionem sui, ut in tr. de Beatitudine probatur: ergo debebat esse possibilis elevatio ad Visionem Dei. Et hactenus probata est major propositio principalis argumenti per inductionem.

115. Probatur nunc à priori eadem major propositio, quod Modus cognoscendi sequatur modum essendi. Intellectus est quadam intentionis possessor, seu continentia objecti, juxta illud Philosophi, quod Intellectus speculando fit omnia: porro haec continentia inexistentis intellectus est mensura Potentiae tanquam Virtutis contentiva, quia Virtus continendi debet esse proportionata actu per quem objectum apprehenditur & continetur, & iste actus non potest in suo genere esse perfectior, quam ipsa virtus continendi sit in suo genere: atqui virtus continendi est ipsissima perfectio naturæ intellectiva, hi: e: natura intellectiva dicitur in tantum esse perfecta in quantum est contentiva objectorum cognoscendorum: ergo modus cognoscendi non potest in suo genere, hoc est in modo representandi, esse perfectior, quam natura intellectiva est in modo essendi: ergo si haec in suo genere & modo essendi imbibit materialitatem & potentialitatem, debet etiam eadem in suo genere, hoc est in modo representandi, imbibere modus cognoscendi.

116. Confirmatur. Plus distat modus essendi Dei à modo essendi creatura in genere, quam distat modus essendi Angeli à modo essendi hominis, & etiam quam modus essendi hominis à modo essendi Brutorum. atqui propter horum invicem excessum requirit præstantia Angeli, ut circa Angelum possit dari modus cognoscendi præstantior quam sit ille, qui connaturaliter debetur homini; & similes præstantia hominis requirit, ut circa hominem possit dari perfectior modus cognoscendi.

scendi, quam qui convenit brutis connaturaliter: ergo multò magis debet circa Deum posse dari modus cognoscendi præstantior, quam qui debetur vili creaturae intellectuali secluso omni favore. Argumentum hoc paucis complexus est S. Chrysostomus sup. Jo. 1. *DEVM nemo vidit unquam, Ipsum inquit, quod DEVS est, non solum Prophetæ, sed nec Angeli viderunt, nec Archangeli (rationem universalem dat) Quod enim Creatibilis est Natura, qualiter videre poterit, quod increabile est?* Verum quidem est, quod S. Chrysostomus locutus videatur de Comprehensione Dei, prout interpretatur Angelicus D. ar. 1. nihilominus inde intentum nostra Conclusionis inferri potest. Si enim posset alicui creaturae esse connaturalis Visio Dei non comprehensiva, non facile poterit ostendi repugnativa Comprehensionis supernaturalis, ut patet ex dicendis de Comprehensione Dei.

§. III.

Probatur Conclusio 2. ex conditione servili cuiusvis creaturae.

117. Argumentum 2. Si alicui creaturae posset esse connaturalis Visio Dei, posset eidem esse connaturalis amicitia Dei: sed hoc est impossibile. Ergo & illud prius. Sequelam probabo paulò post. Nunc probbo minorē. Omnis pura creatura essentialiter est servus Dei: atqui seruo non potest, secluso favore indebito, debita esse amicitia Domini: ergo &c. Major est nota per se, & facilè declaratur. Nam ad perfectissimum dominium excoigitabile spectat, posse opere suo uti ad libitum suum, nullo habito respectu ad interesse ipsius operis: atqui omnis creatura est essentialiter opus Dei. Minor autem probatur 1. ex verbis Christi Io. 15. *Iam non dicam vos seruos, quia seruos nescit, quid faciat dominus ejus. vos autem dixi amicos, quia omnia quae audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Ecce! quod servus quā talis non habeat jus ad ea quae communicantur amicis. Probatur eadem minor 2. Ratione. Nam cui debetur Amicitia, debetur Amor quo ametur in bonum amati tanquam finem *CIT.* atqui seruo non debetur connaturaliter talis amor, quia servus totus optimo jure referri potest in beneplacitum domini sui, ergo &c. Totum hoc paucis verbis complexus est Cyrilus lib. 1. in Io. c. 13. *Creatura, inquit, cum serva sit, nutu tantum & voluntate Patris ad supernaturalia vocatur.*

118. Hoc argumentum multis modis energare conatur Arriaga, sect. 6. & imprimis ait, posse negari sequelam. Nam servus potest naturaliter dominum intueri, licet non sit ejus Amicus: ergo potest alicui creaturae naturaliter convenire Visio Dei, absque eo quod illi conveniat sanctitas & amicitia.

119. Sed probatur sequela. 1. Eadem dignitas, in quā radicatur Visio Dei, est etiam radix amicitia divina, seu amoris reciproci: & impossibile est naturam esse dignam Visione Dei, & non esse dignam amore amicitia: nam ad visionem

Dei ne-

C 3

Dei necessariò sequitur amor amicitiae; & Visio Dei est illud per quod bona Dei sunt bona videntis, & necessitat hominem, ut habeat Devm profine CVI. ergo si qua creatura possit esse digna Visione Dei, esset hoc ipso digna amicitia Dei, cum esset digna frui omnibus bonis Dei. Probatur. 2. Ad infinitam Majestatem Dei pertinet, posse amicis suis communicare felicitatem, qua nulli non amico naturaliter competit. sed non potest Devs communicare maiorem felicitatem, quam Visionem Dei: ergo haec non potest competere naturaliter alicui, quin eidem competit amicitia. Et hinc patet quam frivola sit instantia de aspectu oculari, quo servus videt Dominum suum temporalem; hic enim aspectus tam parum satiat servum, aut facit bonorum Domini participem, quam parum ex ejusmodi domini aspectu felis sit felix.

120. Respondet Arriaga. 2. Negando minorem; & imprimis eam retorquet. Nam homo, inquit, naturaliter est capax alicujus amicitiae cum DEO: ergo amicitia ex conceptu suo non excedit capacitatem naturalem substantiam creaturæ. Sed contra vrgetur. Quia, vt bene observavit P. Bernardus Aldrete dis. 3. de vis. DEI. s. 4. n. 10. Amicitia naturalis Dei cum homine non est propriæ amicitia, quia homo in statu puræ naturæ non possit evadere dignus & capax illorum bonorum Dei, quæ non debentur nisi filiis Dei, quales etiam sunt adoptivi per gratiam sanctificantem; atqui amicus propriæ dictus debet etiam horum bonorum esse capax, & dignus videre, ac satiari aspectu amici, & frui bonis amici, & communicatione Arcanorum. & hanc amicitiam dicimus non posse deberi servo seclusâ omni elevatione: Talem autem amicitiam haberet illa creatura, cui esset connaturaliter debita Visio Dei.

121. Respondet Arriaga. 3. aliter retorquendo argumentum. Defacto Angeli & homines significantur per gratiam ad Visionem & amicitiam Dei, & tamen Angelus & homo cum gratia adhuc est mera creatura, neque per gratiam unquam extrahitur à natura servi, sed manet semper servus: ergo non obstante servitute potest creatura esse digna amicitia Dei. Respondet Card. de Lugo, hominem etiam dum habet gratiam, esse quidem servum, sed insuper habere aliquem favorem indebitum servo, per quem elevatur ad amicitiam Dei: habet enim gratiam, quæ ideo dicitur esse gratia, quia est indebita illi cui datur, & ideo datur vt homo eleveretur ad aliquid indebitum. Confirmat responsum P. Aldrete exemplo. Creaturæ ex se non debetur cognitio futuron: si tamen ex favore acciperet à DEO speciem representativam rei futurae, jam homini vt habenti talen speciem deberetur cognitio rei future.

122. Contra hanc responsum exclamat Arriaga. n. 30. Quid quælo juvat, eam qualitatem datum esse per favorem Dei, vt ideo per eam dignus reddatur homo, cui debeatur amicitia? Si mancipio vili donaret ex favore Imperator pul-

chram plumam pro pileo, aut calceos, dicereturne tunc jam supposito eo favore esse dignus & prometri amicitiam Imperatoris? Item Rusticus non est dignus amicitia Imperatoris ob carentiam nobilitatis: jam si Imperator donaret Rustico plures Rusticitates, seu Titulos essendi rusticum, non propterea extraheretur à ratione rusticæ. ergo eodem modo per donationem Gratia, quæ est creatura, non extrahitur homo à ratione servi, inquit magis servus, quia fit magis obligatus. Denique addit, favorem non obstat, quominus aliquis fit naturaliter capax amicitiae; nam quando homo cum homine contrahit amicitiam, erit exhibet alteri favorem indebitum, & tamen alter est naturaliter capax amicitiae. Hac ille.

123. Verum haec Rusticitates non habent partatem cum Gratiâ sanctificante quoad præsens punctum. Non vtique quicunque favor extrinsecus alterius, confitens in aliquo benevolo affectu, reddit formaliter dignum amicitia illum cui exhibetur, sed talis affectus, qui conferat formam dignificantem, & ex se præbentem jus ad bona Amici, & arciorum communicationem: hujusmodi forma non sunt pluma, calcæ aut Rusticitates: est autem Gratiâ sanctificans, hujus collatio non vtique austert, sed rationem servi, sed auferat rationem puri servi, quia insuper facit amicum, quo sensu dixit Christus Apostolis Jo: 15. Jan non dicam vos servos, sed amicos. Hanc formam dicimus non posse servos deberi; quia hoc ipso quod deberetur, destrueret rationem servi omnino, quia supponeret substantiam ex naturâ suâ habentem jus ad Amicitiam.

124. Ad exemplum de favore inclusio in amicitia hominum, respondetur, hujusmodi favorem esse favorem proportionatum alterius hominis perfectioni, qui est in natura æqualis, & ad æquales operationes ordinatus, independenter ab omnibus favore, adeoque non habet in se vllum prædicatum essentiale, vi cuius ita deprimatur infra alterum, vt illius favore debeat prius dignificari, antequam amore amicabilis ametur & amer. At vero esse essentialiter servum Dei, est prædicatum, vi cuius opus habet omnis creatura intellectualis, vt, antequam ametur & amer amore amicabili, prius participet naturam divinam per favorem, qui servo non debetur. Itaque homo homini exhibet quidem gratias ipsum affectum amoris, sed non exhibet dignitatem ad tales amorem: Devs vero creatura vtrumque gratis exhibet, quia servo neutrum ex se debetur aut convenit, vt magis patebit ex dicendis. Itaque,

Confirmatur argumentum 1. & simul retorquetur instantia de amicitia inter homines. Homo quantumvis ex essentia sua sit statu liber, & repugnet vnum hominem ex essentia sua esse conditionis servilis, nihilominus non habet ex essentia sua Jus ad Amorem Amicitia sibi ab altero exhibendum. ergo multo minus poterit creatura, quia est essentialiter conditionis servilis respectu Dei, ex essentia sua habere & pretendere Jus ad amorem amicitiae sibi à DEO exhibendum. Probatur consequentia

sequentia. Nam utique conditio servilis magis reflectit amicitia, quam status libertatis, hoc est exemptionis à servitute?

125. Confirmatur. 2. Creatura, cui connaturaliter deberetur Visio Dei, haberet connaturaliter Ius ad hereditatem Filiorum Dei, quae est Visio Dei: sed hoc repugnat. Servus enim, secluso omni favore indebito, & solâ conditione servi (qua tenet omnis creatura) spectata, non habet Ius ad hereditatem filiorum Dei, hoc ipso quod talis hereditas sit propria Filiorum. atqui omne quod servo connaturaliter debetur, non excedit conditionem servilem: ergo repugnat illi deberi Visionem qua est hereditas filiorum, ad quam per gratiam adoptamur. Quod autem aliqui hoc argumento confunditi denique dixerint, talem creaturam fore simul essentialiter servum & filium, sed neque naturalem, nec adoptivum, non quidem naturalem, cum non habeat eandem naturam cum Patre, non adoptivum, quia non per favorem; hoc inquam tam absconse dictum est, vt tardet imorari.

§. IV.

Tertia Probatio, ex Mensura Perfectionis cuiusque Naturae Intellectualis.

126. Argumentum hoc est Metaphysicum, &c., nisi fallor, efficax, si bene penetratur. Pro quo supponendum est primò, Visionem Dei esse perfectiorem quamcunque cognitione creatra possibili, etiam comprehensivam circa quocunque objectum creatrum. Sola enim Visio Dei satiat & beat.

127. Supponendum 2. Vnam substantiam intellectualem creatam in tantum esse perfectiorem alia substantiam intellectuali, in quantum potest elicere cognitionem perfectiorem: nam perfectio cognitionis, cum sit operatio maximè propria & nobilissima, est mensura perfectionis naturae intellectualis. Nunc,

128. Formatur argumentum hoc modo. Nulli creatura potest deberi perfectior cognitionis, quam comprehensionis sui: atqui Visio Dei est perfectior quam cujuscunque creaturae creata comprehensionis: ergo Visio Dei nulli creatura potest deberi. Major probatur. Virtus intellectiva creatura non potest elicere perfectiorem cognitionem, quam sit illa, quam promeretur ipsa perfectio illius creaturae: sed nullius creaturae perfectio promeretur perfectiorem cognitionem quam comprehensionem sui: ergo perfectissima cognitionis quam potest naturaliter elicere virtus creata intellectiva, est comprehensionis sui. Minor est evidens, nam comprehensionis adäquat intentionaliter, & exhaustit suum objectum. Major probatur. Virtus intellectiva creatura in genere non potest esse majoris perfectionis, quam sit ipsa cognoscibilitas creatura intellectiva in genere: & Virtus intellectiva talis creature in specie, non potest majoris perfectionis esse quam cognoscibilitas ejusdem creature in specie: sunt enim vna eademque indivisibilis

entitas. Atqui perfectio Virtutis cognoscitrix desumitur à perfectissima cognitione quam illa potest elicere, vt dictum est. & perfectio cognoscibilis desumitur à perfectissima cognitione propria quam potest terminare: ergo perfectissima cognitionis quam potest creatura terminare, est etiam perfectissima quam potest elicere: sed perfectissima cognitionis quam potest terminare, est comprehensio sui: ergo etiam perfectissima cognitionis quam potest naturaliter elicere, est eadem comprehensio sui.

129. Declaratur magis hæc argumentatio. Certum est, quod nulla substantia creata intellectiva possit connaturaliter comprehendere aliam substantiam creatam nobiliorem, v.g. homo Angelum, vel Angelus inferior superiorum. Hoc inde provenit, quia Virtus quævis intellectiva habet pro mensura comprehensionem sui. Jam vltius. Visio Dei est perfectior quamcunque comprehensione creatæ cujuscunque creaturæ: ergo Virtus intellectiva creata, quæ non potest naturaliter comprehendere quamcunque creaturam perfectiorem in infinitum creabilem, non potest naturaliter videre Deum; qui enim non potest id quod est minus, non potest id quod est plus. Subsumo. Atqui nulla est possibilis creatura, quæ possit comprehendere quamcunque creabilem, talis enim creatura esset omnium possibilium perfectissima, implicat autem produci creaturam omnium possibilium perfectissimam: ergo à primo ad vltimum implicat creatura, quæ possit connaturaliter videre Deum.

§. V.

Quarta Probatio, deducta ex repugnantia Creaturae impeccabilis.

130. Argumentum 4. Si esset possibilis substantia creata, cui deberetur connaturaliter Visio Dei, talis substantia esset ex natura sua impeccabilis; omnes enim illius actus dirigerentur à Visione beata, excludente omne periculum contrahendæ culpæ & reatus ad peccatum: atqui repugnat substantia creata impeccabilis ex natura sua: ergo &c. Minor à SS. PP. supponitur. S. Augustinus: lib. 3. contra Maximinum c. 12. cujuscunque inquit, creatura rationali prestatur, ut peccare non possit, non est hoc naturæ propriæ, sed DEI gratia. S. Damascenus lib. 2. c. 3. Eō ipso inquit, quod rationalis est & intelligens, liberis est arbitrii, Potestatem habens manendi & procedendi in bono, & in detrius prolabendi. Probatur etiam ratione. Ad majestatem Dei spectat, posse omnem personam, qua Deus non sit, legibus coercere, obedientiam exigere sub intermissione inimicitæ & paenæ: atqui substantia impeccabilis non potest hoc modo coerciri, vt probabo in tractatu de Incarnatione: ergo, &c.

Huius argumento varias responsiones adhibet P. Ripalda; sed quia questionem ad alia transfert, quæ hic expediri sine confusione non possunt,

sent, ideo eas non refero, sed ex alibi dicendis impugnanda crunt. Interea videri possunt rejecta à P. Aldrete.

§. VI.

Solvuntur Objectiones.

131. Obijcitur 1. Aggregatum ex nostro Intellectu & lumine gloriae, est quid finitum & limitatum: sed cuicunque aggregato finito & limitato potest aequivalere substantia creata simplex: ergo & illi aggregato. sed tali substantiae deberetur Visio beatifica non minus quam defacto debetur illi aggregato: ergo est possibilis substantia cui debeatur Visio beatifica. 2. Negando minorem, quae patitur instantias manifestas. Intellectus humanus cum specie impressa representante futura contingentia, vel secreta cordium, item humanitas cum Vnione hypostatica, sunt aggregata finita, quibus tamen nulla substantia simplex aequivalere potest in ordine ad hoc, ut illi deberatur cognitio futurorum, vel secretorum, vel valor infinitus meritorum & satisfactionis &c. Item aggregato ex substantia intellectiva & intellezione distincta, non potest dari aequivalens substantia, qua per suam entitatem sit cognitio. Sicut ergo in his aggregatis invenitur repugnancia specialis, ita etiam in aggregato ex Intellectu & lumine gloriae, ob rationes allatas.

132. Imò, repugnat, vnam Entitatem simplicem præcisè aequivalere, absque perfectionis excellui, aggregatu, cuius vna pars recipiat effectum formalem ab altera compare. Ratio est, quia perfectus est habere prædicatum per identitatem, quam per formam distinctam. Quando ergo effectus formalis est ejusmodi, ut si conveniret per identitatem, extraheret subiectum denominacionis à conceptu creature, hoc ipso repugnat dari hujusmodi entitatem creatam. Talis autem esset substantia, cui esset connaturalis Visio Dei, ut haec tenus probatum est. Ergo &c.

133. Obijcitur. 2. Omne accidens hoc ipso quid sit entis ens, debet habere possibile subiectum substantiale cui deberatur: ergo etiam accidentia supernaturalia. Respondet P. Aldrete d. 3. s. 9. n. 5. sufficere, quid detur suppositum, nempe Christus Dominus, cui debeantur. Verum hæc Responso non est universalis: sunt enim plura accidentia supernaturalia, quæ non debentur Christo, sed potius eorum absentia deberunt, cuiusmodi sunt characteres, habitus Fidei, pœnitentia, si sit virtus reflexiva. Deinde inveniuntur accidentia etiam naturalia, quæ nulli substantiae debentur, cuiusmodi est, impulsus impressus lapidi. Denique non est vlla ratio, quare accidentia debeantur necessariò alicui subiecto, & non etiam modus substantialis debeatur alicui modificato, & tamen Vnio hypostatica nulli modificato deberet, ita ut si illo carceret, esset in statu violento.

2. ergo ad objectionem negando antecedens, satis enim est, quid omni accidenti correspondat subiectum, in quo tale accidentis exigit existere, etiam si ab illo subiecto non exigatur.

134. Obijicitur. 3. Datur defacto modus substantialis supernaturalis, videlicet Vnio hypostatica; cui debentur cætera dona supernaturalia, & Visio beatifica: ergo erit possibilis saltem substantialia creata supernaturalis, cui eadem dona supernaturalia debebuntur. 2. Negando Conseq. Omnis enim substantialia, hoc ipso quid sit terminus naturæ create, illius proprius, non est supernaturalis, sed naturalis, vt pote debitus naturæ. Quod autem Vnio hypostatica sit supernaturalis, ratio est contraria, quia non deberut humana naturæ; nec vllis naturæ viribus obtineri potest.

135. Obijicitur. 4. Sicut non est de conceptu accidentis, deberi subiecto, ita non est de conceptu Formæ substantialis, deberi subiecto, ergo sic ut est possibile accidens supernaturale, ita erit possibilis forma substantialis supernaturalis, sed tali substantiae debebitur Visio beata. Ergo. Hæret in hijs argumenti solutione P. Aldrete. Respondendo negando antecedens, & paritatem. Nam accidentia supernaturalia ne quidem sub disjunctione debentur substantiae creatae, neque continentur in viribus naturæ. Omnis autem forma substantialis, vt pote principium suarum operationum, adeoque formalissima Natura, debet contineri in viribus naturæ, & sub disjunctione deberi.

Obijci posset. 5. Specialiter contra probationem desumptam ex conditione servili. Etiam si omnis creatura sit essentialiter conditionis servilis, hinc tamen non sequitur (prout videtur superius intulisse) eam fore filium Dei, si illi deberetur Visio beata. Potest enim bene intelligi Jus ad hereditatem filiorum Dei, quin si Filius ille qui haberet tale Jus. Si enim Spiritus S. assumeret humanitatem, talis Persona nec esset Filius Dei Naturalis, nec Adoptivus, & tamen haberet Jus ad hereditatem filiorum Dei. Ergo pariter posset intelligi substantia creata habere tale Jus.

136. P. Aldrete pro certo supponit, quid talis Persona non esset Filius Dei naturalis. Id ipsum supponit Card. de Lugo. Sed contrarium diceret Suarez, qui cum pluribus alijs defendit, Christum quæ hominem esse Filium totius Trinitatis, non præcisè ratione Processionis Viventis à vivente, &c: sed ratione Juris ad hereditatem. De hoc dicam in tract. de Incarnatione. Nunc Respondendo negando ultimam consequentiam: Quia Persona cui deberet Jus ad hereditatem filiorum, debet vel esse Filius, vel dignitatis aequalis cum Filiō naturali, ratione Naturæ sibi communis cum Filiō naturali, quod seruo convenire non potest.

CONTROVERSIA II.

Vtrum Lumen Glorie habeat rationem speciei impressæ, concurrendo præcisè loco Objecti, vel potius habeat rationem comprincipij, sicut alij habitus supernaturales.

137. Sup-

137. Supponendum est 1. Intellectum creatum ob siam limitationem non posse producere cognitionem rerum à se distinctarum, nisi vñ cum ipso intellectu concurrat etiam objectum. Hujus objectivi concursus necessitatem agnoscit etiam S. Augustinus lib. 9. de Trin. c. 2. Tenendum, inquit, quod omnis res, quareunque cognoscimus, generata in nobis sicut etiam suū: ab utroque enim notitia paritur, cognoscere, & cognoscere. Et hoc etiam sibi vult effatum philosophorum: Ex objecto & potentia paritur notitia. Rationem verò, quare hoc objectivo concursu indiget intellectus creatus, reddere ad philosophos spectat.

138. Supponendum 2. Cùm non omne objectum sit sufficenter applicatum aut proportionatum potentia intellectiva, vt cum illa possit immediatē seipso ad producendam cognitionem concurreat, ideo habet virtutem seu Activam seu exigentiam, vt producat, vel exigit ab Autore natura produci species impressas in intellectu, tanquam vicarias objecti, & quodammodo semen illius, quo mediante dicitur objectum cum intellectu concurrere ad productionem cognitionis, qua vocatur species expressa.

139. Supponendum. 3. Quemadmodum ad alios actus supernaturales tam intellectus quam Voluntatis, qui elicuntur à nobis in via, infunduntur habitus supernaturales, quibus elevatur & proportionatur potentia intentionalis ad hujusmodi actus elicendos, ita in patria infunditur habitus supernaturalis seu comprincipium supernaturalis ad producendam Visionem beatificam, vocaturque Lumen Gloriarum, de quo faciliora videri possunt in Institutionibus meis. Controversia est, qualenam sit officium Luminis Gloriarum.

140. Prima sententia docet, Lumen Gloriarum non praestare respectu Visionis beatæ, quam quod præstant species impressæ respectu cognitionis naturalis, agendo videlicet vices objecti, ex se inidonei ad concurrendum immediate in ratione objecti, vel certè quod sit conaturalius, vt per species id præter, licet forte possit etiam immediatē concursum præstare. Ita Vasquez, quem sequitur P. Esparta & Izquierdo.

141. Secunda sententia negat, Lumen Gloriarum officio species impressæ, & asserit, tenere se ex parte principij vitalis, hoc est, Intellectus, ex se improportionati, quem elevat tanquam comprincipium, ita vt complexo ex Intellectu & Lumine Gloriarum debeatur concursus objectivus immediatus & specialis. Ita communis habet opinionem cum tota schola Thomistica. Est tamen inter authores hujus sententiae aliqua dissensio. Plures enim negant quidem, defacto Deus videri per speciem impressam, existimant tamen esse possibilem aliquam qualitatem (vitrum species impressa vocanda sit, quæstio nominis est) quæ licet non suppleret defectum objecti, concurreret tamen loco objecti, sicut Vicarius multa facit loco & nomine Episcopi, quæ ipse Episcopus, si veller, posset per se ipsum præstare. Ita Suarez, Molina, Valentia, Card. de Lu-

go, Becanus, Herize, Fasolus, Hurtadus, Arriaga, Oviedo, Comptonus. Alij universem negant esse possibilem ejusmodi qualitatem. Ita omnes Thomistæ. item Arrubal, Salas, Granad. Tanner. Recupitus, Franc: de Lugo, Derkennis, Pallavic: Ant. Perez, de Quiros, Aldrete. De possibiliitate hujus qualitatis non luet multum altercari; solum ergo inquirendum est, an Lumen Gloriarum exercet officium species impressæ, & hoc etiam breviter, cum sit quæstio ferè philosophica, & habeat multum de modo loquendi, vt etiam notavat P. Antonius Perez p. 1. d. 2. c. 2. §. 8. n. 121. si quis tamen longiore contentione desiderat, legat P. De Quiros.

§. I.

Luminis Gloriarum officium est, Proportionare Potentiam, species supponit proportionatam.

142. DICO 1. Lumen Gloriarum in hoc recedit à proprietate speciei impressæ, quod specie impressa presupponat potentiam intellectivam proportionatam actui eliciendo, ita vt præsente objecto exigit concursum illius sive immediatum, sive mediatum, hoc est, per speciem; Lumen Gloriarum verò potius supponit potentiam improportionatam, & ideo non exigentem concursum objecti quantumvis præfentis, ac proinde elevat potentiam, & tribuit illi proportionem ac exigentiam concursus objectivi. Probatur. Defacto Deus est intimè præsens omni intellectui, potensque concurrere producendo lumen gloriae, atqui nullus intellectus ex se præcisè exigit productionem luminis gloriae, & concursum Dei ad Visionem sui; neque enim est miraculum quod Deus in nostro intellectu defacto non producat lumen gloriae, quin esset potius miraculum, si illud produceret: ergo signum est, quod noster intellectus non sit proportionatus ad Visionem Dei antecedenter ad Lumen Gloriarum, sicut oculus est proportionatus ad recipiendas species objecti præfentis: ergo officium luminis Gloriarum est sublimius, quia debet proportionare potentiam ex se improportionatam ad tam nobilem actum, qualis est Visio Dei.

143. Confirmatur. Quando eadem proportionis species incurrit in potentiam perfectiorem, elicit cum illa Visionem formaliter perfectiorem, v. g. eadem species cum oculo habente humorem crystallinum debitè figuratum, & tunicam retinam in debita distantiā dispositam, elicit perfectiorem visionem quam cum oculo minus rectè figurato: atqui idem Lumen Gloriarum non producit cum intellectu perfectiore Angeli perfectiorem formaliter visionem, quam cum intellectu imperfectiore hominis, vt ex communī sententia inferius trademus: ergo lumen gloriae non exercet officium speciei, quia non supponit potentiam proportionatam, sed potius tribuit hanc proportionem, sicut alij habent supernaturales: & sicut Gratia sanctificans reddit hominem proportionatum ad amictiam cum Deo, & character baptismalis ad alia sacramenta

tramenta recipienda. In hoc ergo sensu negari à nemine potest, quod Lumen gloriae se teneat ex parte potentiae tanquam principium elevans, & non merè ex parte objecti.

§. II.

poteſt Lumen Gloriarum intellegi receptum in Potentia, quin hoc ipſo ſit species impressa.

144. DICO. 2. Si Lumen Gloriarum dicatur esse ex se indifferens ad repræsentanda diversa objecta secundaria, hoc est creatures, in Deo, non erit species impressa, adeoque non hoc ipso quod inhaeret Potentiae, necessariò dicendum est esse speciem impressam. Conclusio est contra P. Esperanza, qui docet, non posse intelligi, intellectum intrinsecè elevari ad aliquam cognitionem, niſi illud per quod elevatur, habeat rationem speciei impressae. Vnde etiam vltro fatetur hic Author, quod habitus Fidei, Prudentiae, & quicunque intellectualis habitus infusus, sint species impressae. Quæ, quantum ego videre in autoribus ponui, est doctrina singularis; ad quam aſtrudendam adigitur quodam principio, quod tradit in libello de Sacramentis, nempe quod nulla potentia, nec efficiens nec materialis, possit elevari ad aliquem effectum supernaturalem, niſi possit naturaliter producere aut recipere effectum, qui inadiquatè continet differentiam specificam illius effectus supernaturalis. Hoc posito fundamento (quod ego suo loco reiçiam) subsumit hoc modo: atqui intellectus quando elicit cognitionem naturalem, nihil in se recipit quo juvetur in operando, præterquam speciem impressam: ergo etiam quando elicit cognitionem supernaturalem, nihil recipere potest, quo juvetur ad illam producendam, præterquam speciem supernaturalem impressam: atqui recipit lumen Gloriarum: ergo lumen Gloriarum erit species impressa.

145. Hoc fundamentum, vt dixi, reiçiam in loco pluribus. Nunc obiter pauca notare placet, ob qua illud displaceat. Primo enim inconvenienter vocatur habitus fidei species impressa: Certum enim est, quod ad elicendos actus supernaturales fidei, vltro habitum infusum requirantur aliae species sive naturales sive supernaturales (in quo est aliqua inter DD. dissensio) quibus tam Potentia intellectiva, quam habitus fidei ex se indifferens, determinetur ad hoc potius quam aliud objectum cognoscendum. Inconveniens autem est dicere, quod species impressa opus habeat alia specie impressa, vt possit fungi officio suo.

146. Secundo, ex hoc fundamento sequitur, non dari habitus supernaturales in Voluntate ad actus ejusdem potentiae, quia potentia voluntiva non indiget vlo alio comprincipio habituali ad suos actus naturales, sed sola cognitione prævia: non quidem speciesibus impressis distinctis à speciesibus intellectualibus, vt omnes fatentur, sed neque indiget habitu acquisto facilitante; nam vel hi habitus non dantur (vt ego quidem existimo) vel certè non sunt necessarij ad primos actus elicendos. atqui habitus supernaturales elevant

etiam ad primum actum supernaturale, ad quem tamen non facilitant experimentaliter: ergo fundamentum illud est falsum.

147. Probatur nunc Conclusio. Nulla species naturalis est ex se indifferens ad objecta diversa repræsentanda: atqui, vt supponimus, Lumen Gloriarum habet hujusmodi indifferenciam: ergo in hoc prædicato deficit à natura speciei impressae:

Confirmatur. Quando Potentia est indifferens ad cognoscendum vel hoc vel illud objectum, determinatio tribuitur objecto: atqui per illud quod est etiam indifferens, non fit determinatio: ergo per hoc non potest intelligi influere objectum, quia ratione rei indifferens non potest intelligi objectum determinare potentiam: ergo nec per illam influit. Subsumo, atqui id per quod objectum non influit, non habet rationem speciei impressae: ergo si lumen Gloriarum est indifferens, & determinatio fit immediate ab objecto, lumen gloriae non habet rationem speciei impressae, sed potius dicendum est, quod objectum immediate, & non mediante specie influat.

§. III.

Lumen Gloriarum deficit à præcipuo predicato speciei impressae.

148. Hactenus argumentati sumus ex hypothesi, quod (vt habet communior sententia) Lumen Gloriarum sit indifferens ad hæc vel illa secundaria objecta in Deo videnda. Quia verò aliqui contrarium docent, in horum sententia est majoratio dubitandi, an Lumen Gloriarum fungatur officio speciei impressae. Pro resolutione

149. Observandum est, duo munera praestari à speciesibus impressis defacto existentibus: primum est, determinare potentiam ex se indifferenti, vt jam notatum est: Alterum est, concurrendo loco objecti, ob defectum debita applicatio- nis vel proportionis.

150. Primum munus censeo non esse præcipuum, propter quod natura instituerit species impressas. Ratio mea est, quia aliud est, speciem esse in se determinatam ad hæc objecta, & aliud, determinare potentiam, atque esse in hunc finem à Naturæ intentam. Ex illo priore non recèderetur postletius. Nam etiam potentia esset determinata ad certum objectum, adhuc concursus objecti requireretur, nempe vt hic & nunc fieret cognitio: sicut, liceret mas sit determinatus ad generandum hominem & non equum, requiritur tamen concursus feminæ: etiam determinata ad generandum hominem & non equum. In tali itaque hypothesi species impressa adhuc necessaria esset propter diffiantiam objecti, & esset determinata ad certum objectum, quamvis non determinaret potentiam: ergo quod defacto determinet, provenit ex indifferencia Potentiae. Hoc supposito, infero, præcipuum prædicatum magisque indubitatum speciei impressæ esse, vt suppleat defectum objecti, gerendo

gerendo vices illius in concursu cum potentia cognoscitiva ad cognitionem. Hinc

151. DICO. 3. Lumen gloriae deficit in principio praedicto speciei impressae. Probatur. Quia non supplet defectum objecti Visionis beatifica, quod est Deus. Quando enim objectum est potentia sufficienter applicatum, & est potens concurrens, immo defacto concurrerit immediate, male dicunt alii illius loco concurrens: atqui Deus est sufficienter applicatus intellectui beatorum, & est potens concurrens, immo defacto immediate concurrerit ad Visionem sui, utpote causa universalis: ergo male dicetur aliud illius loco concurrens.

§. IV.

Solvuntur Objectiones.

152. Obijcitur 1. Si Deus concurreret immediate in ratione objecti, tunc etiam Personalitates divinae, quae immediate videntur, immediate concurrent ad Visionem sui: sed hoc dici non potest. Nam Personalitates formaliter sumptae, non sunt immediate operativa ad extra, sed agunt per omnipotentiam omnibus Personis communem.

153. Retorquetur argumentum. Si Personalitates videntur per speciem impressam (ut volunt adversarij) vel haec species producuntur immediate a Personalitatibus (& hoc modo solvendum est argumentum adversarij) vel producuntur mediante omnipotentiâ; & tunc ad hominem facile solvitur argumentum. Si enim (ut tu vis) sufficit, ab omnipotentiâ produci speciem impressam Personalitatum, ut Personalitates possint dici per illam speciem influere objectivè, sufficiet etiam, ipsam Visionem per Omnipotentiam produci, ut Personalitates dicantur influere immediate in ratione objecti, hoc est, nullâ mediante specie impressâ, nec enim requiritur alius influxus immediatus objecti in Visionem, quam requiritur in ipsam speciem impressam, casu quo objectum per speciem videatur. Est ergo presentis objectionis difficultas omnibus solvenda, atque dicendum, sufficere quod Personalitates habeant omnipotentiam secundum identificatam.

154. Obijcitur. 2. Si Intellectus creatus non posset elicere cognitionem abstractivam Dei, non posset etiam intrinsecè elevari ad Visionem Dei: atqui cognitionem abstractivam Dei non potest Intellectus elicere nisi mediantibus species impressis: ergo si non posset recipere species impressas, neque posset recipere lumen gloriae: ergo lumen gloriae præstat respectu Visionis beatifica illud, quod præstat species impressa respectu cognitionis abstractivæ Dei. R. 1. Minorem argumenti esse falsam. Nam etiam si implicaret species impressa, dummodo Angelus se ipsum immediate comprehenderet absque omnni specie impressâ, veniret in cognitionem abstractivam Dei, cognoscendo Deum in se tanquam aenigmata. R. 2. Transeat prima consequentia, nego ultimam, ob allatas rationes, qui-

bus ostendit, lumen gloriae deficere à rigore speciei impressæ, quod non inveniat potentiam proportionatam, nec posset concurrere loco objecti, ita ut objectum non concurrat immediate, quemadmodum aliæ species concurrunt, objecto nullo modo immediate concurrente. Quodsi velis lumen gloriae vocare speciem impressam ideo duntat, quia ejus capacitas obedientialis supponit capacitem naturalem specierum impressarum, non habeo quod contradicam, nisi quod loquaris modo singulari, & facias questionem de modo loquendi.

155. Obijcitur 3. Si Deus concurreret immediate ut causa particularis, & in ratione objecti, hoc ipso lumen gloriae esset superfluum: sufficeret enim ille concursus objectivus. R. Distinguendo. Si Deus concurreret concursu omnino indebito, & non supponente potentiam proportionatam & exigentem tam concursum, tunc lumen gloriae esset superfluum, quia otiosum, secus si concurrat concursu debito, & presupponente potentiam proportionatam & exigentem. Ratio est, quia in priore casu suppleret Deus concursum luminis gloriae: ergo esset superfluum, quia otiosum. Deinde si lumen gloriae est ex se indifferens ad diversas Visiones, necesse est Deum concurrere ut causam determinantem.

156. Obijcitur. 4. S. Thomas, qui lumen Glorie sapientia vocat Similitudinem Dei: atqui non potest esse alia similitudo nisi virtualis: similitudo autem virtualis est species impressa: ergo &c. R. Omnis quidem species impressa est virtualis similitudo objecti, sed non contra omnis virtualis similitudo objecti est species impressa. Est itaque lumen gloriae similitudo virtualis Dei, sed non eo modo quo species impressa, quæ potest esse in intellectu distante objecto. Hoc sensu negat S. Thomas in compendio theol: citato à P. Ant. Perez n. 122. similitudinem Dei dicens: Videbitur autem DEUS per essentiam. (ecce! immediatum influxum) non per aliquam similitudinem sui, quæ in intellectu presente res possit diffare. subsumo, atqui nulla hujusmodi similitudo datur nisi species impressa: ergo per hoc verba voluit S. Thomas negare speciem impressam, per quam videatur Deus.

Illud hic bene observat & pluribus firmat P. Esperza, S. Thomam non esse sibi contrarium, dum in quibusdam locis lumen gloriae vocat similitudinem, in alijs vero negat Deum videri per similitudinem: nam in his loquitur de similitudine quadam objectivâ, quæ est quoddam medium creatum, in quo directè cognito videtur Deus. hoc enim videbantur assertisse Armeni, dicentes,

Deum videri in radio seu fulgore quodam emanante ex Deo, qui est error absurdus.



D 2

CON-

CONTROVERSIA III.

*Vtrum Intellectus perfectior cum æquali
Lumine Glorie perfectiore producat
Visionem.*

157. Non est quæstio de maiore perfectione, quæ vnicè provenit ex eo, quod cognitio Angelica intrinsecè respiciat nobiliorem intellectum, hac enim major perfectio quoad presentem quæstionem est purè materialis & impertinens, quia non confert meliorem formaliter cognoscendi & representandi modum, sicut, licet Visio oculi humani procedat à meliore & perfectiore anima, non propterea est ejus representandi modus formaliter melior visione lycnis, procedente ex anima imperfectiore. Certe hanc majorem perfectionem habet etiam cognitio Angelica naturalis & ænigmatica quam habet de Deo, qua tamen est incompatibiliter imperfectior in modo representandi quam sit Visio beatae hominis.

158. Quæritur ergo, an quemadmodum idem sigillum impressum auro & argento, non facit figuram elegantiem in auro quam in argento, licet sit materialiter perfectior, ob majorem perfectionem subjecti, ita etiam Visio beata elicita ab Angelo habente lumen gloriae ut quatuor, non magis delectet seu beatificet, quam Visio elicita ab homine habente idem lumen ut quatuor.

159. Dicendum est, Visiones has futuras esse formaliter æquales, non obstante intellectum inæqualitate, si lumen gloriae sit ejusdem rationis. Ita cum S. Thoma Theologi communiter, contra Scotistas, Molin, Herize, Ripaldam. Probari potest Conclusio. 1. à posteriori. Ex opposita sententia sequeretur, Angelum habentem æqualia merita, adeoque æqualem gratiam habitualem, & æquale lumen gloriae, cum Angelo inferiore vel homine, fore tamet beatorem, proveniente nimis magiore beatitudine ex nobilioris intellectus influxu: consequens reputatur ab omnibus absurdum, quia gradus beatitudinis mensuratur juxta merita cuiusque 2. ad Cor. 9. Qui parc seminat, parc & metet. & Tridentinum Concilium sess. 6. c. 16. & can. 32. tribuit augmentum gloriae meritis. Ergo &c.

160. Respondet Molina, in eo casu Devum vel fortius elevaturum imperfectiorem intellectum, vel remissius, quam naturaliter peteret, intellectum Angelici, & sic compensatum iri excessum intellectus Angelici, & omnia reducendum iri ad æqualitatem.

Sed contra. Vel hæc major minorē confortatio fieret per augmentum luminis gloriae, ejusvè diminutionem, vel per extrinsecum concursum; neutrū dici potest: non primum, sequeatur enim, quod quantitas luminis non commensuraretur Gratia habituali, sed vel eslet major in homine, vel minor in Angelo, quod dici non debet. Non secundum: quia defacto nunquam Deus

supplet defectam luminis, neque etiam denegat lumini existenti suum debitum concursum, quod tamen iuxta responsonem datam à P. Molina debet omnino fieri.

Probatur Conclusio. 2. & à priori. Ad hoc vt major nobilitas intellectus Angelici cum æquali lumine conduceret ad clariorem & beatorem visionem, necesse esset, vt ex natura sua haberet majorem proportionem ad videndum Deum, quam habeat intellectus humanus: at qui non habet: Ergo &c. Major est adversariorum. Minor probatur. Angelus naturaliter tam parum potest videre Deum, quam potest homo. ergo ex natura sua non habet majorem proportionem cum visione Dei quam habet homo. Probatur Conseq. Totam enim proportionem intellectus Angelici consistit in hoc, quod Angelus sit substantia intellectualis, & ideo capax denominationis provenientis à Visione, videlicet: esse intelligentem: & in elevatione hac sola proportio attenditur: atqui etiam homo est substantia intellectualis, & non est ex cogitabili illius excessus beatitudinis in Angelo, cuius non sit capax homo, præcisè ex eo, quod sit substantia intellectualis: ergo non est minor proportio in homine, quam in Angelo.

161. Confirmatur, & declaratur amplius, quæ ratione id, quo intellectus Angelicus excedit intellectum humanum, nihil omnino serviat ad producendam meliorem visionem ceteris partibus. Ille enim excessus consistit vnicè in hoc, quod Angelus possit Deum naturaliter cognoscere per medium seu ænigma nobilium, nempe minus materialem: arqui visio nihil habet ænigmatica cognitionis, & propter hoc ipsum excedit vires naturæ Angelicæ: ergo excessus intellectus Angelici supra humanum, nihil facit ad producendam visionem magis beatificantem. Quemadmodum si aqua & oleum eleverantur in sacramentis ad producendam gratiam, oleum non produceret perfectiorem gratiam ex eo, quod naturaliter possit producere nobiliorem effectum, quod est exemplum Card. de Lugo.

162. Obijcies. Species naturales intellectuales elevantur ad actum fidei supernaturalem; atqui species meliores & clariores cum æquali habitu elevante generant clariorem actum fidei in homine docto, quam species inculta & confusa in pueru vel rustico: ergo eodem modo philosophandum est de intellectu nobiliore, elevato ab habitu æquali, quia tam species quam intellectus sunt naturalia principia, quæ agent elevatione. Hoc argumento territus P. Aldrete, censuit, admittendum esse aliam specialem extrinsecam elevationem, ultra elevationem intrinsecam quæ sit per habitum. Alter tamen Respondeo, Negando consequentiam & paritatem. Nam actus fidei est ænigmatus tam in docto quam in indocto; species autem naturales clariores habent ex se & independenter ab omni elevatione, majorem proportionem cum meliore actu ænigmatisco quantumvis supernaturali, quam species inculta & confusa, sicut actus naturalis

naturalis quem beneficium earundem specierum elicet homo, habet similitudinem in modo repræsentandi cum actu fidei supernaturali. Quando ergo species elevantur ad producendum actum supernaturali, elevantur secundum totam suam proportionem; & non præcisè ut sunt species talis objecti, præscindendo ab obscuritate & claritate, ergo proper maiorem claritatem elevantur ad clariorum & meliorem actu fidei ænigmaticum.

163. Declarat hoc Cardinalis de Lugo exemplo duorum calariorum, quorum unus sit altero politior; si Deus ambos elevaret ad producendos characteres aureos supernaturales, ille calamus formaret eleganterius, qui esset politior, quia ex sua naturali figura habet maiorem proportionem ad pulchriorum characteres tam naturales quam supernaturales, quia hi essent inter se similes in figura.

CONTROVERSSIA IV.

Vrum Diversitas Visionum proximè proveniat à diversitate luminis Gloriæ, vel potius à determinatione objecti.

164. Conveniunt Theologi 1. Intensionem lumenis gloriae commensurari intentioni gratia habitualis, utpote quæ est radix & semen habitus supernaturalium.

165. Conveniunt 2. Intensionem Visionis, si tamen detur vera intentionis in Visione beatifica, qua constet distinctione graduum, quod meo iudicio rectius negatur à Derkennis & Esperza) etiam commensurari intentioni luminis gloriae: Monet quidem Arriaga, hoc esse intelligendum: *Ceteris paribus*: fieri enim posse exiffimam, ut propter circumstantias extrinsecas necesse sit visionem esse remissorem, quam sit lumen: v. g. si ad aliquius Sancti statum pertineat videre multas creaturas, talis enim ne excedat alium in sanctitate aequali, debet remissius videre, quam alter, cui est in intentione luminis aequalis. Mihi tamen hac exceptio non placet. Nam aliunde quam à variatione intentionis potest illorum beatitudo ad æquitatem reduci, v. g. si alter videat cum majori predicatorum discretione, vel videat pauciores quidem, sed perfectiores creaturem: vel denique dicatur, creature existentes non videri in Deo tanquam in medio per ipsam Visionem beatificam, sed per alias annexam, quæ sit evidenter in attelate, & habeat pro motivo formalis revelationem Dei evidenter cognitam, prout docet Card. Pallavicinus. 1. p. c. 31. n. 233. Ratio autem à priori est, quia Lumen & Intellectus elicunt Visionem necessariò, & agunt quantum possunt, nec fatigantur multitudo objectorum, ita ut ab intentione impediatur, prout contingit in cognitione abstractiva: ergo si in Visione dantur gradus Intensionis, tot gradus producentur, quot ex natura principij produci possunt, & quidem circa omnia quæ videntur.

166. Conveniunt 3. Aliquam saltem determinationem provenire à lumine gloriae: quia major vel minor luminis intensio exigit magis minusve perfectam visionem, alioquin frustranea esset major intensio gratia & luminis, si non tribuerent maiorem beatitudinem radicalem.

Dubium ergo supererit, an lumen gloriae quod est in S. Petro, ex: gr: sit ex intrinseco prædicato determinatum, ut producat Visionem de his determinatè objectis, cum hac determinatè claritate; verbo, ut videantur in Deo haec & non alia creature: vel potius, an sit ex se indifferens ad has æque ac alias, adeoque ejusdem prorsus rationis in omnibus beatis; sicut habitus Fidei est indifferens ad quamlibet & cujuscunque objecti revelationem, & habitus charitatis est indifferens ad has vel illas creaturem amandas propter Deum, sicque determinatio ultima proveniat à concursu objecti.

167. Cardinalis de Lugo in MS. cum Fasolo & quibusdam alijs, docet, à lumine gloriae provenire ultimam determinationem. Alij tamen communius, Arrubal, Martinonius, Comptonius disp. 18. s. 5. n. 5. Quirios disp. 32. s. 2. n. 7. Derkenius c. II. n. 126. Aldrete l. c. oppositum potius supponunt quam probant; volvutque ultimam determinationem provenire ab objecto: Deo scilicet, libere determinante ad videndas has potius quam illas creaturem.

168. Hæc opinio, in quam magis propendo, probari potest à paritate aliorum habituum, ut Fidei, Charitatis, aliorumque, qui in hoc differunt ab habitibus acquisitis, quod isti sint limitati ad objectum illorum actuorum à quibus generantur; habitus autem insisi sint potius instar potentiarum universalium & determinabilium ab objecto. atque lumen gloriae succedit Fidei, quæ evacuat in patria: ergo videtur parem universalitatem habere. Confirmatur ex supra dictis. Quia lumen gloriae non potest excludere concursum immediatum Dei, qui est objectum Visionis. atque, quandocunque objecti immediatus concursus, quoconque titulo, est necessarius, tunc connaturalius est, ut ultima determinatio proveniat ab objecto: ergo idem dicendum erit de objecto Visionis Dei.

169. Obijcies. Visio quam beatus accipit ab initio, nunquam per totam aternitatem variaatur: ergo si lumen gloriae haberet virtutem ad visionem aliorum objectorum producendam, illa virtus amplius esset per totam aternitatem otiosa: ergo cum non implicet lumen gloriae ita determinatum ad hanc specie visionem eliciendam, rectius dicetur defacto tale produci.

170. q. Cùm adversarij fateantur esse possibile lumen gloriae cum illa amplitudine & indifferenter virtutis, connaturalius est illud defacto produci, ut scilicet objecto reservetur ultima determinatio, quæ connaturalius debetur objecto, quam principio efficienti.

171. Quod autem illa amplitudo reddatur quoad alias possibiles visiones otiosas, provenit ab extrinseco, quod non est inconveniens. Nam

codem

D 3

codem modo redditur otiosa omnipotentia Dei quoad alios mundos possibles, vi praesentis decreti. Sicut ergo omnipotentia debebat antecedenter ad decretum Dei esse amplissima, & tamen necessariò restringenda, ita etiam debebat lumen gloriae esse indifferens, tametsi à libero Dei concurso obiectivo esset determinandum, & in æternum restringendum.

CONTROVERSIA V.

Vitrum omnis Visio DEI discernat necessariò omnia quæ sunt formaliter in DEO.

172. Certeum est. 1. non discerni omnes respectus particulares ad singulas creaturas, formaliter ab invicem distinctos, supponendo prout nunc, quod in Deo existant hujusmodi formales respectus ad singulas creaturas, propter connexionem intrinsecam cum illis. Ratio dabatur infra, quia sic comprehendenderetur saltem extenſivè Devs. Hujusmodi respectus vocatur Attributa secundaria.

173. Primaria autem attributa Dei sunt, quæ ex suo formalis conceptu sunt perfectiones Simpliciter Simplices, ac per consequens quacunque earum negata, tolleretur infinita perfectio Dei, absque eo, quod talis absentia posset refundi in defectum creaturarum. Hujusmodi sunt: Omnipotentia, Immenitas, Aeternitas, &c. Secundaria attributa sunt quodammodo Partes Attributorum primiorum, quæ in tantum concipi possunt abesse in Deo, salvo conceptu infinitatis ejus, in quantum hujusmodi absentia conciperetur fundari in defectu creature. v. g. in Deo non datur potentia faciendi chymaram, quæ absentia fundatur in implicantiâ chymara, cum qua stat conceptus omnipotentia, quia stat, Deum posse facere quidquid non involvit contradictionem.

174. Certum est. 2. quod omnes Beati videant omnia attributa primaria Dei, & quod vel uno non viso, non esset visio beatificans, hoc est, perfectè satians, & exclusans anxietatem ac desiderium videndi aliud amplius. Neque enim videretur Devs vt est ens infinitè perfectum, sed ad summum attributum non visum deducere tur ex visu, quod ad beatitudinem non sufficit; nam defacto anxiè desideramus videre illas perfectiones, quas per metaphysicas demonstrationes cognoscimus. Pari modo certum est, quod si una ex Tribus Personis non videretur, non bearer hujusmodi visio; quia semper maneret anxietas videnti quis esset ille suus Amicus, qui secum omnes perfectiones simpliciter Simplices communiqueret: haec enim est ipsa Trinitas: quare etiam si Divina Personæ non sint perfectiones simpliciter Simplices, earum tamen Visio pertinet ad veram satiavitam beatitudinem. His ex communi Theologorum iudicio suppositis,

175. Quæstio est, possitne per absolutam potentiam dari visio Dei non beatificans, quæ scilicet unum attributum primarium ab alio, vel una Per-

sona ab alia, vel essentia à Personis præscindatur, præcisione saltem formalis, hoc est, ita ut vi talis visionis possit intellectus unum attributum affirmare, ignorans vitrum identificetur cum altero, vel certè alterum non affirmare affirmatione intuitivâ.

176. Prima sententia affirmat. Ita Scotista, quibus accedunt ex nostris Salas, Card. de Luogo, Derkennis n. 49. Compronius d. 19. s. 3. n. 7. & reipsa P. de Quiros, eti verbo tenus videri posse negare. Ariaga etiam eousque progressus est, ut admittat Visionem Dei tam confutam, ut ne quidem discernat Deum à creaturis, videndo rationem Entis, non discernendo an sit substantia, & sic de alijs gradibus communibus Deo & creaturis. Secunda negat. Ita plerique, cum tota Thomistâ schola. Suarez, Vasq. Mol. Arrub. Fafolns, Pallav. Espanza. Izquierdo in Pharo scient. disq. 13. q. 11.

177. DICO, repugnare Visionem Dei, quæ non sit beatificans, nec discernat omnia attributa Primaria & Personalia.

178. Omissâ probatione vulgari, desumptâ ex generali ratione Visionis, seu cognitionis intuitivâ, quasi de hujus natura sit, discernere omnes formalites identificatas in objecto, quæ argumentatio meritò ab authoribus primæ sententiae exploditur; quia manifestè nimis probat, ut patet in visione oculari, non discernente omnia predicata identificata cum prædicto coloris, & quia inde inferretur, non videri ab uno beato plura attributa secundaria quâm ab alio; hâc inquam probatione rejectâ, sicut & illâ prætermissa, quam aliqui faciunt ex Jo. 14. Philippe, qui videt me, videt & Patrem meum: ubi Christus addit rationem: quia ego in Patre, & Pater in me est, scilicet per identitatem naturæ; ad quem locum non incommodè respondet Derkennis, ex multorum Patrum interpretatione, ibi sermonem esse de Fide, non de Visione: his probationibus omissis,

179. Probo Conclusionem primo à posteriori. Si enim ejusmodi imperfecta Visio Dei possibilis esset, pariter admittendum esset Meritum tam exigui valoris, & per consequens gradus gratiarum exiguis & remissis, arque etiam lumen gloriae, ut ei commensuraret illa visio tanquam primum & fructus adæquatus & dignus. Sed hoc videtur absurdum. Ergo &c. Lequela probatur. Talis enim visio esset ex natura sua æterna, non habens contrarium à quo destruatur: deinde, cum esset actus supernaturalis, deberet radicari in gratia. Minor etiam probatur. Quâlibet enim quantumvis remissa gratia habitualis, ita constituit Amicum Dei, ut inferat reciprocum amorem, & mutuum communicationem bonorum ad satiatem. Concilium etiam Tridentinum sif. 6. can. 32, indefinitè pronuntiat, nos bonis operibus mereri vitam æternam.

180. Confirmatur 1. ex supra dictis. Negatum est, inquam superius, posse ulli creaturæ debitam esse Visionem Dei; hujus autem rationem reddunt

reddunt ipsis adversarij, quod si debeatur Visio, deberetur etiam amicitia Dei & gratia sanctificans, quod est impossibile. Subfumo. Atqui Visio imperfecta etiam nulli creatura debetur, ergo ideo non deberetur, quia si debeatur talis visio, deberetur etiam aliqua falem imperfecta amicitia & gratia; ergo farentur adversarij, quod talis imperfecta visio etiam radicaretur in aliqua gratia habituali; ergo jam deberent admittere tam remissum gradum gratiae, cui tanquam fructus adaequatus responderet talis Visio imperfecta. Hoc autem esse falsum probatur. Talis imperfecta visio esset ex natura sua exclusiva visionis beatificantis in subiecto habente Ius ad visionem beatificantem: (omnis enim gradus gratiae tribuit hoc Ius) atqui hoc esset miraculum monstrorum, inferens statim violentum gratiae, incomparabile per aliud, (nihil enim est, per quod beatitudinis defectus compensari possit) adeoque depressivum potius quam promotivum nature, qualia miracula implicare infra docebimus, ergo a primo ad ultimum impossibilis est eiusmodi Visio Dei imperfecta. Quodsi dicas, talem imperfectam visionem non fore fructum adequatum, sed ex natura sua velle esse conjunctam cum visione beatificanti, iterum implicantia loqueris, dum talem visionem facis esse ex natura sua superflua, & prolus inestimabilem, ut consideranti liquerit.

181. Confirmatur 2. Si est possibilis Visio Dei imperfecta non satiativa, erit quoque possibilis visio Dei tam imperfecta, ut confundat Deum cum creatura, hoc est, intuitiva tantum secundum illa predicata, que Deo cum creatura sunt communia v.g. quod sit Spiritus &c. consequens autem est absurdum. Ergo &c. sequelam admittit Ariaga, in hoc laudandus, quod consequentiam doctrina teneat, quamvis eam vocet P. Esperanza ex terminis absurdam, etiamsi nulla alia ratione posse impugnari. Probatur tamen absurdam esse sequelam. Si enim est possibilis tam imperfecta visio, nulla amplius superest ratio negandi, eam defacto deberi Angelo: sicut inferiori Angelo debetur cognitio intuitiva superioris Angeli secundum illa predicata, secundum que non exceditur a superiori Angelo; quod cum a nemine concedatur, fatendum est, omnem Visionem Dei implicare, ex eius possibiliitate argueretur connaturale debitum, & possibilitas visionis confundentis Deum cum creatura. Hinc

182. Probari potest Conclusio quasi a priori. De conceptu entis omnium excogitabilium perfectissimi est, inhabitare lucem penitus inaccessibilem, nisi per favorem & gratiam; atqui omnis visio Dei quantumvis est imperfecta, est accessus ad lucem divinam, & quaedam possessio illius stabili ac perpetua; ergo nulla visio Dei, quantumvis imperfecta, potest haberi nisi per gratiam & favorem; ergo non potest ulli creature secundum se esse debita. Probo jam hinc veterius, non posse esse ullam que non sit satiativa. Nulla visio Dei potest haberi nisi per gratiam, ut jam dictum

est: ergo nulla est possibilis, nisi que possit esse debita Amico. sed nulla visio Dei non satiativa potest esse debita Amico: de ratione enim Entis perfectissimi est, vel non esse amicum, vel esse amicum perfectum, saltem radicaliter & habitualiter: atqui non est amicus perfectus, si negaret visionem satiativam; ergo nulla Visio Dei potest haberi, qua non sit satiativa. Minor pater. Qui enim habet bona satiativa, & illa alteri non communicat, hoc ipso non colit cum illo amicitiam perfectam, de cuius conceptu est, habere bona communia.

183. Probatur Conclusio iterum, ostendendo probabilem repugnantiam visionis Dei, quâ videatur unum Dei attributum v.g. Omnipotentia, non visâ v.g. omni scientiâ. Repugnat videri unum attributum divinum quâ divinum, hoc est, in ratione *Infiniti*, quia videantur etiam cetera: ergo repugnat Visio de qua disputamus. Declaratur antecedens. Infinitas divinorum attributorum non nisi ex dupli capito desumi & cognosci potest. Primo quidem, ex ordine ad infinitos terminos quos respicit: hoc modo fatendum est non videri a beatis Omnipotentiam, quia non vident in Deo omnes terminos possibles illius. Secundò ex identitate cum omni perfectione simpliciter simplici: atqui haec identitas secundum adversarios non videretur, si unum attributum videretur altero non viso: videretur quidem identice, sed non formaliter, sive v. clariâ dicam, non videretur eo modo, quo defacto videtur a beatis: ergo non videretur in ratione *infiniti*. ergo visio attributi divini in ratione *infiniti*, debet esse visio omnium attributorum constitutum Deum in ratione entis infiniti, & plenè felicitantis ac satiantis. In hoc sensu verum est quod docet Suarez, Derkenius, & plures alij, quod unum attributum divinum includatur formaliter in ceteris, non utique in ordine ad cognitionem abstractivam, & enigmaticam, sed intuitivam.

184. Confirmatur. Est contra perfectiōnem Boni infiniti cogniti & posselli, quâ talis, posse contemni & finito postponi: atqui visio de qua disputamus, esset possessio boni infiniti quâ talis: ergo non posset stare cum contemptu Dei: econtra etiam posset stare cum contemptu Dei: ergo repugnat. Probatur hoc ultimum antecedens. Talis visio posset stare cum peccato mortali: ideo enim visio beans non potest stare cum peccato, quia necessitat ad amorem Dei: ideo autem necessitat, quia satiat: ergo visio non satians non necessitat ad amorem: ergo posset conjungi cum peccato mortali. ergo cum contemptu Dei.

CONTROVERSIA VI.

Vtrum creature videantur in DEO tanquam in medio cognito.

185. Alijs terminis quæstio proponi solet, *Vtrum creature videantur in DEO (vel ut PP. loquuntur.*

quuntur, in Verbo) formaliter, vel tantum causâliter. Sensus est, an in Deo derur formaliter aliquis respectus transcendentalis ad quamvis creaturam in particulari, in quo respectu tanquam in medio reuceat ipsum esse creature tanquam terminus illius respectus, ita ut Visio directe feratur in Deo, oblique & indirecte in creaturam. Quando autem PP. dicunt creaturas videri in Verbo, nolunt dicere, quod Verbum sit specialiter illud medium in quo videntur creature; sed ut in similibus solent, Verbo appropriant opera divina sapientiae, quamvis sint toti Trinitati communia.

186. Jam vero causâliter dicitur unum in alio cognoscî, quando cognitione directe aliquis objecti est (quomodo cumque) causa, ut resulteret alia cognitione directe alterius objecti, absque eo, quod illud alterum objectum habeat respectum intrinsecum ad hoc. Si ergo Deus alicui beato manifestaret aliquid objectum creatum, sive supplingendo concursum objectivum illius creature, sive revelando illi existentiam talis creature, cum evidenter revelationis divina, diceretur beatus cognoscere talem creaturam in Deo causâliter, non formaliter.

187. Prima sententia est, non posse creaturas videri in Deo formaliter, sed tantum causâliter. Vasquez cum suis affectis, Hackero, Becano, Gaspar Hurt. Turriano. Secunda affirmat, & est longè communior, post S. Thomam. q. 12. a. 8. 9. 10. & q. 58. ar. vlt. & totam ejus scholam.

188. Probat. 1. Authoritate S. Dionysij, qui de divinis nominis. diserte tradit, ipsum Deum cognoscere creature in se vni in causa: ergo etiam à beatis possunt in Deo videri creature. Verba illius sunt: *Ipsa seipsum omnium causâ noscens divina mens, nullo prorsus modo ea quæ à se profecta sunt, & quorum causa est, ignorabit. Si enim causa una DEVS rebus omnibus statum largitur, eadem etiam causa una omnia, ut à se profecta, & in se ante constantia cognoscet.* Quibus verbis clare docet, creature etiam quod statum possibilitatis in Deo tanquam causâ cognosci: quod statum vero existentiae licet non possint videri in Omnipotenti, utpote indifferente, videntur tamen in Decreto Dei, quod etiam habet rationem causæ. Quare per hoc quod S. Dionysius loquatur etiam de creaturis existentibus, non enervatur hic textus, prout existimat P. Aldrete. disp. 17. n. 4.

189. Probat. 2. Authoritate S. Augustini. circa quem advertendum, eum in 1. cap. Gen. modo prorsus singulari, & deinceps non probato, exposuit, quomodo Deus in creatione mundi sex dies insumperit, & quomodo in illis sex diebus factum sit manë & vespera: exponit, inquit, non quasi revera sex dies seu revolutiones cœli intercesserent, sed per diversas cognitiones Angelorum beatorum, secundum sex ordines creaturarum à Moysi recensitarum. Sit, ergo, inquit, in cognitione spirituum dies primus, in cognitione firmamenti secundus, in cognitione discretionis terra ac mari tertius, in cognitione solis ac lunæ & stellarum quartus, in cogni-

tione reptilium ac volatilium quintus, in cognitione iumentorum & ferarum, vel ipsius hominis sextus. Porro in isto ordine cognitionum tanquam sex diebus, explicavit manë & vespera per duplum cognitionem Angelorum, quarum una cognoscunt directe Deum, altera vero directe creature existentes; & priorem vocat *Matutinam*, posteriorem vero *Vespertinam*. Deinde explicans has duas cognitiones sapientia repertit, per matutinam cognoscit creature in Deo, ut in Idea & arte, per Vespertinam cognoscit creature in seipsis. Denique semper inculcat, creature melius videri per visionem matutinam, quam per Vespertinam. Ad hunc locum ita responderet Vasquez, ut vim inferat verbis, & illis plenè contradicat.

190. Scio, S. Augustinum alibi lib. 4. de Gen. addit. c. 32. dicere, cognitionem Vespertinam, hoc est, creature in seipsis, fuisse necessariam ad discernendam creaturem à creatore: sed est intelligentia de discretione creature à creatore in ratione cognoscibilis, nempe ut sciret Angelus, creaturem in se & directe non esse tam perfecte cognoscibilem atque est in Deo. qua imperfectio creature deprehenditur ab Angelo experimentaliter per cognitionem directam creature.

191. Aliqui ut Franc. de Lugo & Quiros, pro se etiam afferunt Concilium Senonense, decreto. 13. vbi dicit, *Beatis pervium esse Divinitatis speculum, in quo, quidquid illorum interficit, illuc escat.* Ceterum hinc nihil solidè probatur. Communior enim sententia negat beatos videre Viphone beatam, & in Deo, qua successu temporis cognoscunt, & tamen etiam de his loquitur Concilium. Dixi, communior est sententiam. Qui enim tenent opinionem, quod Visio beata sit fluen(s) (qua mihi semper placuit), & nunc video video supponi à P. Izquierdo disp. 20. q. 4. prop. 8. n. 65.) posset cum eodem authore defendere oppositum. Sed sanè ad Concilium non pertinebat haec definire aut supponere. Accedit, quod secundum vera principia opticæ, objecta quatenus videntur in speculo, non videntur tanquam in medio habente respectum ad objectum visum, sed videntur immediate (& hoc sensu directe) quamvis per species reflexas à speculo ex angulo incidentia æquale angulo reflexionis: sicut ergo speculum reflectit species, ita Deus supplingendo concursum objectorum fungitur aliquo modo officio speculi.

192. Probatur nunc Conclusio ratione, ostendendo, non posse in Deo negari omnem respectum transcendentalis ad creaturem. Si Deus non haberet intrinsecam connexionem cum singulis creaturis in particulari, sequitur, hanc denominationem: *Cognoscere, quod Leo non involvat contradictionem, distinguatur ab equo, sit rugibilis &c. non esse Deo adæquatè intrinsecam, adeoque scientiam Leonis ut possibilis, & discernentem Leonem ab equo, esse formam nec adæquatè vitalem, nec adæquatè Deo intrinsecam, sed partim intrinsecam partim extrinsecam, compositam sci-licet ex entitate Dei, & entitate Leonis, quoad sta-tum ob-*

tum objectivum, seu quoad possibiliter illius intrinsecam objectivam, seu Logicam, ut vocari sollet. conseqüens est absurdum: ergo Deus saltem quoad suam scientiam habet intrinsecam connexionem cum creaturis, non quidem quoad coextensam, sed quoad illum statum objectivum quem adversarij admittunt. Sequelam concedunt adversarij, & facile demonstratur. docent enim adversarij, quod etiam si fingamus implicare Leonem, non propterea Deus esset alius quam qui est defacto; acqui in illa hypothesi Deus non haberet hanc denominationem: cognoscere Leonem non implicare: talis enim cognitione, utpote tunc falsa, Deo convenire non posset: ergo in illa hypothesi esset ablata pars constitutiva hujus denominationis. sed nihil esset ablatum præterquam possibilitas intrinseca Leonis, omnibus ex parte Dei remanentibus: ergo haec possibilis est pars constitutiva illius cognitionis; sed haec possibilis, ut supponunt adversarij, est quid extra Deum: ergo illa cognitione esset partim aliquid extra Deum. Brevis. Dicunt adversarij: Implicantem Leone, nihil implicaret in Deo: atque implicante Leone non datur Scientia haec: Leo est possibilis: ergo haec scientia non est adæquata in Deo.

193. Minorem verò esse absurdum, probat P. Aldrete, fundando se in doctrina Recentioribus admodum familiari, quod nempe nullus detur hujusmodi status objectivus, aut possibilis intrinseca, sed sola extrinseca, nempe Omnipotencia Dei. Ego tamen ab hoc abfingo, cum sit quæstio philosophica, neque ad præsens intentum illo modo necessaria, admittentibus illum statum objectivum ante hac omnibus nostra sententia patronis; & licet illi RR. speciosis argumentis moveantur, non desunt tamen etiam hoc tempore, quibus illa fallacia videtur, inter quos & ego sum. videatur P. Izquierdo in Pharo scient. disq. 10. & 11.

194. Alter ergo probo, absurdum esse, quod scientia quam Deus habet de Leone: quod sit possibilis, quod distinguatur ab equo, &c. non sit Deo adæquate intrinseca. Scire, est vitaliter attingere, & scientia est imago intentionalis & vitalis objecti, adeoque est vita in actu secundo. sed de conceptu vite in actu secundo est, esse intrinsecam cognoscendi, cum debat vitaliter & experimentali assertere (seclusis imperfectionibus) & consistit in indivisibili, ergo absurdum est dicere, scientiam compleri per ipsum statum objecti extrinsecam.

195. Respondet Vasquez, non esse absurdum admittere in Deo hujusmodi denominationem vitalem partim extrinsecam, esto sit nobis imperceptibilis, cum defacto admittenda sit in Actibus liberis Dei.

Sed contra 1. Nam haec ipsa argumenta concurat afferendum, decreta libera Dei, esse Deo adæquate intrinseca, ut infra dicemus.

Contra 2. Quia si est urgentissima ratio hoc admittendi in actibus liberis Dei ob Dei immutabilitatem, non est imperceptibilis difficultas ex-

tendenda ad actus Dei necessarios, ubi non vrget eadem ratio, vel alia similis, qualis in praesenti nulla vrget.

196. Concesso ordine intrinseco scientiae divinae ad creaturas in particulari, concedendus etiam est, similis ordo in ipsa Omnipotencia. Ratio est, quia si ille prior ordo absolvitur ab omni imperfectione dependentia, eò quod talis connexione non sit propriè dicta dependentia aut indigenita, posterior quoque absolvendus erit. Ratio vltior est, quia perfectius est, habere adæquatè intrinsecam potentiam absolutam aliquid faciendi, quam habere tantummodo quasi inchoatam, & conditionatam, & opus esse alterius adminiculio.

197. P. Bernardus Aldrete, disq. 6. s. 2. n. 8. hanc virtutem conditionatam exagitat hoc modo. Si in Deo esset tantum conditionata potentia faciendi hominem, si is non repugnet, erit etiam conditionata potentia faciendi hircocervum, si is non repugnet: sequelam concedunt adversarij, & quidem consequenter; admittunt enim, facta hypothesi quod homo implicaret, adhuc esset in Deo eadem potentia faciendi hominem, casu quo non repugnaret: atque tunc esset potentia conditionata faciendi aliquid implicans: ergo etiam defacto habebit potentiam faciendi hircocervum, non obstante ejus implicantiæ. Concessa sequela sic vrget. Haec potentia conditionata faciendi hircocervum, non minus est chymærica, quam virtus producendi alium filium divinum, sub conditione quod non repugner, aut potestas mentendi, supposito quod esset honestum, & non amplectendi virtutem, sub conditione quod esset malitia: vel facultas annihilandi suum Filium, sub conditione quod non repugnet talis annihilationis, sive potestas producendi plures Deos, sub conditione quod non repugnent, producendi actus liberos realiter distinctos &c: quæ omnia absurdissima sunt, & adversarijs indigna.

198. Verum non difficulter ad haec terriculamenta responderent (meo quidem judicio) adversarij, negando paritatem. Si enim res attenitius consideretur (in qua tamen declaranda non est opera pretium immorari) in his omnibus exemplis, si dicatur alligari possibiliter Dei Filio unico & indestruibili habenti identificatam naturam divinam, item negationi plurium Deorum, voluntati necessariae nunquam fallendi, amandi virtutem, &c. non alligatur possibilis Dei alicui à Deo realiter distincto, & includenti esentialiter imperfectionem, sicut in nostra sententia alligatur ejus possibilis possibilitati hominis, & impossibilitati hircocervi, si dicatur Deo esse intrinseca potentia absolute faciendi hominem, & absoluta impotentia faciendi hircocervum.

199. Aliud argumentum excogitavit P. Antonius Perez disq. 2. c. 2. n. 94. & 95. quo existimat demonstrari immediatam connexionem Dei cum quovis ente, immò cuiusvis entis cum quovis alio possibili; est autem hoc. Implicantem muscam implicaret Deus: ergo Deus habet intrinsecam connexionem

nexionem cum musca possibili. Probatur antecedens. Implicantē muscā darentur contradic̄toria, nempe existeret musca, & negatio muscæ: sed his existentibus verificarentur de D̄o duo contradic̄toria: ergo implicantē muscā implicaret D̄eūs. Minor probatur. Existente simul muscā & negatione muscæ, D̄eūs coexistere muscā & negationi muscæ: sed hoc modo verificarentur de D̄o contradic̄toria. Minor probatur. Coexistere negationi muscæ formaliter nihil aliud est, quām existere & non coexistere musca: sed ex concessis D̄eūs coexistere muscā & negationi muscæ: ergo D̄eūs coexistere muscā & non coexistere muscā: sed coexistere & non coexistere eidem, sunt contradic̄toria: ergo à primo ad ultimum implicante muscā verificarentur de D̄o contradic̄toria. Ulterius cūm argumentum hoc etiam applicari posse cuivis creaturæ respectu cujuscunq; alterius, ideo inter singulas & omnes admittenda erit hujusmodi conexio possibilis.

Hæc doctrina tanquam nova & singularis fuit à pluribus impugnata in Hispania, ut colligere licet ex Ovidio. *Contr. io. Met. p. 4. n. 21.*

200. Argumentum factum est subtile sophisma, pro cuius solutione distingendum est inter hac duo, quæ in argumēto confunduntur. Primum. *Illud est cum altero quoad esse possibile connexum, de quo existente verificarentur contradic̄toria, si alterum implicaret.* Alterum. *Illud est connexum cum altero quoad esse possibile, de quo existente verificarentur contradic̄toria, si alterum existeret & implicaret.* Prior propositio est vera, altera falsa, quod often-
do. Quando in hypothesi ponimus implicare muscam, non hoc ipso ponimus existere muscam, & existere contradic̄toria: sicut ex eo quod defacto chymæra repugnet, non propterea defacto existunt contradic̄toria: quare, ad hoc ut existeret contradic̄toria, addenda est secunda hypothesis impossibilis, nempe quod musca, (quæ per primam hypothesis ponebatur implicare) existeret: hinc autem probatur falsitas secundæ propositionis. Si Chymæra, quæ defacto implicat, existeret, procul dubio existerent contradic̄toria, & utriusque contradictiorum coexistet D̄eūs, & per consequens (prout inferit P. Antonius Perez) D̄eūs existeret, & non existeret: neque tamen D̄eūs defacto repugnat, nec defacto coexistit contradic̄torijs: ergo pari modo, si ponatur implicare musca, & deinde per secundam hypothesis ponatur existerere, adeoque existeret contradic̄toria, sequitur quidem vigore hujus secundæ hypothesis D̄eūm coexistere contradic̄torijs, sed non propterea sequitur D̄eūm implicaturum præcisè vi prioris hypothesis, si musca implicaret, atqui vi hujus solius hypothesis deberet sequi D̄eūm implicare implicante muscā, etiamsi non fingatur musca existerere, ad hoc ut D̄eūs haberet connexionem cum musca possibili: argumentum autem Perezij superaddit secundam hypothesis: ergo non concludit. Itaque

In forma respondetur ad argumentum, negando antecedens. ad probationem negatur mi-

nor. Non enim præcisè ex hypothesi quod implicaret musca, existerent contradic̄toria, sed, si musca implicaret, & simul existeret. Quodsi jam in minore propositione addatur secunda hypothesis, est quidem propostio vera, sed syllogismus habet quatuor terminos.

201. Imò, secunda hypothesis est incepta ad syllogizandum: factâ enim hypothesi existentia contradic̄tiorum, tollitur fundamentum omnis forma syllogistica, ut in rem præsentem optimè observat Card. Pallavicinus c. 17. n. 153. quæ fundatur vnicè in hoc, quod non existant contradic̄toria. Possit arguendo alia responsiones adhiberi, sed hæc sufficiat in re philosophicâ.

202. Contra Conclusionem objicitur. 1. Si D̄eūs modo dicto connecteretur cum creaturis, sequeretur D̄eūm non fore sibi sufficientem ac nullius indigentem; consequens est contra Scripturam & PP. Ergo &c. Sequelam probat P. Izquierdo. Nam, inquit, quæ major indigentia possibilis creaturarum, quām non posse existere sine illa? aut quomodo sibi satis est, qui prorsus perire, si musca impossibilis redderetur? egregia profectio independit divinitatis ab omnibus, quæ ipsa non sunt, ut nequeat divinitas existere in rerum natura, si Musca desinat esse possibilis? Respondemus, connexionem intrinsecam D̄eū cum creaturis nec esse dependentiam, nec indigentiam, in eo sensu, quo indigentia sonat imperfectionem. Ratio est, quia ut probavimus, illa connexionem est potius perfectio, quia tribuit D̄eū absolutè & simpliciter, posse facere muscam, quod ex suo conceptu est perfectius, quām, ex se tantum conditionatè id posse: sicut est perfectius, posse mouere se absolutè; quām, posse solum si nemo resistat. Ex eodem capite reddenda est ratio, cur scientia musca possibilis debeat D̄eū esse intrinsecā adæquatè, quia perfectius est vivere vitâ intentionalî, quām non vivere, vel quām vivere solum conditionatè, si musca sit possibilis: sicut est perfectius, posse absoluē intueri secreta cordium, quām solum id posse conditionatè, si alter consentiat.

203. Ad authoritates Scripturæ & PP, assertum D̄eūm nullius esse indigum, respondeatur, eos locutos esse de indigentia, quæ tam doctis quām indoctis est vera indigentia, nempe indigentia rei existentis ad existentiam sui: haec enim solam, & non connexionem cum creaturis exclude re voluisse, tam est manifestum ex fine & intentione loquentium, ut nemo prudens dubitare possit, scopus enim fuit ostendere, quod D̄eū omnia liberè fecerit in tempore, æquè felix futurus, si nihil produxisset.

204. Obiicit P. Izquierdo 2. Ea perfectio est concedenda D̄eū, quæ major alia nequeat ex cogitari: sed major est perfectio omnimoda independentia ac sufficientia in proprio esse, quām dependentia ab esse alieno, seu actuali seu possibili: ergo &c. 2. Negando suppositum minoris, quod connexionem cum creaturis possibilibus sit dependentia vlo modo. Nos ergo illi majori propositioni hanç mi-

hanc minorem subiçimus. Atqui est major perfeçio, habere potentiam absolutam faciendi muscam (qua sine intrinseca connexione haberit non potest) quam habere tantum conditionatam. Ergo haec Deo tribuenda est.

205. Vrgit tamen. Connecti cum existentia creaturarum eo modo quo per nos connectitur cum possibilibus, esset imperfeçio: ergo etiam connecti cum possibilibus. quid enim refert, quod creature sint possibles vel existentes, quandoquidem vtroque modo sunt aliud à Deo? Nisi tantus vir habeat proponeret, esset omittenda.

206. R. Ineptam esse hypothesis antecep- dentis. connexio enim cum creaturis existentibus arguit imperfectionem in Deo, deberet esse dependentia Dei à creaturis eo modo quo defacto creature pendent à Deo. potest tali dependentia, hoc ipso creature non penderent à Deo, quia non potest dari mutua dependentia quoad primum esse. Connexio Dei cum creaturis possibilibus stat cum evanidem dependentia in existendo à Deo, & non sequitur mutua dependentia: vides ergo, quod male fingatur connectio Dei cum creaturis existentibus, prout connectitur à nobis cum possibilibus.

207. Disputat P. Izquierdo deinceps contra quodam modernos (illi sunt Romani) qui ad eius argumenta expeditius se existimant r. cipòdere, supponendo illud suum solenne principium, quod Deus sit omnium possibilium formalis possiblitas, & omnium impossibilium impossibilitas, non admittentes ullam possibiliterum intrinsecam Logicam seu objectivam; quo supposito dicunt, Devum ideo non pendere à possibiliitate creaturarum, quia hoc aliud non esset, quam Devum pendere à seipso, cum ipse sit possibilis omnis. Quomodo hos viri gerat P. Izquierdo, videri potest apud ipsum. ego breviter

208. Quero ex istis, nunquid omnipotencia Dei respicit creaturam, & hac est terminus illius respectus, in quo tanquam in medio cognoscitur? nunquid hic terminus (explica illum ut volueris) est subjectum denominationis quam accipit ab omnipotencia, quando denominatur per te possibilis? nunquid est de necessitate Omnipotenzie, tribuere hanc denominationem? nunquid ad hanc denominationem ille terminus est necessarius nihil horum negari potest. Ecce! de hoc termino, de hac necessitate procedunt argumenta adversatorum, qui putant hanc esse indigentiam illius termini, sive nolis five vel illum terminum vocare possibiliterum intrinsecam; quam quidem ego malo admittere, quam cum quibusdam inde ad nos translati, concedere hanc propositionem: *Homo est formaliter homo per aliquid quod nec formaliter nec realiter est homo*: ad quam concedendam adacti sunt ex eo, quod docuerint, Essentiam divinam esse formale verificativum hujus propositionis; *Homo est Homo*. Ad alia argumenta P. Izquierdo partim responsum jam est, partim respondebitur infra, quando agamus de Comprehensione Dei.

209. Pro Coronide hujus controversia placet referre novam viam defendendi, quod creatura videantur in Deo formaliter, absque eo quod admittenda sit in attributis divinis, prout sunt perfectiones simpliciter simplices, vila talis connexionem creaturis possibilibus, ut implicante musca implicaret hic Deus.

210. Posset ergo quis dicere, esse quidem in Deo ordinem intrinsecum ad creaturas in particulari, & quidem ordinem necessarium, & realiter indefectilem, sed tamen virtualiter intrinsecè distinctum ab ipsa Entitate Dei, sicut infra dicemus, actus liberos Dei ab essentia divina distinguuntur, cum hoc tamen discrime, quod actus liberi Dei, in quantum sunt virtualiter distincti, & habent praecisam rationem terminationis, ut sic inquam potuerint defacto non existere, sed existere actus oppositus; at vero terminatio ad possibiliterum musca, non potuerit etiam hoc sensu defacto abesse à Deo, secundum suas perfectiones simpliciter simplices spectato, quia non potest musca non esse possibilis, sed tamen que sub hypothesis impossibili, si musca implicaret, à Deo abesset, & ejus loco esset alia formalitas seu virtualitas, nempe terminatio ad muscam impossibilem. In hac ergo formalitate videri posset musca possibilis, ob ejus relationem ad mulcam, absque eo quod Scientia Dei, quatenus est Perfectio simpliciter simplex, haberet villam etiam impropriè dictam dependentiam à possibiliterum musca.

211. Hac mihi videtur planè mens esse P. Izquierdo, si varia eius loca inter se conferantur diff. 20. q. 4. prop. 9. & 10. junctis illis que prius docuerat tota diff. 4. presertim prop. 2. n. 40. circa medium. Verum nobis hic modus philosophandi non placet. 1. Quia, ut vidimus, nulla est imperfeçio, tribuere attributis divinis connexionem illam quam haec tenus defendimus. Si enim talis connexionem esset imperfeçio, non posset, ne quidem in villa formalitate virtualiter à Deo secundum entitatem suam distincta reperiri: nam licet hujusmodi terminations non sunt perfectiones simpliciter simplices, quia non sunt meliores ipsæ quam non ipse, sunt tamen perfectiones simpliciter hoc sensu, quod nullam includant imperfectionem.

212. Secundum, quia supra demonstratum est, in Deo non posse admitti distinctionem virtualem inter duo prædicata, quæ non distinguantur realiter in tertio. Atqui formalitates modò indicantur v. g. Scientia de musca possibili, hoc ipso quia essent necessaria, non distinguerentur ab essentia divina in tertio, quia essentia divina non solum non identificatur, sed nec potest identificari cum scientia opposita, de impossibilitate muscae: ergo non possunt hujusmodi terminations virtualiter distincte admitti. Neque dicas, quod pro casu implicante musca, posset essentia divina identificari cum terminacione opposita. R. Potentia ad casum impossibilem, non magis est potentia, quam impotentia, & ideo non est tribuenda Essentia divina.

CON-

E 2

CONTROVERSA VII.

Quænam sit ratio, cur DEVS sit incomprehensibilis à Creatura.

§. I.

Quid nomine Comprehensionis hoc loco intelligendum sit.

213. Quando in præsenti punclo investigatur ratio, cur Devs à creatura comprehendendi non possit, non est accipienda Comprehensionis in illo rigore & perfectione, vt sit cognitio adæquans objectum, ita ut sit proportio inter cognoscendum & cognitum quoad perfectionem scibilitatis: seu ut cognoscatur, quantum meretur cognosci ex intrinseca perfectione; quam proportionem ajunt tandem in eo consistere, quod cognoscens non sit minoris perfectionis quam objectum cognitum, seu, ut loquitur Arriaga, *hic n. 6.* Cognitio comprehensiva debeat oriri à principio aquæ perfecto ac est ipsum objectum. *ita accipiunt Arrubal, Herize, Ruiz, Oviedo, Arriaga.* Ratio est, quia hoc sensu accipiendo Comprehensionem, tollitur è medio omnis difficultas: si enim tam evidens est Deum non posse comprehendendi, quam evidens est, Creaturam non esse Deum.

Vt ergo quæstio locum habeat, accipienda est Comprehensionis in sensu quo eam usurpat ac definit S. Augustinus Epist. 112. & est communiter recepta: Quando scilicet objectum ita viderur, ut nihil ejus lateat videntem, hoc est, omnia quæ tam formaliter quam eminenter in illo continentur, vocatürque Comprehensionis extensiva.

214. Respondebat Atriaga, S. Augustinum omnibus esse interpretandum, nam etiam Thomistæ dicunt, non sufficere ad comprehensionem cognoscere omnia quæ sunt in objecto formaliter vel eminenter per cognitionem probabilem. Sed quæso, quid hoc ad rem nostram, & ad S. Augustinum? Nunquid S. P. ad Comprehensionem requirit Visionem: an cognitio probabilis est visio? audiamus verba S. Patris distinguenter universaliter Visionem à Comprehensione c. 8. *Aliud est, inquit, videre, aliud est rotem videndo comprehendere; quandoquidem id videtur, quod præsens vtcunque sentitur, totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil ejus lateat videntem.* Et alibi, *Serm. 38. de verbis Domini c. 3.* probat oculum non comprehendere aliquod corpus, ex eo quod non totum aspiciat: *cujus, inquit, hominis faciem vides, dorsum non vides eo tempore quo faciem vides, & quando dorsum vides, eo tempore faciem non vides.* non sic ergo vides, ut comprehendas. Quid hic, obsecro, est Thomistis interpretandum?

215. S. Epiphanius hæresi 70. explicans, quomodo verum sit, Deum videri, & non comprehendendi, sic loquitur. *Scepe in summitate montis stan tes videmus ipsum mare, & si dicamus, nos vidisse mare, non mentimur: si vero quis contradicat, ac dicat: non vidisti: ipse non mentitur: ubi enim penetrat latitu-*

dinem, ubi longitudinem, ubi profunditatem &c. Ecce! hoc solun desiderat ad Comprehensionem, omnia videre, qua sunt in objecto.

216. S. Thomas q. 12. a. 7. tractans quæstionem, an Devs possit comprehendendi, idque negans, in C. sic loquitur. *In tantum enim intellectus creatua Divinæ Essentiam perfectius vel minus perfectè cognoscit, in quantum majore vel minore lumine glorie perfunditur. Cum igitur lumen glorie creatum in quoconque intellectu creato receptum, non possit esse infinitum, impossibile est, quod aliquis intellectus creatus Deum infinitè cognoscat.* Ecce! S. Thomas desumit Incomprehensibilitatem præcisæ ex finite luminis gloriae, & non ex defectu substantiali inæqualitatis in perfectione cum Deo.

217. Clarius adhuc loquitur ar. 8. in C. dicens. *Nullus intellectus creatus totaliter Deum comprehendere potest, ut ostensum est: ergo nullus intellectus creatus videntem Deum potest cognoscere omnia que Deus facit, aut potest facere.* hoc enim est et comprehendere eius virtutem: tandem doctrinam repetit p. q. 10. a. 2. negans, animam Christi cognoscere in verbo omnia possibilia. *Quia, inquit, hoc est et comprehendere omnia que Deus potest facere, quod est et comprehendere divinam virtutem, & per consequens divinam essentiam.* Priùs autem dixerat, Christum vidisse omnia, quæ vel aliquando existivit, vel existit, sunt; & hoc sensu esse intelligendos sanctos Patres, quando dicunt, Christum omnia scire. Reliquum est, ut deinceps repugnantiam huius extensivæ comprehensionis rationibus comprobemus.

§. II.

Incomprehensibilitas Dei Rationibus probatur.

218. Prima ratio est D. Thomæ q. 12. a. 7. unum quodque tantam habet cognoscibilitatem, quantum habet perfectionem: sed Deus est perfectionis infinita: ergo competit illi cognoscibilitas infinita: atqui nullus intellectus creatus potest Deum cognoscere infinitè: ergo non potest adquare eius cognoscibilitatem. Minor probatur. In tantum potest intellectus creatus intuitu cognoscere Deum, in quantum est prædictus lumine gloria: sed non potest esse prædictus lumine infinito, ergo nec potest Deum cognoscere infinitè, sive quoad extensionem infinitam.

219. Dices i. Multi concedunt possibile lumen infinitum, & tamen negant posse Deum comprehendendi: ergo argumentum S. Thomas fundatur in aliquo minus certo, quam sit id quod est probandum. R. Non est novum, nec inconveniens in Theologia, aliquorum articulorum fidei probationes esse minus certas, quam sit ipsum objectum conclusionis, habens certitudinem fidei. Deinde etiam si est possibile lumen infinitum, non potest tamen ab ullo concedi infinitum maximum omnium possibilium: ergo quocunque producto est aliud majus producibile: ergo etiam quacun-

quacunque visione data, est alia clarior possibilis: ergo nulla est possibilis quæ sit comprehensio; quia comprehensio deberet esse omnium clarissima, & omnium discernibilium discretiva.

220. Dices. 2. Illa major intensione possibilis luminis, non serviret ad majorem claritatem, sed tantum ad maiorem intensionem visionis. R. Si supponatur, dari gradus intensionis in visione, & posse dari infinitum lumen, argumentum S. Thomæ potest eludi per hanc replicam; alterutro tamen illorum negato, argumentum est efficax, ut magis ex dicendis patebit.

221. Secunda Probatio. Cognoscibilitas Dei non minùs est infinita, quam ejusdem omnipotenciam seu participabilitas à creaturis, atqui ad infinitatem omnipotentiae spectat, non posse adæquari ab ulla termino à se producere; & ad infinitum participabilitatem Dei spectat, non posse adæquari ab ulla creatura omnium possibilium perfectissima, seu perfectissimè assimilata Deo: ergo ad infinitam cognoscibilitatem Dei spectat, non posse dari cognitionem creatam, quæ adæquet omnem possibilem concursum objectivum, hoc est, quoniam posse dari concursus objectivus perfectior, seu extensivè major: atqui hoc fieret, si daretur cognitione comprehensiva Dei, hæc enim adæquaret totam cognoscibilitatem Dei extensivam, ut patet. Ergo &c. Hoc argumento usus est etiam P. Antonius Perez disq. 3. a. 3. c. un. n. 4.

Tertia Probatio, vel potius prioris confirmatione sit hec: Sicut ad immensitatem Dei pertinet,

non posse adæquari ab ulla ubicatione creata, ne quidem quoad extensionem, & ad æternitatem, non posse adæquari ab ulla duratione creata, & ad omnipotentiam, non posse adæquari ab ulla potentia creata, ita debet ad omniscientiam Dei pertinere, non posse, ne quidem extensivè adæquari ab ulla cognitione creata, quæ scilicet cognoscatur intuitivè tantumdem, quantum cognoscit cognitione divina Essentialis, quæ est summa perfectio in Deo: sed verum est prius: ergo & posterius. Nec refert quid aliqui admittant possibilem durationem ab æterno; nemo enim ponit illam entitativè indivisibilem, de qua procedit argumentum.

Quarta Probatio. Virtus delectandi ac beandi creaturas tanta in Deo est, ut nulla capacitas creata eam possit adæquare; sed virtus beandi & delectandi non est major cognoscibilitate Dei, ergo nec cognoscibilitas Dei potest ab ulla virtute intellectiva creata adæquari. Major patet. Omnis enim capacitas creata est finita, distans infinitè à delectatione & beatitudine, quam Deus beatus est; ergo delectatio beatifica cuius capax est creatura, est augibilis in infinitum, sed quod est augibile in infinitum, nunquam potest pervenire ad summum: ergo &c. Minor vero probatur. virtus delectativa cuiuscunque rei fundatur in ejusdem rei cognoscibilitate: ergo virtus delectandi major esse non potest, quam sit cognoscibilitas ejusdem rei.

CAPUT III.

DE SCIENTIA DEI.

CONTROVERSIA I.

*Quodnam sit objectum formale motivum seu directum Scientiæ divinae Essentialis
seu simplicis intelligentie.*

222. Non accipitur in praesenti Motivum in illa significatione, quam hæc vox præferrit ex prima impositione, & prout reperitur in motivo cognitionis creatæ: sic enim arguit & supponit imperfectionem in cognoscente, nempe insufficientiam, & indifferentiam ad cognoscendum & non cognoscendum, quod in Deo locum non habet. Accipendum est igitur in sensu non includente imperfectionem (sicut & alia vocabula, ut Actus, Potentia &c.) & in hoc sensu Motivum formale aliud non est, quam ratio cognoscendi, quidquid tali cognitione secundum tertum tendendi modum cognoscitur: sive: est id, quod intellectus redderet pro ratione sua affirmationis, si interrogaretur, quare hoc affirmeret esse tale; Vel brevius: Motivum formale est illud, quod immediatè propter se cognoscitur, in quo vel ex quo cognoscuntur cetera, si quæ præceea illa cognitione per talen tendendi modum cognoscuntur.

223. Porro objectum quod Deus cognoscit per scientiam essentialalem seu simplicis intelligentię, duplex est, increatum & creatum: sub increato venit Essentialia Dei, Trinitas Personarum, actus liberis Dei, scientia visionis, ac denique scientia media seu conditionata, si quidem hi actus sunt adæquati intrinseci Deo. Sub objecto creato veniunt omnes creature secundum essentialiam suam considerata, cum præcisione ab omni existentia, tam absolute quam conditionata, hoc est, non affirmando ullam existentiam, nam aliter in veriore sententia,

tentia, non potest essentia ab existentia praescindi, cùm sint formalissimè idem essentia & existentia, sumpta prout est indifferens ad quamvis temporis differentiam.

224. Certum imprimis est, supposita sententiâ superius traditâ, de immediata & intrinseca connexione attributorum Divinorum cum creaturis, certum inquam est, Deum videndo se, suamque omnipotentiam, videre in se tanquam in medio creaturas ipsas indirectè, hoc est tanquam terminum, & hoc sensu Deum esse motivum formale Scientiæ Divinæ, tam respectu sua Essentiæ, quâm respectu creaturarum, atque etiam Personalitatum Divinarum, quas vider in fecunditate sua Naturæ, prout videlicet Natura Divina est virtualis radix Personalitatum. Hoc supposito

225. Controversia est, an in eodem signo, quo scientia Dei fertur in suam Essentiam directè, feratur etiam eadem scientia directè in creaturas, easque cognoscat in seipsis, ita ut eadem scientia etiam virtualiter indistincta, feratur æque directè tam in se, quâm in creaturas, & in Personalitates Divinas, adeoque Personalitates & creature non solum sint objectum indirectum, sed etiam directum.

Potest autem status questionis explicari comodè exemplo desumpto ex Christi scientiâ, Christus enim non solum cognoscit creaturas per visionem beatam in verbo tanquam in medio & motivo, sed etiam, quamvis per aliam scientiam supernaturalem & Infusam, cognoscit illas in seipsis directè. Quaritur ergo, an huic duplice Scientiæ Christi æquivalat Scientia Dei quoad duplicem modum tendendi in creaturas, directum videlicet, & indirectum: idem est de Personalitatibus.

226. Prima sententia affirmans, est plurimum gravium Doctorum, Herize, Martinonii, Monzai, Arriage, Card. de Lugo, de Quirós d. 44. f. 2. Componti, & novissimè P. Aldrete, acutè eam propugnantis disp. 18. f. 1. 2. 3. Ut non assequar, cur P. Martinus Esparza eam vocer paucorum, indignam & Paradoxam opinionem.

Secunda negans, est aperta S. Thomæ q. 14. a. 5. in fine. Scendum est, inquit, quod Deus seipsum videt in seipso, quia seipsum videt per essentiam suam: alia autem à se videt non in ipsis, sed in seipso, in quantum essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso. S. Thomam sequuntur Thomiste, & plures ex nostris, Suarez, Ruiz, Derkennis, Ant. Perez, Espanza. Videamus huius sententia fundamenta.

227. Probant eam 1. Authoritate S. Dionysii c. 7. de divin. nominib. Non enim, inquit, ea que sunt, ex iis que sunt, novit divina mens, sed ex se, & in se per caussam, rerum omnium cognitionem, scientiam, essentiâmque habet. Non quod per speciem singula consideret, sed quod una caussa complexus omnia sciat. Seipsum ergo cognoscens divina Sapientia novit omnia, sine materia ea qua materia constant, sine divisione (intellige ipsius scientia) ea que dividua sunt. Consideratis tamen attentius illis verbis totoque contextu, manifeste liquet, S. Dionysium solum contendere,

quod Deus non cognoscat naturas creaturarum primum in tempore, iisdem concurrentibus, sed anticipatè, & per unam indivisibilem scientiam.

228. Probant 2. Quia talis directa scientia, est superflua. Deus enim cognoscit creaturas in seipso longè sublimiore modo. Verum, nisi hoc aliter urgeatur, adversarii negant esse superflua, quia est diversus modus cognoscendi: ob quam caussam in Christo talis Scientia admittitur ultra visionem creaturarum in verbo.

229. Probant alii 3. Si creature cognoscantur directè à Deo, specificarent divinam cognitionem: omnis enim cognitionis habet suam speciem per ordinem ad objectum. Sequela autem videtur per se absurdâ. Hoc argumentum non male retrorquer Arriaga in omnipotencia, quæ utique directè respicit creature: ergo vel ab illis specificabitur, & haec specificatio non erit inconveniens; vel si haec non specificatur, nec scientia specificabitur. Ad Argumentum directè respondet Card. de Lugo, negando sequelam; Probationem eius distinguit. Omnis cognitionis accipit specificationem ab objecto formaliter quo accipit suam perfectionem, ita ut non esset æque perfecta, si tale objectum formale non haberet, concedit: ab objecto, quod etiam non esset, & ideo non cognosceretur, cognitionis esset æque perfecta, propter primarium objectum formale, negat. Eiusmodi objectum sunt creature, quarum cognitionis est secundaria. Responderi poslet. 2. Translat sequela, negando id esse inconveniens. Specificari enim (nisi fiat quæstio de nomine) non est caussari, sed est; sub tali consideratione diversificari specie ab alio. Potest enim Actus non solum specificari ab objecto, sed etiam à Modo Tendendi, à quatenus utique non caussatur, cùm sit realiter idem cum actu. Responderi potest Tertiò & expeditius, negando sequelam: sufficienter enim diversificatur divina cognitionis ab omnibus aliis per alii prædicata, quâm per relationem ad creature, nempe per hoc, quod sit cognitionis substantialis, infinita, comprehensiva Dei, &c.

230. Probant alii 4. Si Cognitionis Dei fertur directè in creature, sequitur cognitionem Divinam terminatam ad creaturem perfectiorem, fore etiam perfectiorem, cognitione terminatam ad creaturem imperfectiorem, quia quod perfectius est objectum, eo perfectior est cognitionis. Responderi potest 1. Negando sequelam. ad probationem responderetur, verum id esse in cognitionibus creatis, & inter se distinctis, secus in cognitione divina, alioquin si liceret argumentari à cognitionibus creatis ad divinam, posset retrorqueri totum argumentum; Cognitionis enim creata cognoscens in Deo creaturem perfectiorem, est perfectior alia cognoscente in Deo creaturem imperfectiorem: ergo etiam cognitionis divina quæ in Deo cognoscit creaturem perfectiorem, erit perfectior alia cognoscente creaturem imperfectiorem, quod omnes negant. Ratio est, quia in Deo cuiuscunq; creature

creature cognitionis est quæ perfecta ac cognitionis alterius creature, propter Identitatem summam, excludentem etiam virtualem distinctionem intrinsecam; unde non potest unius perfectionis augeri vel limitari ab objecto: sicut nec meritum Christi circa perfectius objectum, est majoris valoris quam aliud, quia omnia sunt valoris infiniti. Responderi potest. 2. cum quibusdam RR. distinguendo sequelam. Cognitionis circa creaturam imperfectior est imperfectior præcivis, transeat: positivè negatur: hoc est, concipiuntur quidem non expressa majori perfectione, & sic præscinduntur; adeoque tantum extinsec caret illa majori perfectione, non vero intrinsecè.

331. Probat alii 5. Si creature cognoscentur à Deo directè, haberent rationem motivi: sed hoc est falsum. Ergo. Minor probatur. Quia nec movent per seiphas, nec per species impressas, & quia ad rationem motivi requirunt ut inde cognitione accipiat suam perfectionem. Respondebunt adversarii, hic fieri questionem de nomine Motivi: Negabunt ergo sequelam, & dicent, vocari posse objectum Terminativum, sed tamen directè cognitionis. Quia propter suam intrinsecam cognoscibilitatem (qua est proprietas entis ut sic) cognoscuntur à Deo, cuius essentia habet ex se rationem speciei impressæ ad illas cognoscendas, ut loquitur post alios P. Aldrete.

332. Probat alii 6. Si Deus directè & in seipso attingeret creature, utique non per meram apprehensionem attingeret, sed Affirmative & Enunciative: hoc autem dici non potest. Si enim affirmat v. g. hominem esse animal rationale, non utiq; affirmat eum existere: ergo affirmat sub conditione: *Si homo existit, est animal rationale*. Sed hic modus enuntiandi involvit manifestam imperfectionem Deo indignam, est enim formaliter compositivus, conferens subjectum cum predicato: ergo &c. Responderet idem Author, non esse maiorem difficultatem in hac, quam in opposita sententia. Nam quando Deus vider hominem in sua omnipotencia, tametsi affirmet existentiam virtutis producenti hominem, certum nihilominus est, quod hominem etiam secundum suum esse, quod haberet, si existeret, attingat: qui non attingit merè apprehensivè, attingit enim comprehensivè: ergo attingit etiam Enunciative. Dicendum itaque est, Deum habere Jedicum Compositivum Eminentem, & uno simplissimo intuitu affirmare omnia illa predicata, quæ sunt homini. Et haec sunt probationes, quas apud Authorum videre potui. Ut, quid mihi videatur, aperiam,

333. DICO I. Sola Essentia divina est motivum primarium omnis scientia divinae circa creature tam ut possibiles, quam ut existentes, seu absolute, seu conditionate. Ratio est, quia illud est motivum primarium cognitionis, quod est ita ratio cognoscendi, ut tribuat cognitioni suam perfectionem: sed omnis cognitionis divina

accipit suam perfectionem ab essentia divina, & quidem tanquam ab objecto, & ratione cognoscendi. Ergo &c. Minor probatur. Quomodo cunque enim attingantur creature à Deo, non possunt aliter attingi nisi ut procedentes seu processura (si existerent) ab omnipotencia Dei: ergo semper omnipotencia Dei est aliquo modo ratio cognoscendi creature, in quoconque statu cognoscantur: tribuitque perfectionem actu non minus quam Deus ut finis *Cui*, tribuit perfectionem omni volunti divinæ. Nec opus est hanc rem, meo iudicio à nemine negabilem, ulterius declarare.

334. DICO 2. Creature attinguntur à Deo secundum suum esse proprium quod habent, seu haberent si existerent, contradistinctum ab essentia Dei; & hoc sensu attinguntur in seipso, & in eodem signo, in quo cognoscitur ipsa essentia divina, etiam quatenus hæc habet rationem mediæ & motivi. Conclusio hec videri potest esse contra P. Ruiz, diff. 10. de scientia Dei s. 7. ubi vult, objectum formale cognosci in priori signo quam objectum materiale & indirectè cognitum. Sed probatur quo ad primum membrum, quod nec Ruiz negat. Est enim inintelligibile, quomodo Deus affirmet, se habere potentiam faciendi leonem à se distinctum, & non attingat esse distinctum leonis. Quid autem hoc sensu rectè dici possint creature attingi in seipso, fatetur Ruiz d. 11. s. 3. et si modus loquendi sit minus uitatus. Quid etiam cognoscantur in eodem signo, & non pro posteriori, mihi certissimum est; & existimo aliter opinantes induci imaginatione deceptoriam, quæ concipere solemus, cognitionem unius in alio rectâ viâ tendere in objectum motivum, & inde quasi pro signo posteriori deflectere seu detorqueri ad illud objectum quod dicitur cognosci in alio & indirectè. Sed hæc est mera deceptio imaginacionis. In qua enim mundi plaga existierunt ab æterno creature, ut scientia Dei ab omnipotencia directè cognita ad illas defleceret? Itaque nulla relatio, nullus respectus quæ talis, cognoscendi potest in ullo signo, quin in eodem signo attingatur terminus illius: aliter enim non cognoscitur ut respectus, sed instar absoluti. Si ergo Authorum prima sententia plus non volunt, quam creature hac ratione cognosci in seipso, ab illis non dissentio.

335. DICO 3. Nulla alia cognitionis directa creaturarum possibilium est admittenda, præter illam, quæ formalissimè reperitur in cognitione creaturarum in omnipotencia vel alio attributo divino tanquam in medio. Probatur. Si enim talis cognitionis admittenda esset, deberet esse modus cognoscendi diversus ab illo: Sed non potest explicari, unde desumendum sit hic diversus cognoscendi modus, ergo non est aslerendus. Minor probatur. Vel enim desumeretur ex minore claritate (qualiter in Angelis differt cognitionis vespertina à matutina secundum S. Augustinum supra relatum) vel ex diverso modo tendendi, vel ex quadam prioritate ad aspectum obliqui seu termini quæ

quā talis nihil horum dici potest, ut ex dictis patet,
& per se manifestum est.

236. DICE S. Authores primæ sententiae videntur ponere talem aspectum directum creaturarum in se ipsis, qui sit (nōstro concipiendi modo) independens ab aspectu divinae essentiae tanquam medij, ita ut ad talen aspectum Deūs effet determinatus etiam ignoraret suam essentiam. ita videtur se explicare *De Quiros*, & *Franc. de Lugo d. 28. c. 4. n. 26.* & ex professo sic arguit Aldrete d. 18. s. 2. à n. 6.

237. Sed contrā: Aliud est dicere: quod si per impossibile Deūs suam essentiam non cognoscet, vel saltem, si non haberet intrinsecum ordinem ad creaturas in suis attributis primarijs, quod runc adhuc effet determinatus ad cognoscendas creaturas: Aliud: quod defacto detur hujusmodi specialis determinatio ad cognoscendas creaturas ultra illum aspectum, quo Deūs creaturas dicitur attingere in obliquo. De primo nunc non disputo: secundum non admitto; nam talis aspectus seu tendentia effet essentialiter superflua, ut consideranti facilē patet.

238. Ex his etiam constat, non esse eandem rationem de cognitione creaturarum possibilium, & de cognitione futurarū quā talium, hoc est, affirmante esse futuras, quas teste P. Aldrete *disp. 18. s. 2. n. 2.* omnium nostrorum Scriptorum vnamis consensus admittit videri à Deo in seipso: Ratio enim disparitatis est, quia cùm quā tales non possint in essentia & omnipotencia (utpote indifferente ut illas producat aut non producat) videri, & tamen Deūs illas ignorare non possit, jam non est superflus, sed omnino necessarius talis tendendi modus. Et hinc solvenda sunt Argumenta, qua P. Aldrete pro prima sententia congesit.

239. Objiciunt alij 1. In Christo non censetur superflua hujusmodi directa scientia creaturarum, realiter distincta à visione earundem creaturarum in Verbo: ergo nec in Deo erit superflua hujusmodi scientia, saltem formaliter distincta à Visione creaturarum in essentia. &c. Negando paritatem. 1. quia in Christo duplex illa scientia diversimodè representat creaturas: Nam clariū videntur in Deo quā in seipso: in Deūm autem non cadit hic diversus cognoscendi modus, utpote non solum præcisivè, sed positivè includens imperfectionem, ut fatetur in terminis Comptonus *disp. 22. s. 5. n. 6.* 2. Quia in Christo datur duplex principium, lumen gloriae, & habitus infusus; & utrumque est ordinatum ad diversum modum cognoscendi, & vnum quodque est operativum sine altero: vnde mirum non est, utrique respondere diversam realiter cognitionem, alioquin effet alterutrum otiosum. in Deo nihil est hujusmodi.

240. Objiciunt 2. Quomodounque Deus cognoscet creaturas, cognoscit utique illarum respectum & relationem ad Deūm: ergo videtur se vi terminum illius respectus: ergo creatura habet rationem medij, in quo se Deūs cognoscit

vt terminum illius; ergo scientia divina cognoscit Deūm dupli modo, directe & indirecte: ergo poterit hoc ipsum etiam respectu creaturarum admitti. Responderi posset 1. negando paritatem. Nam ipsi adversarij, qui admittunt, Deūm se cognoscere in creaturis, dicunt, cognitionem illam formaliter quā cognitione Dei in creaturis est, esse abstractivam, & non intuitivam: item esse præcisivam, & non exprimentem ipsam Trinitatem Personarum, vt habet Comptonus, Arriaga, & Card. de Lugo: ergo jam est diversus modus cognoscendi & representandi: at verò cognitione creaturarum tam indirecta quam directa, effet comprehensiva, & ejusdem claritatis. Respondetur tamen secundo, negando, quod Deūs se cognoscat in creaturis tanquam in medio determinante Deūm ad ejusmodi abstractivam cognitionem. Ratio est, quia quando terminus aliquis aliunde clarissime cognoscitur, tunc relatio ad illum terminum optimè cognoscitur, absque eo quod inducat cognitionem abstractivam circa terminum; præferitum quando talis abstractiva cognitione non effet distincta ab intuitiva ejusdem termini. Certe quidquid sit, an in intellectu creato talis cognitione abstractiva indirecta circa terminum aliunde intuitivē cognitione defendi possit, in Deo tamen admittenda non est, vt etiam Derkennius annotavit. *de scient. DEI. n. 21.*

Disputant hīc aliqui, an Deūs cognoscet entia rationis, & Negationes. Sed nos hāc Metaphysicis transcribimus, ad quos spectat examinare an possit intellectui obiecti aliquod impossibile, & utrum negationes identificantur cum aliquo positivo.

CONTROVERSIA II.

Quomodo Præscientia divina Futurorum contingentium non lēdat libertatem nostrorum actuum.

241. Cum de fide sit, Deūm præscire nostros actus liberos, in tempore futuros, difficultas est in concilianda hac præscientia cum nostra libertate; Proponitur autem difficultas hoc modo. Omnis scientia Dei est infallibilis: ergo si Deūs ab aeterno præscivit peccatum Petri in negando Christo, peccatum Petri debuit infallibili necessitate sequi, alioquin potuisset Petrus falsificare scientiam Dei, quod est contra factam hypothesis: ergo Peccatum Petri non fuit liberum. Probatur hāc consequentia. Quod ex aliquo antecedente necessariō sequitur, necessarium est, alioquin non erit amplius ratio vila rei sciendi. Prædeterminatio nem physicalm quorundam Thomistarum, tanquam libertati præjudicantem: atqui reiicitur ex hoc capite: ergo etiam videtur Deo neganda præscientia aeterna nostrorum actuum liberorum. Pro solutione

242. Di-

242. Distinguendum est inter necessitatem antecedentem & consequentem. Necesitas antecedens tunc datur, quando illud quod tempore antecedit alterum, cum quo habet infallibilem connexionem, est quid penitus inimpedibile à nostra voluntate. Huiusmodi necessitatem antecedentem inferret prædeterminatio physica, ut suo loco doceri à nostris solet. Eodem sensu amor beatificus non est liber, sed omnino necessarius: quia præcedit Visio beatifica inimpedibili per actus subsequentes, & infallibiliter habens connexionem cum amore. Necesitas consequens est, quando id quod præcedit nostrum actum, est à nostra voluntate impeditibile, eo modo quo deinceps explicabimus. & hæc necessitas non officit libertati; & hoc sensu damnata fuit merito à Sixto IV. hæc propositio Petri de Rivo: *Quod necessariò sequitur ex aliquo precedente ordine successiva durationis, necessarium & inevitable est.* Hoc posito

243. Communis responso est, Scientiam Dei de futuris nostris actibus liberis ideo non prædicare libertati, quia non est causâ nostrorum actuum liberorum, sed illos cum prioritate rationis seu Logica præsupponit; in qua præsuppositione fundatur receptissimum axioma communis sensu: Non ideo peccatum est futurum, quia Deus videt, sed ideo Deus videt futurum, quia futurum est. Indiget tamen hæc doctrina majori declaratione, inferius exhibendâ. Certum enim est, quod prædefinitio nostrorum actuum (quæ infra admittemus) sit aliquo modo causa nostrorum actuum: deinde inferius etiam docebimus, Prædefinitionem non distinguere virtualiter intrinsecè à præscientia nostrorum actuum; quo proinde sensu præscientia quoque est causa actuum fututorum. Ut ergo ab his nunc abstineamus

244. Dicendum est, ideo per divinam præscientiam non lœdi nostrorum actuum libertatem, quia illa præscientia est aliquo modo à nostra voluntate impeditibilis, quatenus, antecedenter ad omnem hypothesis, est in nostra potestate non ponere talen actum, v. g. peccatum, sed actum oppositum, & sic facere, ut in Deo non fuisse præscientia de actu peccaminoso, sed de actu opposto.

245. Potestatem hanc impediendi præscientiam Dei, docent nunc communiter nostri DD. & licet eam aliqui negasse videantur, Molina 1. p. q. 14. a. 13. disp. 16. & in concordia disp. 51. Sua-rem lib. 1. de scientia fut. c. ult. n. 9. Ruiz de Prædestin. disp. 55. s. 4. Tract. de scient. Dei disp. 3. i. potius tamen in modo loquendi, quæ rē ipsa à nobis discentiunt, quia temper & mordicus assumunt relatum axioma: Non ideo sunt hic actus futuri, quia Deus præscit, sed econtra: in quo axiomate continetur impeditibilitas præscientia divinæ; & ideo Valdenis pro nostra sententia rectissime

adducit Lib. 1. doctrinalis fidei cap. 27. quotquot illud axioma recipiunt.

246. Porro illud axioma apud Patres antiquos solenne fuit: ut proinde non minus sincerè quam verè scripsit Franciscus Romæus, Ordinis Prædicatorum Magister Generalis, libro de libertate operum, veritate 8. *Quod si ad antiquos Doctores te convertas, reperies ferè omnes in hanc unam consensisse sententiam, non ex eo quod Deus sit aliquid futurum, ideo futurum est, sed quia futurum, Deus novit.* Placet aliquorum verba adducere.

Origenes lib. 7. in epist. ad Rom. in illa verba capituli octavi, *Quo præscriptivit, &c.* ait: *In Præscientia Dei neque salutis neq; perditionis causa consitit. Non enim propterea erit aliquid, quia id seit Deus futurum, sed quia futurum est, scitur à Deo antequam fiat: nam eti; fingamus Deum non prænoscere aliquid futurum, sine dubio erit.* Duo insuper in his ultimis verbis vellem notarent moderni quidam, qui imprimis ferre non possunt hypotheses impossibilis, qualem hæc facit Origenes: quia etiam hypothesi utitur in praesenti negotio Eminentissimus Card. Pallavicinus c. 43. n. 332. Deinde iisdem adversatur Origenes, docentibus moribus, verificativum formale seu denominationem *Futuri*, aliud non esse formaliter, seu quoad formam denominantem, quæ ipsam Dei præscientiam. Origenes autem tollit per hypothesin hanc formam, & tamen existimat verificari propositionem de futuro.

247. S. Iustinus Martyr & Philosophus q. 58. ad orthodoxos. redditurus rationem, cur Dei Præscientia non fuerit causa peccati Adami & Angelorum, hæc habet. *Non est Præscientia eius causa, quod futurum est, sed quod futurum, est causa Præscientie. Siquidem non Præscientiam sequitur futurum, sed futurum consequitur Præscientia, & haud quam præciosus est causa futuri.* Intelligendus est, de consecutione secundum propositionem causalem.

248. S. Athanasius Sermone de Passione & cruce Domini, longè ante medium, in illa verba Evangeliste: *Hac autem facta sunt, ut adimplerentur scripture: Sic discurrit. Ergo Judæi, qui ista egerunt, omnino extra culpam sunt, qui non ut delinquentes, sed ut obsequentes Scripturis ista fecerunt?* Ceterum, hæc utique eiusmodi sermocinatio multum à veritate destituitur; non enim Propheta istis Author est, sed Propheta ea quæ isti facturi essent, prospiciens, futura esse denuntiavit: quin potius ipsi in causa fuerunt, ut Propheta talia de ipsis prædivinaverint, siquidem non eo quod dicunt, ideo quid sit, sed quia id futurum est, ideo ab illis prædictur.

249. S. Damascenus contra Manichæos prope finem ait: *At vero, ut ea quæ facturi sumus, præcias Deus, à nobis proficietur: est quidem Dei Præscientia vera & infallibilis, verum ipsa nequaquam est causa cur omnino fiat, quod futurum est, quin potius, quia hoc aut illud facturi sumus, ideo prænoscit.*

F

S. Au-

S. Augustinus lib. 5. de Civit. Dei c. 10. in fine.
Neque enim ideo peccat homo, quia Deus illum peccatum prescrivit: ino ideo non dubitatur ipsum peccare, qui peccat, quia ille, cuius præscientia falli non potest, non fatum, non fortunam, sed ipsum peccatum esse præscivit, qui si nolit, utique non peccat, sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præscivit. Ecce! S. Augustinus agnoscit in nostra esse potestate facere, ut Deus contrarium præsciverit, quod nunc est ulterius robordum.

250. Probat ergo Conclusio 1. Dum Petrus peccat, posset, in sensu diviso, non peccare: sed si non peccaret, utique non fuisset ab aeterno in Deo scientia de peccato futuro, quin potius fuisset scientia oppositi: ergo Petrus posset impedire, ne fuisset hac scientia de peccato futuro: hoc enim & non alio sensu sumus intelligenti, cum dicimus, Scientiam Dei determinatam de actibus liberis nostris, esse impeditibilem a nobis.

251. Probat 2. Si scientia Dei de peccato Petri esset inimpedibilis, etiam peccatum Petri esset inimpedibile: consequens est falsum, sic enim peccatum Petri non esset liberum: ergo & antecedens. Sequela probatur ex illo principio evidenti: Quidquid ex inimpedibili per necessariam consequentiam sequitur, inimpedibile est: sed peccatum Petri futurum sequitur per necessariam consequentiam ex Præscientia Dei, ergo si præscientia Dei esset inimpedibilis, etiam peccatum Petri esset inimpedibile. Axioma illud seu Principium in majore positum, tam evidens est, quam evidens est, ex antecedente vero non posse sequi consequens falsum. Neque vacat hic immorari in referenda historia circa errorem quorundam, assertentium propositionem illam fuisse damnatam a Sixto IV. in Petro de Rivo. Legi potest apud Card. de Lugo de Incarnatione dis. 26. s. 6. n. 72. Et adhuc accuratius apud Aldrete dis. 23. s. 2. tota. Minor est evidens, quia impossibile est scientiam Dei esse falsam.

252. Objicitur tamen 1. aliud axioma, quod etiam naturae lumine evidens esse videtur. Ad præteritum non datur potentia. Sed si vera esset nostra sententia, daretur potentia ad præteritum: quia scientia Dei est præterita, hoc est, fuit ante actus nostros liberos: ergo si, dum sunt hi actus, datut potentia faciendi ut scientia Dei de illis futuris non fuerit, jam datur in nobis potentia ad præteritum, nempe ad impediendam scientiam Dei præteritam.

253. Confirmatur. Utique non est major potentia in nobis, quam sit in Deo. sed in Deo non est potentia faciendi modo, ut aliquid præteritum non fuerit, v.g. Deus non potest hodie facere, ut Adamus non existiterit: unde semper etiam respectu Dei verum fuit axioma: Quod factum est, infectum fieri nequit; ergo nulla datur potentia ad impediendum aliquid præteritum.

254. Hoc argumento usus est Petrus de Rivo, ad probandum, quod de futuris contingentibus non detur determinata veritas, cui docet & subtiliter responderunt Doctores Lovanienses, distinguendo duplex genus præteriorum, sicut etiam distinxit Petrus de Tarantasia, ex Ordine S. Dominici, & postea summus Pontifex. Aliqua enim sunt præterita, qua significantur ut purè præterita, v.g. Adam fuit: Alia vero sunt præterita cum connotatione vel inclinacione futuri temporis, & futuri contingens. Ad primum genus non datur in posteriori tempore potentia; & de his est accipendum illud axiom: Non datur potentia ad præteritum: Secus se res habet in secundo genere. Ratio est, quia hoc secundum genus præteriorum, pendet a futuris liberis, & quidem a voluntate aliena, ita ut alia sit voluntas & causa futuri, & alia illius præteriti pendens a futuro: & hinc potest aliter distinguiri. Non datur potentia ad præteritum nullo modo pendens ab operatione futura dependenter a voluntate libera aliena, concedo; Non datur potentia ad præteritum pendens ab operatione futura dependenter a voluntate libera aliena, nego. Hoc modo pendet Præscientia Dei aeterna a libera voluntate hominis in tempore operatura. Hoc modo (ut infra videbimus) pendent Prædefinitions nostrorum actuum meritoriorum ab operatione nostra sub conditione talis auxili futura. hoc modo denique pendet Prædestination ordinaria electorum ab operationibus eorumdem sub conditione futuri, ita ut in potestate reproborum fuerit, facere ut suissent prædestinati, & econtra, ut suolo declarabatur.

255. Ad confirmationem facilis est responsio, negando paritatem, quia Deus voluit ab aeterno Adamum producere in tempore, & hac eius voluntas non pendas ab aliqua voluntate libera posteriore ipsius Dei, qui nec volendo potest sibi esse contrarius, nec aliquid in tempore de novo velle, ob immutabilitatem suam.

Objicitur 2. Hac ratione defendi posset, revelationes Dei de rebus futuris liberis v.g. de peccato Antichristi, non esse certas sine certis divinis, quia est in potestate Antichristi, non peccare: ergo, ut Deus non sciverit peccatum: ergo etiam, ut revelatio non processerit ex tali scientia, & sic non erit revelatio divina. Respondetur negando sequelam; sunt quidem essentialiter vera quando existunt, sed existentia non est necessaria, cum posset impediti; aliud autem est, eam posse impediti, aliud, posse existentem falsificari, quod negamus fieri posse, aut sequi ex eo, quod dicamus, existentiam posse impediti.



CONTROVERSIA III.

Quanam DEO sit Ratio videndi futura libera absoluta.

356. Elebris est sententia Thomistarum quoniam deo post Cajetanum, futura contingencia ideo videri a deo ab aeterno, quia sunt deo praesentia ab aeterno: quandocunque autem aliquid praesens est perfectissimo intelligenti, est ab illo cognoscibile. Existimant hanc esse sententiam S. Thomas q. 14. a. 13. in C.

Verum haec sententia, prout a suis authoribus traditur, communiter & merito rejicitur. Aliud enim est, futura in tempore coexistere aeternitatem dei, que identificatur ipsi deo, & est indivisibilis: aliud, accipere denominationem existens ab aeterno ab aeternitate dei: adeoque esse deo praesens ab aeterno, seu per totam aeternitatem: hoc posterius enim tam falsum est, quam falsum est, me per hoc, quod hic coexistat deo & eius immaneitati, hoc ipso etiam esse ubique.

357. Aliqui non ignobiles Thomistae explicant Angelicum Doctorem, quod plus non affuerit, quam quod creatura sint deo praesentes ab aeterno obiective, hoc est per sui cognitionem. Ita Hervaeus, Dominicanus, ducentis annis Cajetano antiquior, & post mortem S. Thomas sui Ordinis Generalis, in i. dist. 38. q. 5. s. quantum ad 3. & Aegidius Romanus S. Thomas auditor, in libro Apologetico pro S. Thomas.

358. Verum, nisi huic interpretationi aliud addatur, argueretur S. Thomas petitionis Principii, reddendo pro ratione quod erat in questione, Quatio enim erat, quare Deus cognoscit futura? ad quam, secundum hanc interpretationem respondisset S. Thomas: *Quia illas ab aeterno cognoscit.*

359. Ut ergo mentem S. Thomas sincerè aperiamus, oportet ipsum audire. *Licit, inquit, contingentia sunt in actu successivè, non tamen Deus successivè cognoscit contingentia prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitionis mensuratur aeternitas; sicut etiam suum esse: aeternitas autem simul nota existens ambit totum tempus: unde omnia quae sunt in tempore, sunt deo ab aeterno praesentia, non solum ratione quæ habent rationes rerum apud se presentes, ut quidam dicunt, sed quia eius intuitus fertur ab aeterno super omnia prout sunt in sua praesentialitate. Vide manifestum est, quod contingentia & infallibilitas dei cognoscuntur, in quantum subduntur divino conjectui secundum suam praesentialitatem, & tamen sunt futura contingentia suis causis comparata.* Hac S. D. ad cuius mentem

360. DICO 1. Ex reali praesentia actuum liberorum in certa temporis differentia cum indivisibili aeternitate & immutabilitate dei, infallibiliter inferitur corundem scientia divina ab aeterno, & seclusis omnibus aliis hæc praesentia seu pra-

sentialitas esset sufficiens ratio cognoscendi ab aeterno huiusmodi actus liberos in tempore futuros.

261. Probatur & explicatur conclusio. Quando nostri actus liberi existunt in tempore, tunc deus eorum existentiam ignorare non potest, adeoque necessariò cognoscit, alioquin deus ignoraret quid ageret; influeret enim in illas ipsas operationes, & tamen hoc nesciret. Si ergo deus tunc scit istas operationes quando sunt, hoc ipso necessarium est, eas scivisse ab aeterno: nulla enim divina scientia potest incipere in tempore: ergo quidquid deus scit in quounque determinato tempore, illud hoc ipso scivit ab aeterno. Ergo ex scientia nostrorum actuum liberiorum in tempore legitimè inferitur Præscientia corundem ab aeterno.

262. Hinc colliges, quo sensu verum sit effatum S. Thomas, quod ea quæ sunt aeternitati dei indivisibili praesentia in tempore, sint deo praesentia ab aeterno: hoc, inquam, non est intelligendum formaliter, sed æquivalenter, juxta explicationem daram.

263. DICO tamen secundò. Hec præsentia priori conclusione explicata, non est prima & fundamentalis radix seu ratio determinans Deum ad videndos hos actus liberos futuros. Probo Conclusionem. Possum antecedenter ad futuritionem absolutam horum actuum, assignare in deo respectum transcendentalis ad illos actus, habentem indispensabilem connexionem cum futuritione corundem, & qui, salvâ libertate sit causa futuritionis eorundem: ergo vera est conclusio. Probo antecedens, supponendo aliquæ quæ infra traditus sum. 1. Quid antecedenter ad omne decretum dei, detur in deo Scientia Media seu conditionata de nostris liberis actibus sub conditione futuris. 2. Quid dependenter ab hac scientia media eliciat deus decretum prædefiniens nostros actus positivè, vel negativè, quo videlicet decreto vult deus dare hoc determinatum auxilium, in his circumstantijs, in quibus per scientiam medianam videretur talum effectum, & libertatis actum. Hoc inquam, decretum ex proprio tendendi modo presupponit scientiam medianam: dicit enim: Dabo hoc auxilium, quia video futurum talum actum (si quidem actus sit bonus) vel: non obstante quod futurus sit talis actus (si actus non sit bonus). 3. Suppono, hoc decretum esse deo adæquatum intrinsecum & identificatum. 4. Suppono, illud quidem esse causam actus, quia actum intendit aut permittit, volendo dare tale auxilium, quod est immediata causa actus, non tamen per illud laedi libertatem actus: quia sicut scientia media, ita & illud decretum, utpote essentialiter pendens à scientia media, est à nobis impedibile, modo jam superioris explicato. Hec omnia in decursu declarabuntur: quibus nunc suppositis, evidenter deducitur, huiusmodi decretum prædefiniens esse sufficiens motivum videndi in illo actu prædefinitum futurum, cum quo est connexum.

264. DICO; Si non darentur in Deo prædefinitiones nostrorum actuum, tunc ratio videndi futura absoluta in seipsis, esset Infinitas Dei, cui debetur Scientia cognoscens ab æterno omnes veritates. Probarur. Nam, ut in sequenti controversia videbimus, ad hanc infinitatem recurrentum omnino est, quando redditur ratio, cur Deus cognoscat futura conditionata nunquam exstirta: ergo si in Deo nullus datur respectus determinatus ad futura absolute, sufficeret Infinitas Dei ad ea quoque in seipsis vindenda.

CONTROVERSIA IV.

Vtrum præter possibilia, & absolute futura, cognoscat Deus etiam conditionatè futura.

§. I.

Premittuntur aliqua pro statu Controversie intelligendo.

265. Conditionatè futura, seu melius, propositiones de futuris sub conditione, expressæ per particulam, Si, posunt esse quadruplicis generis. Primum genus earum est, quæ aliquid affirmant sub conditione habente physicam connexionem cum obiecto affirmato, vocanturque *Illativa*: quia perinde est, acsi unum ex alio inferres, ut: *Si sol est in hemispherio nostro, dies est: si ignis applicetur stupre, comburit, &c.* De his non est præsens controversia.

266. Secundum genus est earum propositionum conditionalium, quas formare possumus de rebus omnino disparatis, quarum una non esset occasio vel cauilla alterius, etiamsi illa existeteret: ut: *Si Turca dormiret, ego studerem: si nunc cantaret Gallus, nasceretur Antichristus post centum annos.* Neque ista spectant ad præsentem questionem. Nam, ut etiam observat Cardinalis Pallavicinus c. 41. à n. 318. Deus non habet peculiarem scientiam hypotheticam sub huiusmodi hypothesibus impertinentibus: quia non magis videt meum studium futurum si Turca dormiret, atque videret, si non dormiret, & cætera invariata manerent, quia somnus Turca non pertinet ad principium proximum mei studii.

267. Tertium genus est, propositionum conditionalium sub conditione impossibili. Sed neque de ipsis solliciti erimus: quidquid enim specialis difficultatis habent, ad philosophos spectat.

268. Quartum itaque genus est earum propositionum, quæ aliquid affirmant futurum sub conditione, cum qua quidem non haberet necessariam connexionem, illa tamen conditio si existeteret, esset contingenter futura occasio alterius;

exempli gratiâ: *Si Petrus loqueretur cum tali persona, peccaret morosâ delectatione: Si vero audiret talēm concionatorem, ageret pœnitentiam.* De his est præfens controversia, an, & quomodo veritas huiusmodi à Deo cognoscantur.

269. Porro veritates huiusmodi conditionales iterum sunt in duplice differentia, nam aliquæ nunquam ponentur, ed quod conditio, sub qua affirmantur, nunquam ponetur: aliquæ contra defacto ponentur, quia conditio purificabitur. Prius tamen est, prioritate Logicâ, aliquid esse sub conditione futurum, quâm esse futurum absolutè: posset enim futurito conditionata esse vera, etiamsi futurito absoluta esset fallax ex defectu conditionis. Quapropter veritates istæ conditionales non sunt quidem exclusivæ futuritionis absolutæ, sunt tamen præcisivæ, quia considerantur præscindendo à futuritione absoluta, & ab eo quod conditio sit ponenda.

§. II.

Vtrum Deus actus nostros liberos, sub conditione futuros, tantum conjecturaliter cognoscat.

270. Quidam haud ignobiles Thomistæ, quorum placita fideliter refert P. Aldrete d. 27. s. 1. contra querelas Joannis de S. Thoma, negarunt, Deum habere certam scientiam de huiusmodi conditionatis actibus & eventibus, sed solum conjecturalem; non quasi existimarent, Deum habere probabile & errori obnoxium judicium (absit hoc à viris egregiis doctis) sed quod Deus evidenter, & per scientiam simplicis intelligentiae judiceret, in his circumstantiis probabile esse, quod hic actus sit futurus. Hoc putant colligi posse ex particula *Fortè*, quæ legitur quandoque adjecta, ut Genes. 3. *Ne forte sumat de ligno vite.* Matth. 11. *Fortè mansisset usque in hanc diem.*

271. Verum ab hac sententia posteriores Thomistæ merito recesserunt. Est enim teste Stapletono, hæc interpretatio Calvini, & nimil quantum abhorrens à divina sapientia, quæ interroganti, quid certò futurum esset si hoc vel illud poneretur, non posset respondere nisi per verbum, *Nescio.*

272. Fundamentum ex particula *Fortè* desumptum, admodum leve est. Nam imprimis hac particula in Scriptura, loquente nomine Dei, non significat ignorantiam loquentis, sed indicat libertatem & difficultatem in ipso eventu, teste S. Augustino *Tract. 27. in Ioannem*, in illa verba. *Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.* Cum dixit, inquit S. P. Forstian, non dubitat, sed increbat; dubitationis verbum est, cum dicatur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: quando vero dicatur à Deo, cum Deum nihil lateat, illa dubitatione arguit infidelitas, non opinatur Divinitas. Eodem modo S. Hieronymus in cap. 27. *Hieremias*. dixit: *ambiguum Forstian*

Fortitan Majestati Dei non potest conuenire, sed nostro loquior affectu, ut liberum hominis servet arbitrium. Accedit, quid in græco textu pro fortè, ponitur autem quod sumi potest, & teste Martinionio paulim in scriptura vertitur; utique; ut etiam ostendit Salmeron, Proleg. 16. & confirmari potest ex eo, quid cùm Christus Jo. 8. dixisset: *Si me fieris, fortitan & Patrem meum sciretis: deinde Jo. 14. dixerit absolutè: Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis.*

rem meum utique cognovisse.

273. Dicendum proinde est, omnes eventus liberos sub conditione futuros, certò cognosci à Deo. Probatur i. ex Scriptura, in qua Deus infibiliter prædictis huiusmodi eventus conditio-
natos, quorum tamen aliqui postmodum ex de-
fici conditionis positi non fuerunt, aliqui vero
positi quidem fuerunt, sed positi non fuisse, si
conditio purificata non fuisset.

274. Primus locus est i. Regum 23. ubi

277. Scio, S. Augustinum alibi de Prædictis SS. c. 14. aliter explicat illa verba Sap. 4. dum ait: *Dictum est enim secundum pericula vita hujus, non secundum Præscientiam DEI, quia hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat.*

Ad quem locum variae responses excogitatæ sunt, & quidem communior est, S. Augustinum accepisse *Præscientiam* in sensu strictiore, pro illa, qua siuum objectum ita tempore præcedit, ut

274. *Primus locus cit. in Reg. Reg.*
David fugiens à facie Saul in civitatem Ceilam, quoniam liberaverat à Philistis, cum ex fama didicerit, quod Saul statuerit descendere cum exercitu, & oppugnare ac evertre Ceilam, nisi David libi traheretur, consiluit Deum, an vera esset fama; quod Saul esset descensurus, & an si descendere, Ceilani essent eum tradituri Sauli, & ad unquam respondit Deus affirmativè: *Descendet.* Trident, quo audito David fugit in desertum, & hoc intellecto Saul non descendit, nec Ceilani trahiderunt. Vnde dicendum est, Deum locutum esse conditionatè, nimirum: *Saul descendet,* item interlleretur te fruuisse, item Ceilani tradent, existentia objecti verè sequatur; in quo sensu latius acceperunt Patres Præscientiam, præstissim quando contra Semipelagianos disputarunt. Sic etiam S. Damascenus lib. contra Manichæos non procul à fine ait: *Aliud in Deo est Cognitio, aliud Prænotio.* Cognitio est eorum quæ sunt, Prænotio autem eorum quæ futura sunt, antequam prodeant. Hugo de S. Victore, lib. 1. de Sacram. fidei c. 16. distinguit Scientiam à Præscientia his verbis: *Si non effent res futurae in Deo quamvis effet Scientia, non tamen Præscientia, sed ipsa quæ Præscientia est, fuisset Scientia, si futurum aliquid non fuisset.* Idem habet Magister sent. in 1. dist. 25. §. ad hoc.

nisi prius intellexerit te fugisse. item Cetani tradunt, si Saul descendenter, nec tu prius fugias. ut explicat S. Hieronymus his verbis. Aci diceret Deus: Si hic sterteris, descendet: si descendenter Saul, & hic te invenerit, tradent. Hac porro verba intelligenda est: si multipliciter assertiverit prolatum, & non de mera probabilitate futuri eventus, dubitari prudenter non posset; quis enim ferret afferentem, quod sensus illorum verborum genuinus ita exprimendus fuisse: forsitan descendenter: forsitan iradenter. sanè hac interpretandi licentia præberet anfanum enervandi innumeratas prædictiones, contra sensum fiduciam.

Idem habet Magister Renatus.

278. Verum hæc responsio non autest difficultatem. Tum quia adversarii S. Augustini Semipelagiani, non acceperunt Præscientiam in hoc sensu, sed de furoris sub conditione operibus: Tum quia nemo possit tam infans esse, ut locum illum de Præscientia absolute intelligeret; quomodo enim raptus esset ne peccaret, si absolute peccaturus prævius esset?

279. Melius responder P. Aldrete *disp. 27. 5. 6. a. n. 19.* S. Augustinum voluisse præoccupare replicam, quæ fieri potuisset à Semipelagianis. Docebant ipsis, quando infantes aliqui salvantur.

275. Secundus locus est, Matthæi. II. & Luca 10. Vbi Christus sic loquitur. *V&e! tibi Corozaim, & tibi Bethsaïda, quia si in Tyro & Sidone facta essent virtutes, que factæ sunt in vobis, olim in Cilicio & circa paenitentiam egissent.* Quæ sane verba nulla ratione accipi possunt de majore inclinacione Tyriorum & Sidoniorum ad paenitentiam pro Corozatis: sic enim inepta redderetur exprobatio Christi, quæ ut justa esset, debebat supponere aequalem dispositionem in actu primo, aut certe non valde inæqualem.

cedat, aliis sine baptismo decadentibus, Deum praemire priorum merita non quidem absolute, sed conditionate tamen futura, si ad adultam atatem pervenirent. Contra hunc errorrem arguebat S. Augustinus, quod hac ratione Deus illos non raparet, ne malitia mutaret intellectum, deberet enim potius illos punire, & permittere mori in peccato Originali, in precium delictorum sub conditione committendorum, si superviverent. Quia vero S. Augustinus advertit, replicari posse, quod non omnes infantes qui post baptismum in infan-

non omnes inante quod in
tia decedunt, eiusmodi sint, qui peccaturi, &c in
peccatis perituri fuissent, si supervixissent, adeoque
non omnes possint dici ideo rapti esse, ne malitia
mutaret intellectum, cum de his non possit verifi-
cari praesentia conditionata peccatorum, ideo
de his dixit in alio sensu verificati illa Sapientia
verba.

F 3 verbas

verba, nimirum propter pericula innumera, quibus obnoxii futuri erant, & in illis vel perituri, vel speciali providentiâ gubernandi esent, Deus autem cùm noluerit illos speciali providentiâ gubernare, voluit illos hoc beneficio speciali afficere, ut ante adultam atatem raperet; id quod accommodata declarat exemplo: (placet adscribere, cùm Auctor in paucorum manibus sit) Imminet Joanni periculum mortis, parat enim illi adverfarius infidias; sed tunc temporis advertit alter, Joanni familiarissimus, posse Joannem duobus modis periculum evadere, quod illi ignorantis jam imminet; nempe, si admoneatur Joannes de suo periculo, vt illud eviter, vel, si minimè detecto periculo, ipsi persuadeatur in locum remotum secedere, causa honoris aut lucri.

280. Quodsi ille familiaritate devinctus, ob speciales causas, nollet Joannem de periculo certiore facere (tametsi haberet animum monendi de periculo, si in loco illo mansurus esset) sed potius curaret, ut transmigratione factâ declinaret Joannes periculum jam imminens, non rechè possemus dicere, Joannem ideo migrasse alio, quia si maneret in loco, incurreret necem: etenim, quamvis maneret in loco, periculum necis aliter evaderet, monente scilicet amico de periculo, ut sibi caveret: jure tamen dicere possemus, amici suatione alio discessisse, quia periculum mortis illi imminiebat, à quo eripiebundus erat uno è duabus modis, quorum unus fuit ab amico electus, prætermisso altero; & ideo Joannes accepit ab amico ingens beneficium, propter pericula quibus est ereptus: erat enim moraliter certum, Joannem incursurum mortem, si neque certior fieret de periculo, neque alio migraret. Sic etiam in nostro casu, erat moraliter certum, illos parvulos peccatores, si diu viverent, & non liberarentur à tot periculis & tentationibus, quæ possent occurrere. Non tamen erat certum, omnes peccatores si ad adultam atatem pervenirent, quia plures singulari Dei protectione liberandi erant à periculis: & ideo universaliter loquendo de cùctis illis parvulis non potuit dici secundum Dei præscientiam peccatores esse, si diu in vivis permanissent, aut raptos fuissent secundum talēm præscientiam, sed secundum pericula, à quibus eo modo voluit Deus eripere parvulos illos, ut sic declinarent peccata, quæ aliter etiam vitanda fuissent, si Deus statuisset donare parvulis illis diuturnam vitam.

281. Objici etiam posset ex S. Thoma Opusc. 48. tract. de enuntiat. c. ult. prope finem. Propositione conditionalis in tantum est vera, in quantum est necessaria: sed propositiones, de quibus modo disputamus, non possunt esse necessariae simpliciter (sunt enim simpliciter contingentes) sed ad summum habent necessitatem moralem: ergo non sunt vera nisi secundum necessitatem moralē: atqui non cognoscuntur à Deo nisi in quantum sunt vera: ergo Deus non cognoscit illas nisi ut habent moralē necessitatem & certitudi-

nem, adeoque non infallibiliter enuntiat Deus; si Petrus ponetur in his circumstantiis, peccaret: sed aliquo modo conjecturaliter. Eſſet moraliter necessitatus ad peccandum. R. S. Thomam locutum esſe de conditionalibus illativis, in quibus particula si, aequivalet particula, Ergo, & prout ab hominibus possunt cognosci, & afflumi ad formanda argumenta. Ceterū, conditionales in materia libera habere veritatem contingentem, agnovit egregius Thomista ac Dialeticus Sotus lib. 3. summul. c. 8. ſcit. 13. notab. 2. & post eum aliis, fruſtra contranente Alvarez lib. 1. respons. c. 1. n. 28. quem redarguit Aldrete.

S. III.

Vtrum veritates conditionales videantur à DEO in Decreto conditionato prædeterminandi voluntatem creatam.

282. Moderni Thomistæ plerique afferunt, Deum videre conditionata contingentia certò & infallibiliter, sed non nisi in suo Decreto, quo ab aeterno decrevit, quid sub quavis conditione esset ipse prædeterminatus, v. g. quid esset Ceilanos prædeterminatus ad tradendum Davidem Sauli, si Saul ascenderet, & David non fugeret. Hoc Decretum dicunt esse absolutum ex parte subjecti (quia scilicet defacto existit) sed conditionatum ex parte objecti.

283. Dicendum est, non dati huiusmodi Decretum in DEO. Omissa celebri illa ac ubique decantata probatione, (& ideo non rependenda) defuncta ex eo, quid huiusmodi Decretum conciliari non posset cum libertate humana, ut pote inferens necessitatem antecedentem, & quid hac ratione Deus esset cauſa per se peccati, sufficienter probatur conclusio hoc argumento. Si est admittenda Scientia futurorum contingentium conditionatorum antecedenter ad omne Dei Decretum efficax circa res producendas, non datur in DEO Decretum prædeterminandi: sed verum est antecedens: Ergo. Minor probabitur in decurso. Majorem concedunt adversarii; & solū illud suum Decretum aſtruunt, quia existimant, scientiam medium, quam nos defendemus, admitti non posse.

284. Duo solū hīc notare luet. Primum. Si daretur huiusmodi decretum prædeterminandi v. g. Tyrios & Sidonios ad paenitentiam conditionatè, si talia signa viderent, quæ facta sunt apud Corozaitas, redderetur ridicula reprehensio & exprobatio facta Corozaitas à Christo Douino, quid non agant paenitentiam, qualem egissent Tyrii & Sidonii, si apud illos fuissent eadem miracula patrata. Respondere quippe potuissent optimo jure. Quid nobis exprobras Tyrios & Sidonios? quid mirum, si illi paenitentiam egissent, visis tuis miraculis: cùm ab aeterno decreveris illos tunc physicè prædeterminare ad agendam paenitentiam, decreto inimpedibili? si nos pares illis prædeterminando fecissemus, utique paenitentiam ageremus. Non erat in nostra potestate

testare facere, ut nos prædeterminares, &c. Secundum observatum dignum est, Calvinum libro 3. Institut. c. 23. assertuisse, quod Deus decretus ruinam Adami, & in illo decreto præviderit lapsum futurum Adami. Contra hanc doctrinam scriptus Franciscus Penna Episcopus, opusculo contra dogma Calvini pag. 62. O. 63. anno 1551. priusquam orta esset praefixa controversia inter Bannez & Molinam. Lubet illius verba adscribere, ut constet, quis sensus tunc temporis fuerit eorum qui contra hereticos scriperunt. Negamus, inquit, ideo dantaxat Deum omnia prævidere, quod ita ut fieret decretus, ut temere assertus Calvinus: alioquin totalis quedam in rebus omnibus inhereretur necessitas. Et pagina sequente. Inde autem, inquit, potissimum hic manifestus error videtur, quod falsum axioma sibi constituit Calvinus, ut omnia fieri necessariò, continenter nihil fieri confirmaret, Deum scilicet non aliam ratione, que futura sunt, prævidisse, nisi quia, ut ita furent, decretus.

§. IV.

An Veritates conditionales contingentes videntur à DEO in aliquo libero exercitio absolute existitu.

285. Moderni quidam, admittentes ceteroquin Scientiam medium, prout eam paulò post explicabimus, nihilominus arbitrati sunt, excogitari posse modum, quo & Scriptura testimonij latissimer, & libertati humanae consultum esset, independenter ab hujusmodi Scientia media. Ut hoc perfraterent, dixerunt, Deum omnes eventus conditionatos, de quibus in praesenti disputamus, potuisse prævidere, & defacto prævidisse in aliquo exercito libero, quod defacto exstitit, vel existit: hujusmodi enim exercitium liberum existimarent, habere ex intrinseca ratione, modoque tendendi, connexionem metaphysicè necessariam cum libero conserufo conditionato futuro in alio tempore, si homo sic vel sic preveniretur, & in talibus vel talibus circumstantijs poteretur.

286. Hac tamen cogitatio mihi nunquam placuit. Nam eti demus, id quod multis contendit evincere P. Esparza, q. 17. a. 13. nostros ahdus liberos absolute existentes, & amplectentes aliquod motuum cum tanta determinata intensitate ac adhäsione, habere infallibilem connexionem cum futuritione conditionata aliorum actuum liberorum, circa motuum vel oppositum vel affine illi priori motivo, si in eodem tempore occurisset cum talibus determinatae circumstantijs: hac inquam etiam si permittamus esse vera, non possunt tamen extendi ad actus conditionatos in alio tempore futuros, prout etiam obseruat Card. Pallavicinus disp. 4. de actibus humanis q. 2. a. 15. n. 4. §. secundo suppono. Ratio est manifesta; Nam hominis voluntas est mutabilis, & quod in hoc instanti vult, posset in alio nolle, quantumvis

omnia cetera paria essent, solo tempore variato: sicut enim in priori tempore fuit liber ad nolendum, ita est liber in posteriore tempore: quod vero prius voluerit, solum infert aliquam maiorem inclinationem & habitum, & magnam probabilitatem, quod iterum esset volitus si iterum occurreret objectum; nullo tamen modo interferr Metaphysicam infallibilitatem, ne quidem circa idem objectum formale & materiale, eodem modo propositum, ne dum circa objecta valde diversa, ad qua tamen isti moderni suam doctrinam extendent.

§. V.

Probatur Scientia Media seu conditionata ex Patribus.

287. Dicendum nunc est, Deum futura conditio-nata libera cognoscere certò & infallibiliter per scientiam medium, hoc est, qua est independens ab omni decreto absoluto producendi ipsum conditionem, vel ipsum objectum sub conditio-ne prævisum, estque directiva decretorum divinorum. Probatur Conclusio imprimis ex Patribus, quorum testimonia quadam ex plurimis te-ligemus, omnia enim exhibere velle, infiniti la-boris esset, teste P. Fonsecā tomo 3. metaph. lib. 6. c. 2. q. 4. s. 9. dicente, infinita penè loca esse, in quibus conditionata præscientiam de liberis actibus futuri non solum Augustinus, sed etiam alii Pares afferunt; usque adeo res in tota antiquitate perspicua erat. Nec solum Præscientia plane aperitur a Patribus, sed etiam procedere omne divina voluntatis decretum perspicue traditur. Hac ille.

288. S. Basilius in Constitut: Monasticis c. 2. sub finem assertit, Deum ideo non dare cele-riter munus quod petimus, quia præficit nos illud amissiōs, si celeriter impetrassimus. Non possunt hæc verba, per quamcunque violentiam, intelligi de Præscientia in decreto, quo recurrent Thomistæ: ridiculum enim esset dicere: *DEVM ideo non dare aliquid, quia prædeterminando decrevit, ut si daret, citò amitteretur*: Præscientia itaque præcedit & dirigit decretum non dandi citò, dum proponit causam differendi, videlicet, celerem amissionem.

289. S. Chrysostomus Hom. 41. in Matthæum dicit, Christum vocando Petrum & ceteros Apostolos, attendisse ad circumstantias, in quibus præciverat eos obtemperaturos: inquiens enim, cur non vocaverit Matthæum cum Petro & Joanne, caussam reddit: Ceteri quenadmodum tunc ad illos accessit vocavitque, quando operaturos sciebat, sic Matthæum quoque tunc vocavit, quando miraculorum famam perdomitum minimè relutaturum videbat. Quia de causa etiam Paulum post resurrectionem pescatus est; nam qui occulta scrutatur, & occulta mentum perspicit. NB. (non dicit; qui sua Decreta prædeterminantia perspicit) is etiam, quando unusquisque ad obediendum paratus erat, non ignoravit:

ignoravit: propterea, non continuo incipiens &c. Et hom. 65. reddit rationem, cur Paterfamilias non omnes operarios simul vocaverit, sed diversis temporibus, & dicit, hoc ex voluntate vocatorum provenisse: à voluntate inquit, vocatorum hęc differentia resūlavit (non dicit: ex voluntate Prædeterminantis) idcirco alii manę, alii tertią, alii nonā, alii undecimā horā vocantur, quia tunc obtemperaturi erant.

290. S. Augustinus lib. 2. de Gen. c. 28. Manichaeis interrogantibus: *Quare fecit Deus hominem & luciferum, quem peccatum sciebat?* respondebat his verbis. *Quia de peccante multa bona facere poterat. Immo quare non faceret, cum per suam Justitiam & Providentiam multos de malitia diaboli corrigit?* Interrogatio Manichaeorum supponebat, peccatum hominis sub conditione futurum, potuisse Deo esse motivum absterrens à creatione hominis, & hoc S. Augustinus non negat, sed insuper assignat motivum aliicuius & præpondens. Atqui si peccatum hominis sub conditione futurum acciperet hanc denominationem à Decreto conditionato prædeterminandi, profecto nullo modo posset esse motivum absterrens à productione hominis, Deus enim non ponit sibi obſtacula aliquid faciendo, per Decreta conditionata, sed potius, si hęc darentur, pararent viam ad Decretum ulterius: ergo supponit S. Augustinus, Deus vidisse lapsum Adami sub conditione futurum independenter ab huiusmodi Decreto.

Similiter lib. 2. de Nuptiis & Concupiscent. c. 16. ait: *Nec diabolum propterea creare noluit (ecce! motivum absterrens) quia malum futurum esse præscivit.* & lib. 11. de Gen. ad litt. c. 6. *Frustra dicitur: non crearet Deus quos præsiebat malos futuros;* cur enim non crearet, quos præsiebat bonis profuturos? & paulò pōst, enumeratis bonis emergentibus addit: *cur ergo non crearet Deus, etiam quos malos futuros esse præsiebat?* & c. 9. *Præciebat, quid eorum factura esset voluntas mala, & quia falli non potest eius præscientia, ideo non ipsius, sed eorum est voluntas mala:* cur ergo eos creavit, quos tales futuros esse præsiebat? quia sicut prævidit, quid malis essent facturi, sic etiam prævidit de malis factis eorum, quid boni esset ipse facturus.

291. Simili modo respondit S. Hieronymus Marciioni, contra Providentiam Dei sic arguent. Aut sc̄rit DEUS hominem in paradyso possum prævaricaturum esse mandatum illius, aut nescivit. Si sc̄rit, non est in culpa is, qui præscientiam DEI vitare non potuit, sed ille qui talēm condidit, ut DEI non posset Scientiam vitare: si nescivit, cui præscientiam tollis, aufers divinitatem. Respondebat Hieronymus l. 3. collat. 5. aduersus Pelag. DEUS non condemnat ex præscientia, quem noverit talēm fore, qui sibi postea displaceat, sed tantę bonitatis est, & ineffabilis clementia, ut eligat eum quem interim bonum cernit, & sc̄it malum futurum. Alludit ad electionem Saulis & Iudei.

292. Eadem haeticorum interrogantes, simillimiſ planè respōſionibus expediverunt alij Patres, Gregorius Nyssenus, Cyrillus Alexandrinus, Clemens Romanus, Theodoretus, Chrysostomus, Damascenus, Anselmus', Ambroſius, Gregorius, Hugo, Quorum verba refert Ruyz disp. 65. s. 1. & 3. Quorum omnium verba esse intelligenda de Scientia Dei dirigente ejusdem decreta sic vel sic aliquid faciendi, v.g. hoc tempore creandi, vocandi, quo erat aptum illis qui sequuntur vocationem, ut loquitur S. August. lib. 1. ad Simplic: est prorsus innegabile, sed ab adversariis inexplicable: cum non possint recurrere ad decretum quoddam conditionatum, non enim admittunt Decretum conditionatum pro illis obiectis, quæ defacto Deus absolute decrevit; & merito non admittunt, quia per se satis absurdum est cogitare, quod Deus in priore signo a-liquid decernat conditionem, quod in posterio- re signo decerneret absolutę.

293. Quæ adversarii solent ex S. Augustino contra Scientiam medium interpretari, facilem habent explicationem ex iis, quæ infra de Decreto Prædestinationis dicemus. Breviter. Dicit quidem S. Augustinus semel iterumque, potuisse Deum habere alias rationes arcani consilii sui, quo hos præ illis elegit, & efficaciter vocavit ad fidem, præter præscientiam quod essent consensiū; sed per hoc non negat, immo dicitur supponit Scientiam medium: Quando vero S. Augustinus dicit, Præscientiam inniti Proposito & decreto Prædestinationis, aperte loquitur de futuris absolutis & non de conditionatis, ut tandem ex adversarii aliqui fatentur: quæ omnia enucleatiū proponit & in adversarios retorquet P. Aldrete, disp. 29. s. 4. 6. 7. 8. 9. 10. quem velim ab iisdem attentiū legi, & in referendis aliorum placitis sinceritatem imitari, omis- sis acerbitatibus, quæ cauſam non juvant.

§. VI.

Deducitur Scientia media ex doctrinā S. Thomae.

294. In primis S. Thomas l. p. q. 23. a. 5. ad 1. hęc habet: *Vtua Gratia præcītū, non est ratio colationis Gratiae, nisi secundum rationem cauſa finalis.* Sensus est clarus. ex eo quod Deus prævideat, Petrum bene usurum esse Gratiam. A. si eam haberet, non moveret hoc ipso, nec potest moveri ad illam dandam, nisi tanquam à cauſa finali; hoc est, virtute illius præscientiae potest Deus intendere utrum gratia, Decreto quo dicat: quia video Petrum bene usurum esse hoc auxilio, si illud habuerit, dabo illi hoc auxilio, ut illius usum obtineam. Eandem doctrinam expressit S. D. q. 6. de Veritate a. 2. *Propositum, inquit, cordis Jacob præcītū à Deo, non fuit cauſa, quare ei gratiam dare voluit,*

voluit, sed fuit quoddam bonum ad quod Deus gratiam dandam ordinavit. Si ergo licet arguuntur. Præscientia de fine obtinendo, seu propositio ipsius finis, est scientia dirigens ipsam intentionem finis, ut apud omnes in confessu est: haec scientia non potest esse scientia absoluta visionis, hæc enim non est directiva Decreti absoluti, seu intentionis finis, sed potius nostro concipiendi modo subsequitur: sed neque est scientia simplicis intelligentie: haec enim non affirmat aliquam contingentem futuritionem, qualis est usus liber gracie: ergo est Scientia media: neque enim, in schola etiam Thomistarum, licet hic recurrere ad Decretum conditionatum prædeterminandi taliter usum gratie; tum quia, ut jam monui, Doctores illi, (excepto Joanne de S. Thoma) non admittunt huiusmodi Decretum conditionatum, nisi respectu effectuum nunquam absolute determinorum; tum quia etiam illo admisso, fatentur, illud non esse ponendum pro priori signo, sed concomitante, & in eodem signo cum Decreto absoluto.

295. Secundò. 3. p. q. 1. a. 3. ad 4. ait Angelicus Doctor: *Prædestinatione presupponit præscientiam futurorum.* Et in lect. 6. in Epist. ad Rom: 8. sic loquitur. *Quos præscivit & prædestinavit, non quia prædestinavit omnes quos præscivit, sed quia prædestinare non poterat, nisi præsciret.* & iterum 3. p. q. 1. a. 5. ad 2. ait: *D E V S his quos prævidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus volunt subveniri, alijs autem non subveniri, de quibus in sua Prædestinatione, occulte quidem, sed aliud justè judicavit.* Ex quibus verbis argumentor ad hominem contra adversarios, qui proprijs verbis (testo P. Aldrete) fatentur, omnes illos stare pro Scientia media, qui dicunt, *DEVM non prædestinat aliquem, nisi quem præscivit crediturum, & secundum vocacionem suam.* Subfumo atque in verbis allegatis Angelicus Doctor prærequisit ad decrem prædestinationis huiusmodi præscientiam, quo nihil potest esse evidenter. Ergo S. Thomas star pro Scientia media.

296. Tertiò. S. Thomas 1. p. q. 19. a. 8. in C. post medium, ait. *Cum igitur Voluntas divisa sit efficacissima, non solum sequitur quod fiant ea, que DEVS vult fieri, sed, quod eo modo fiant, quo DEVS eam fieri vult.* Vult autem quædam fieri DEVS necessario, quædam contingenter, ut sit ordo in rebus ad complementum universi; *& video quibusdam effectibus aptavit causas necessearias, que deficer non possunt, ex quibus effectus de necessitate proveniunt; quibusdam autem aptavit causas contingentes defectibiles, ex quibus effectus contingentes proveniunt.* His verbis S. Thomas planè reicit Prædeterminans Decretum, prædeterminatio enim non est causa deflectibilis, sed necessariò ponens effectum: deinde supponit Scientiam conditionatam: nam ratione posset DEVS aptare causam contingente Decreto efficacissimo, si non prævideret, quid contingenter esset futurum, si poneretur talis causa; si enim hoc non prævideret, fieri posset,

ut applicaret causam non habituram effectum, propter intrinsecam illius indifferentiam & defectibilitatem: quam idem S. D. iterum clarissime agnoscit q. 14. a. 13. in C.

297. Quartum argumentum. Si D. Thomas judicavit, *DEVM*, in vocandis hominibus vocatione congrua, attendere ad quasdam circumstantias tali vocationi & vocato opportunas, & haec non potest explicari per Decretum conditionatum prædeterminandi ad consensum, hoc ipso S. Thomas agnoscit in DeoScientiam medium. Verum est antecedens: ergo & consequens. Sequelam concedunt adversarii. Minor probatur quoad primum membrum, recitando verba S. Thomæ, quæ habet 3. contra Gentes cap. 140. n. 5. & q. 24. de veritate ar. 14. in C. Priori loco sic loquitur. *Novit autem rerum disposer Deus, mensaram virtutis humanae: unde interdum homini virtuoso corporaliter & exteriora bona ministrat in adjutorium virtutis, & in hoc ei beneficium præstat; interdum vero ei prædictus subtrahit, eo quod considerat homini illi esse ad impedimentum virtutis.* Posteriore loco sic habet. *Omnis motus à divina Providentia moderantur, secundum quod ipse judicat aliquem esse excitandum ad bonum his vel illis actibus.* Probatur etiam minor quoad secundum membrum. Quia Decretum prædeterminans non indiget certis circumstantiis ut consequatur effectum, neque alia alii sunt opportuniore, sed in quibuscumque æquè infallibili conetur consequetur consentium: ergo præscientia, de qua loquitur S. Thomas, non potest explicari per Decretum conditionatum prædeterminandi.

§. VII.

Scientia Media probatur Ratione.

298. Ratio fundamentalis, quæ nos cogit ad admittendam in DeoScientiam futurorum contingentium conditionatorum, præcedentem divinum Decretum absolutum creandi Angelos & homines libertate usuros, hac est. Non potest nisi impie aut imperitiè negari Deo perfectissima Providentia circa omnia quæ unquam evenitura sunt, & quæ evenitura essent si haec vel illæ circumstantiae darentur: sed haec haberi non potest sine Scientia Media, quam in præsenti defendimus, ergo. Minor probatur. Ad providentiam summi optabilem spectat, nihil unquam evenire posse penitus fortuitum aut involuntarium, seu casuale, ita ut post talem eventum dicere posset; si scivissem hoc eventurum, hoc non fecissem. Vnde consequens est, non solum ea quæ DEVS immediate ex suo libero arbitrio producit, debere à Deo cognosci, cuius natura sint (quod pertinet ad Scientiam simplicis intelligentie) sed etiam, quid actuarum esset liberum arbitrium creatum, si produceretur in his vel illis circumstantiis, & haberet libertatem se ad hoc vel oppositum determinandi. Si enim huiusmodi eventus non prævideretur à Deo, utique posset evenire combina-

tio entium, cuius negatio Deo gravior eslet, ita quidem, ut si talem eventum prævidislet, habuisset causam impellentem, ad eum penitus impediendum, ut supra sepius ostensum est. Sicut enim ad Omnipotentiam spectat, posse producere quidvis non repugnans, ita ad infinitam Providentiam spectat, prævidere omnia, qua in se habent vim sufficientem allicendi vel absterendi. Subfumo, atqui hi eventus non videntur nisi per Scientiam Medium, ut hactenus probatum est. Ergo datur Scientia Media.

299. Dicet aliquis. Potest alia viā ostendi, quā ratione nihil evenire possit, quin Deus obtineat suum intentum, absque Scientia Media, per solam Scientiam simplicis intelligentiæ. Per hanc enim scit Deus, quod homo præventus auxilio A. consentiet vel dissentiet. hoc enim est disjunctum necessarium, ulterius scit, se ex dissensu tantundem boni elicere posse, quantum esset, si homo ponet consensum, immò scit se hoc facturum esse casu quo ponetur dissensus; quia juxta doctrinam S. Augustini, impossibile est Deum permittere peccatum, quin eliciat inde tantundem boni, quantum malum est peccatum. Jam sic vel ponet homo consensum, vel ponet dissensum. Si ponet consensum, Deus habet intentum: si ponet dissensum, sequetur tantundem boni, quantum esset consensus. ergo Deus iterum habebit intentum: quidquid ergo ponetur, Deus habebit intentum.

300. Sed contra est. Quia licet Deus posset ex peccato, adjuncto alio bono, compensare bonitatem consensus, posset tamen malle carentiam tam dissensu quam consensu, pra illo complexo ex dissensu & bono adjuncto. Sic, etiamsi mihi Deus revelarer, me casu quo labar in peccatum carnis, resurrecturum inde cum fænore, adhuc possem, immò tenerer in alle non labi, & carere illo fænore, quam labi cum fænore. Ergo ad Providentiam perfectissimam spectat, posse antecedenter res ita disponere, ut non adigatur ad procurandum illud complexum ex dissensu & bono aliquo superaddito.

S. VIII.

Solvuntur Objectiones.

301. Objiciunt 1. Divisio Scientiæ divinæ in Scientiam simplicis intelligentiæ & visionis, semper ab antiquis habita fuit adæquata: ergo non est excogitanda Scientia Media, quæ sit tertium membrum divisionis. R. Priora duo membra possunt latius vel strictius sumi. Si latius sumantur, Scientia Media ad alterutrum illorum pertinet, & hoc modo antiqui sumperferunt. Si vero strictius sumantur, admittunt tertium membrum. Explico. Per Scientiam visionis, latius loquendo, venire potest omnis Scientia contingens, hoc est, qua posset non esse, sed esse Scientia de opposito; & hoc sensu ad Scientiam visionis pertinet Scientia conditionatorum contin-

gentium; quia hæc Scientia v. g. de consensu sub conditione futuro, potuisset non esse, sed excludi per Scientiam de dissensu, si homo potius dissenseret quam consentiret. Rursus per Scientiam visionis, strictius sumptam, intelligi potest Scientia rerum absolute aliquando existiturum: econtra per Scientiam simplicis intelligentiæ, latius sumptam, intelligi potest omnis Scientia qua non pendeat à Decreto libero & abfoluto Dei, hoc est, qua à Deo non est inpedibilis quoniam exsistat; & hoc sensu Scientia futurorum conditionatorum pertinet ad Scientiam simplicis intelligentiæ. Verum si & hæc Scientia simplicis intelligentiæ strictius sumatur, pro illa, quæ solum affirmit Essentias rerum, & secundum statum possibilitatis, tunc Scientia conditionatorum erit tertium membrum divisionis, & rectè vocabitur Media inter illas duas. Participat enim aliquid de utraque, & ab unaquaque deficit in eo, in quo de altera participat. Participat, inquit, de Scientia simplicis intelligentiæ, quod non sit impedibilis à Deo per Decretem nolendi rem aliquam producere: nam etiamsi Deus nihil producere statuisse, adhuc Scientiam Medium habet; in hoc ergo deficit à Scientia visionis. Econtra participat de Scientia visionis, quod sit impedibilis, non quidem ab ipso Deo, sed ab arbitrio creato, ut jam supra declaratum est, adeoque jam est aliquo sensu contingens, sicut Scientia visionis, & non necessaria sicut Scientia simplicis intelligentiæ.

302. Objiciunt 2. Effectus sub conditione futurus, non est effectus merè possibilis (in quo cum adversarijs convenimus, & est res per se clara: possibile enim erat Judas converti, & tamen non est visus à Deo sub conditione auxiliū defacto collati convertendus) ergo effectus sub conditione futurus, jam est aliquo modo extractus ex statu possibilitatis: atqui nullus effectus potest extrahevi ex statu possibilitatis, nisi volente & concurrente Deo: ergo effectus conditionate futurus non potest acquirere suum statum, in quantum excedit statum possibilitatis, nisi volente & concurrente Deo: ergo non potest cognosci, nisi presupposito Decreto divino. R. Negando primam consequentiam. Status enim conditionatus non dicit effectum absolutè extractum ex statu merè possibilis, sed solum conditionate extrahendum, nempe si ponetur conditio, tunc extraheretur, & quidem volente & concurrente Deo. Effectus ergo conditionate futurus non habet defacto aliquod esse physicum, sed habet, si conditio ponetur, declarabuntur hæc magis in sequentibus.

303. Objiciunt 3. Illa Scientia non est ponenda in Deo, quæ aliquid in obiecto fingit esse, quod non est, sed hoc faceret Scientia Media. Ergo minor probatur. Scientia Media est Hypothetica: atqui omnis Hypothesis Existentiæ, quæ à parte rei non datur, immò forte nunquam dabatur, est fictio Existentiæ in re in qua non datur: quippe particula, Si, v. g. si daretur Petrus hoc

hoc auxilium: idem significat, acsi diceres: posito: fea: ponamus dari Petro hoc auxilium: quæ sanè est quædam imaginaria fictio. **R.** Sicut Deus cognoscit Essentias rerum sine fictione, licet nos ilam cognitionem exprimamus per particulam Si v.g. si existit homo, est animal rationale. ita nec fin gere dicendum est in casu nostro. Quapropter rō supponere, non est; affirmare id quod supponimus, sed est; apprehendere; & sub tali apprehensione affirmare aliud prædicatum: itaque propositio hypothetica differt a non hypothetica seu absoluta præcise secundum modum affirmandi, quatenus nimirum hypothetica non affirmit Existentiam subjecti, & affirmat alliquid prædicatum quod conveniret subjecto, quounque tempore existenter. Propositio vero ab soluta affirmit etiam Existentiam subjecti: ad hunc diversum modum affirmandi significantum utimur hypothesibus vocalibus; si existat hoc.

304. Objiciunt 4. Objectum Scientiæ Medicæ non videtur posse explicari sine vitijsa reflexione & processu in infinitum; declaratur in auxilio efficaci. Objectum Scientiæ Mediae est hoc: Si Petro darem auxilium A. consentiret: ergo Scientia Media tendit in auxilium non quomodo cumque, sed ut à se dandum: ergo tendit in auxilium ut dandum ex illo Decreto, ex quo revera datur, si datur, atqui daretur ex Decreto Benevolentia, si datur: omne enim auxilium Efficax datur ex Decreto Benevolentia: ergo Scientia Media tendit in auxilium ut dandum ex Decreto Benevolentia: atqui Decreto Benevolentia presupponit essentialiter Scientiam Medium de consensu: ergo Scientia Media tendit in Decreto Benevolentia ut dependens à Scientia Media; & sic habemus reflexionem vitijsam, & processum reflexivum in infinitum.

305. Hoc ipsum Argumentum aliter sic proponi potest. Omne auxilium quod datur, necessario datur ex Decreto presupponente Scientiam Medium, verantem circa eventum futurum cum tali auxilio. Ergo Scientia Media reflectitur vitijs supra scipsum, quia tendit in auxilium ut dandum ex Decreto presupponente Scientiam Medium tendentem in Decreto, & sic in infinitum. Antecedens est certum. Nam sive auxilium sit efficax sive in efficax, semper Decreto dirigitur à Scientia Media de eventu futuro: actus autem voluntatis Divinæ qui dirigitur à Scientia Media presupponit Scientiam Medium ex intrinsecō prædicato & suo modo tendendi: si enim auxilium sit efficax, dicit Decreto: dabo hoc auxilium, quia video secuturum consensum: si est inefficax, dicit: dabo hoc auxilium, non obstante quod non sis secuturus consensus.

306. **R.** Negando, quod Scientia Media tendat in auxilium ut procedens ex illo Decreto ex quo datur, si datur, & hoc omnino damus argumento. Tendit itaque in entitatem auxilij secundum te, & sine affirmatione existentiæ affir-

mat eius coniunctionem cum consensu, vt in praecedente objectione declaratum est.

Idipsum alij alijs terminis explicant, & dicunt, quod modus affirmandi Scientia Media, sit vel formaliter vel æquivalenter disjunctivus, quia dicit: Vel non existit auxilium A. vel coexistit illi consensus, & hoc non potest à me impediri: Sive: Non est in mea potestate hoc auxilium sejungere à consensu, & conjungere cum consensu, tametsi ex se intrinsecè sit cum virtuo que conjugibile. Ita P. Esparta-

za.

307. Objicitur 5. Ex Didaco Aluarez. Omne objectum scibile debet habere determinationem vel in suis causis, vel in Decreto Dei, vel in se, atqui futurum conditionatum non habet determinationem in causis liberis, quia sunt protus indifferentes: neque etiam habent determinationem in seipisis, quia non existunt: ergo debent habere determinationem in Decreto Di-

vino prædeterminate. Ergo hoc Decretum, potius quam Scientia Media, afferendum est, quia non potest assignari, à quo Deus determinetur ad habendam potius Scientiam de consensu sub conditione futuro, quam Scientiam oppositam, de dissensi: causa enim libera est ad vitrumque actum intrinsecè indifferentes: & præterea neuter actus in se existit: tota etiam essentia divina est indifferentia ad vitrumque actum non minus quam causa libera.

308. Hoc argumento quoad substantiam

usus etiam est hereticus Tuilius, apud P. Franciscum Annatum, ad evincendum Decretum inferens humana voluntati necessitatem. Quidquid ab aeterno transit de conditione merè possibili in conditionem futuri, debuit supponere ab aeterno causam hujus transitus. Atqui futurum conditionatum, transit à statu possibilis in rationem futuri: ergo supponit causam hujus transitus: cum ergo nulla alia possit inveniri præter Decretum divinum, fatendum est, Decretum Dei esse causam futurorum conditionatorum.

309. Ad hoc Argumentum dissolvendum variae responsiones excogitatæ sunt, quæ tamen omnes nisi tandem ad vnam, eamque claram reducantur, facile vrgentur, quia scopum objectionis non attingunt.

310. Duo ergo quæsita continentur in objectione, ad qua respondendum est, antequam in forma respondeatur. Primum est, vnde nam proveniat, quod Deus debeat habere aliquam Scientiam Medium, præcindendo adhuc vnde proveniat, quod habeat potius Scientiam de consensu, quam de dissensi. Alterum, vnde proveniat, cur potius habeat Scientiam de consensu, quam de dissensi? non enim hoc provenire potest ab aliqua libera electione Dei, vt omnes factent, & per se manifestum est, cum non sit actus voluntatis. Quia vero ad hoc quæsitus facile responderetur, hoc inde provenire, quia vna est vera, altera falsa, ideo vltius hoc quæsitus extenditur, & quaritur, cur potius Scien-

tia de consensu sit vera quād de dissensu? neque huic quāsito satisfit dicendo, illam esse ex essentia sua veram, hoc ipso quia est Scientia divina. Nam contra urgetur. Est quidem essentialiter vera, supposito quōd existat, sed quia potuīst non existere, adeoque non esse divina, ideo ut sic potuissest non esse vera. queritur ergo, unde nam originaliter proveniat, quōd potius Scientia de consensu sit defacto vera, quād Scientia de dissensu, adeoque illa prior habeat potius necessitatem existendi, quād posterior? quod idem est ac querere phrasē jam receptā, quodnam sit verificatum illius, & an detur defacto hujusmodi verificatum? & quia adversarij existimat ad hoc quāsitus responderi non posse, formant argumentum suum eo modo quo relatum est.

311. Ad primum quāsitus respondetur, Deum determinari ad habendam Scientiam Mediā ut sic, à sua infinita perfectione, ad quam spectat, nullam veritatem, ne quidem contingentem ignorare, & posse de quocunque eventu providere. Alijs terminis explicat P. Elparza q. 18. a. 13. ex eo, quōd essentia divina continet eminenter & virtualiter perfectionem propriam & peculiarem liberi cuiusque arbitrij creati, utpote præcontenti in essentia divina, non solum tanquam in caussa physica adæquata, adeoque physice, sed etiam intentionaliter, hoc est, tanquam in specie expressa adæquata ipsius arbitrii, & omnium ac singularium operationum illius. Porro hæc duplex continentia excludit omnem imperfectionem, quā reperitur in ipso libero arbitrio, seipsum determinante ad operationem; cuiusmodi est alligatio ad determinatum tempus & locum; item augmentum perfectionis per operationem superadditam. Hinc autem est, quōd essentia divina possit se solā quasi electivè præinducere ab æterno cognitionem vniuersi jusque electionis creatæ, ut futura sub qualibet hypothesi absolute possibili, si hæc ponatur à parte rei: quā pre cognitione est quædam purè intellectus præelectio æterna electionis effectiva creata ac temporalis sub eadem cuiusque hypothesi.

312. Ad secundum quāsitus respondeo, & dico; defacto nihil existere, (antequam ponatur conditio) cui tributatur hoc prædicatum determinativi, seu verificativi Scientiæ Mediæ de consensu sub conditione futuro: cum hoc tamen stat, Deum ab æterno fuisse ad illam habendum determinatum, & scientiam illam ab æterno fuisse verificatam. Sicut enim, ad hoc vt propositio, quā dico hic Ingolstadij: Petrus existit Romæ: est hic Ingolstadij vera & verificata, etiamsi hic Ingolstadij non existat verificatum illius (quia hoc existit Romæ:) ita pariter, vt Deus ab æterno sciverit Petrum sub conditione consensurum potius quād dissensurum, non est necesse, vt verificatum illius existet ab æterno, sed satis est quōd existet tunc, quando pronuntiatur existitum, nempe quando poneretur conditio. Ra-

tio est, quia Scientia Media non affirmat, verificatum suum existere ab æterno, sed affirmat existitum tunc, quando poneretur conditio. Sicut ergo ad verificandam cognitionem affirmantem objectum existere nunc, non requiritur existentia objecti pro præterito aut futuro, sed sufficit ut existat nunc, ita ad verificandam scientiam affirmantem objectum existere de futuro, sub conditione, non est necesse objectum existere nunc, & pro omni tempore quo existit Scientia, sed fatus est existitum esse tunc, quando poneretur conditio.

313. Ad objectionem ergo respondetur in forma, negando Majorem, vel distinguendo: debet habere determinationem eo modo, & pro eo tempore, quo modo, & pro quo tempore affiratur illam habere, concedo majorem; debet habere determinationem pro alio tempore, & alio modo, pro quo tempore, & quo modo non affiratur habere, nego majorem; & eodem modo distinguo minorem: Futurum conditionatum non habet determinationem illo modo (hoc est sub conditione) & pro eo tempore (nimis pro tempore quo existet conditio) quo modo, & pro quo tempore affiratur eam habere, nego minorem, non habet alio modo &c. concedo minorem, & nego consequentiam.

Omissis alijs levioribus objectionibus, quæ apud alios passim legi possunt, placet subiungere argumentum, quod aliquando disputandi gratia proposui, & solvi: quod deinde alii dignati sunt vñ cum solutione suis Theſibus inferere.

314. Argumentabam ergo hoc modo. Scientia Media non servit ad eum finem, ad quem obtinendum est excogitata. Non servit inquam ad dirigendum Deum in suis Decretis. Ut enim sic serviret, deberet Scientia Media, videns v. g. Petrum peccatum si Deus illi daret auxilium A. deberet inquam posse Deum dirigere ad nolendum dare auxilium A. quia Petrus dissentiret: ergo posset verificari haec propositio: Si Petrus dissentiret cum auxilio A. Deus illud non daret. Atqui hoc dici non potest: ergo Scientia Media non servit ad finem illum, in quem asteruit. Subsimptum probo. Hac enim ratione possunt simili esse vera hæc duæ propositiones: Si Petrus haberet auxilium A. dissentiret. Si Petrus dissentiret cum auxilio A. Deus illi auxilium A. non daret. Sed est impossibile has duas propositiones esse simili veras: ergo &c. Minorem probo. Haec duæ propositiones inferunt conclusionem involuentem manifestam contradictionem; hoc modo. Si Petrus haberet auxilium A. dissentiret: si Petrus dissentiret non haberet auxilium A. ergo si haberet auxilium A. non haberet auxilium A. quæ est manifesta contradictione.

315. Ulterius arguebam, quod admisso Scientiæ Mediæ sequeretur, hominem posse impeditre actum primum proximum, requisitum ad ipsum actum secundum liberum, quod vixque tam est impossibile, quād impossibile est, actum secundum post

dum posse esse sine actu primo proximo, quem essentialiter præsupponit. Sequela autem probatur. Nam auxilium pertinet ad actum primum proximum tam ipsius consensus, quam disensus: atque auxilium esset impedibile per disensem, quia scilicet, si Deus videret disensem sub conditione ponendum, non daret hoc auxilium: ergo actus primus proximus esset impedibilis per actum secundum.

Ad hoc Argumentum difficulter commodè respondebunt illi, qui docent, Deum per Scientiam Medium videre antecedenter ad omne Decretum absolutum, sua Decreta sub conditione futura, quale esset hoc: *Si Petrus dissentiret, non darem illi auxilium A.* Verum quia mox contrarium docetur sum, & dicam, hujusmodi Decreta conditionata futura, non videri à Deo nisi in ipso Decreto ab soluto, ut explicabitur, ideo virtusque argumenti facti solutio est expedita.

316. Ad primum ergo respondeo, quod licet singule illae propositiones, major scilicet, & minor, possint seorsim esse vera, simul tamen vera esse non possint in sensu conditionali, sed, si ponatur major esse vera, hoc ipso minor erit falsa, vel econtra, si minor erit vera, major erit falsa, & ideo nulla inde potest inferri consequentia. Declaro. Si enim vera est haec: *Si Petrus habet auxilium A. dissentiret, hoc ipso repugnat hoc auxilium dari à Deo propter consensum secutum, in quo tamen decreto deberet Deus vide re veritatem minoris propositionis conditionalis; Si Petrus dissentiret, non daretur hoc auxilium:* verificatum enim hujus propositionis non potest esse aliud (in mea sententia mox tradenda) quam Decretum Dei, quo vult hoc auxilium dare, quia videt habiturum consensem: ergo si minor est vera, falsa est major, scilicet: *Si Petrus habet auxilium A. dissentiret:* ergo etiam econtra si major est vera, falsa debet esse minor. Brevius. Hæc veritas: *Si Petrus dissentiret, non daretur illi auxilium A.* non potest videri nisi in Decreto dandi auxilium A. qui non potest videri in decreto dandi hoc auxilium, si auxilium est inefficax (hoc modo enim daret & non daret) ergo solum potest videri in decreto dandi auxilium quia est efficax: sed si auxilium est efficax jam est falsa major proposition: ergo ex veritate minoris falsificatur major: ergo non potest simul stare vtriusque veritas. Itaque illa prima propositione: *Si Petrus habet auxilium A. dissentiret;* potest quidem cauflare hoc decreto: *Quia Petrus dissentiret, nolo illi dare hoc auxilium,* sed non potest cauflare hanc conditionem: *Si Petrus dissentiret, non darem illi hoc auxilium,* hujus enim veritas supponit auxilium esse efficax.

317. Ad alterum argumentum respondeo, negando sequelam. In casu enim, quo Deus negaret hoc auxilium, quia videt Petrum disensem, si daretur, revera actus primus proximus non impeditur à veritate conditionata, sed impeditur à Deo, quatenus liberè nollet dare hoc

auxilium, cum posset velle dare. Sed de his satis.

§. IX.

An detur in DEO Scientia Media suorum decretorum.

318. Quæritur denique, an in Deo detur Scientia virtualiter distincta ab omni decreto ab solo, quæ Deus videat, quid ipse liberè facturus esset, si hac vel illa circumstantia seu conditio ponetur: v.g. an Deus volueret incarnari, si Adamus non peccasset: An, si Christus nolueret mori pro genere humano, per aliud remedium liberasset genus humanum: an si Noë nolueret ingredi arcam, delevisset diluvio torum genus humanum, &c. Affirmant plures quos sequuntur Derkennius & Aldrete.

319. DICO. 1. Repugnare hujusmodi Scientiam Medium. Probo. Hujusmodi Scientia Media præjudicaret libertati divinae; esset & non esset impedibilis à Deo: ergo repugnat. Antecedens probo. Omnis Scientia Dei existens independenter ab omni decreto, præcedit decreta existens, ut directiva seu consultativa ad decreta Dei, & essentialiter ac virtualiter præsupponitur à decreto subseciente: sed hac ratione jam præjudicaret illa Scientia Media libertati ipsius decreti, & esset ac non esset impedibilis à Deo: Ergo, &c. Majorem negant adversarij, & volunt, illam Scientiam habere se concomitante ad ipsum decretum. Sed hoc non rectè dicitur. 1. Quia hac ratione non est necesse Scientiam conditionatorum distinguere virtualiter intrinsecè à decreto ipso existente, quæ erit nostra sententia: 2. Quia omnes nostri DD. fatentur, quod nisi Scientia media de nostris actibus liberis esset necessaria ad Providentiam Dei universalem, & directiva decretorum, non esset vila necessitas eam afferendi: & fortassis à nemine affereretur ob suam difficultatem. Ergo non est ponenda in Deo Scientia Media, independens à decreto, & non directiva decreti.


320. DICO. 2. Deus illas veritates conditionatas videt in decreto ab soluto existente, habente intrinsecam connexionem cum decreto sub alia conditione futuro; sive: decreta præsens ex suo intrinseco modo tendenti in res defacto volitas, est verificativum omnium decretorum, quæ sub conditione varia essent exstitura, defacto autem non existent ex defectu conditionis. Ita RR. Explicatur. Defacto Deus decretivit Incarnationem tali affectu, quo ferebatur in merita & Passionem Christi, generisque humani Redemtionem, vi in eo relucat hæc Veritas. Si Adam non peccasset, non incarnarer. Sicut, quando æger ex affectu sanitatis sumit amaram medicinam, in ipso modo eligendi medicinam deprehendit hanc veritatem. Si medicina hæc non esset conductiva ad sanitatem, non sumerem illam.

321. Hinc deducitur, quod præsens decretum non videatur à Deo sub aliqua conditione futurum, videretur tamen sub conditione futurum in alio decreto, si Deus aliud decretum habuisset. v. g. si Deus noluissest producere Petrum, tunc ex affectu quo ferretur in negationem Petri, relucet, quod si Deus velleret producere Petrum, daret illi talia vel talia auxilia.

Argumenta adverbariorum referre non est opus. Plus enim non probant, quām quod Deus veritates illas conditionatas debeat cognoscere; quod vltro fatemur. sed negamus videri per scientiam virtualiter distinctam à præsenti decreto.

**

*



CAPUT IV.

DE VOLVNTATE DEI.

CONTROVERSIA I.

In quoniam consistat actus liber voluntatis divinae.

§. PRIMVS.

Difficultas questionis exponitur.

322. **D**ari in DEO Liberum Voluntatis exercitum, fidei dogma est, cuius probationes attuli in Institutionibus. In quoniam autem realiter & à parte rei consultat hoc exercitum, & à quoniam Deus formaliter constitutus volens mundum, cùm potuisset nolle, est ex gravissimis, si non omnium gravissima difficultas totius Theologiae, quae sic proponitur.

323. Vel volitio creandi mundum est adæquatè intrinseca Deo, vel non est. Si est, ergo aliiquid intrinsecum Deo potuisset non esse: ergo est aliiquid in Deo contingens: ergo illud non est Deus, sed creatura. ergo Deus perficitur intrinsecè à creatura, quod est impium dicere. Si non est adæquatè intrinseca volitio, sequitur actum liberum Dei quā liber est, non esse vitalem; imò non existere ab æterno; vel debet identificari cum aliquo negativo: quae omnia videntur esse contra conceprum actus divini, vitalis & liberi. Eadem penitus est difficultas in Scientia libera Dei, tam Visionis, quam Scientia Mediae.

§. II.

Sententia Cajetani refellitur.

Opposis varijs modis expediendi præsentem difficultatem, quos aliqui tentarunt, sed verbis magis involverunt, celebriores referam.

324. Prima sit Cajetani, i. p. q. 19. a. 2. Et 3. Et 3. p. q. 1. a. 1. afferentis, quod Deum velle alia, est perfectio voluntaria, Et omnino libera, Et extensa, Et non simpliciter Et intensiva, quae potuit deesse DEO, quia quod perfectio sit voluntaria, Et omnino libera, est conditio diminuens rationem perfectionis, respectu ejus in quo est, quoniam significat suum oppositum non

esse imperfectionem. Quæ Cajetani verba plures (alijs tamen aliter interpretantibus) ita accipiunt, quæ docuisser, Volitionem liberam Dei esse Deo superadditam realiter, saltem modaliter, quæ quidem potuisset ab æterno non esse, posito tamen quod existat, non potuit incipere in tempore, sed debuit essentialiter esse ab æterno. Quæcunque tamen fuerit mens Cajetani

325. Dicendum est, cum ceteris Theologis, actus liberos Dei non esse modum realiter superadditum Essentiae divinae. Probatur 1. ex verbis S. Bernardi annotatis in Concilio Rhemens. Credimus Et confitemur, nullas omnino res, sive Relationes, sive Proprietates, sive singularitates, Et alia hujusmodi, a deesse DEO, quæ sint ab æterno, Et non sint DEVS. quæ verba putat Arriaga de solis attributis necessarijs ex mente S. Bernardi prolata esse, additque alia, quæ quām frivola sint, ostendit P. Aldrete. dñp. 9. s. 1. a. n. 7.

326. Probatur. 2. Illa entitas modalis, cùm esset realiter distincta, esset creatura: ergo vel substantia vel accidentis: non primum: efficit enim extra conceptum primæ & completa radicis, & entis per se stantis; sicut nostri actus liberti. Præterea, vel esset substantia completa, vel incompleta: Non primum; alioquin subsisteret per se, nec vniuersit Deo: non enim possunt duæ substantiarum completae inter se vniiri ad faciendum unum per se; neque etiam substantia completa potest esse modalis perfectio alterius substantiarum. Denique non tam Deus inde denominareretur volens, quām potius illa ipsa substantia creata esset volens ut quod. Efficit ergo substantia incompleta: & quero ulterius, an sit incompleta præcisè in ratione subsistendi, vel in ratione subiecti, vel in ratione formæ. Non primum dici potest; hac enim

enim ratione non deberet immediatè vniri Naturæ, sed subsistentiæ, sive fieret substantia completa, & non esset perfectio vitaliter afficiens naturam divinam, sicut nec defacto afficit illam humanitas Christi. Sed nec secundum, aut tertium dici potest, nam hac ratione Deus esset substantia incompleta, forma vel subjectum.

227. Quodsi dicas, illum modum esse accidens: Contra est, quia hac ratione Deus esset viderius perfectibilis; ergo nec infinitè perfectus, nec purus actus, &c. Denique in hac sententia Deus non esset sibi soli sufficiens: impossibile enim illi esset carere omni creaturâ, quia non potest non habere vel volitionem, vel nolitionem mundi: atqui non est ratio cur volitio potius quam nolitio sit creatura & modus.

§. III.

Sententia Suarezii rejicitur.

228. P. Franciscus Suarez dis. 30. met. s. 2. docet, Volitionem liberam Dei esse adæquatè solam entitatem volitionis divinæ necessariâ, hanc autem proper suam actualitatem & infinitatem esse per modum actus secundi tendentiam in omnia objecta, sed tamen non hoc ipso denominare volentem omnia, nec dare totum suum effectum formalem, sed esse indifferente ad denominandum seu tribuendum suum effectum formalem, qui est: *vello hoc obiectum potius quam eum oppidum*: adeoque in potestate Dei esse, quod illa volitio necessaria in essendo tribuat effectum formalem liberi volentis mundum, sine villa Dei immutatione, vel aliquias adjectiones, sed per solam connotationem mundi. Producitio tamen mundi, in hac sententia, non est constitutiva volitionis liberae quâ talis, sed purum connotatum extrinsecum.

229. Dicendum est 2. per hanc connotationem non rectè defendi liberum exercitium Dei. Ita nunc communiter omnes, postquam videlicet opinio Connatorum à litteratorum aula recessit. Probatur. Secundum Suarez defacto exsistit tota Entitas nolitionis mundi, sed non in denominanti: ergo ut denominans dicit aliquid quod sit constitutivum actus liberi ut denominans. Sed non vacat, in re clara immorari, nec libet referre varios alias & alias terminos, quos Connatores multiplicant, & nihil explicant.

§. IV.

Non complementur actus liberi DEI per veritates objectivas aternas.

230. VT nihil intentatum relinquenter ingeniosissimi quidam, dixerunt, actus liberos Dei completi per aliquas veritates objectivas, cuiusmodi est: *mundum esse futurum*: quas veritates volunt esse contingentes & aternas, & tamen

nec esse ipsum Deum, nec aliquam creaturam, sed (ut non sine lepore exprimit P. Esparza) in confinio entis divini & creati constitutas, diffinentias ab omni ente & ab omni existentia. Legi hanc opinionem primò in Eminentissimo Card. Pallavicino: sed, si P. Bernardo Aldrete creditus, auctor ipsius, ejusdemque desertor fuit P. Antonius Perez.

331. DICO 3. Hujusmodi veritates ab aliis omnibus merito censeri chymaricas. Probatur breviter. Omne quod est incapax omnis existentiae tam positivæ quam negativæ, est chymera, seu impossibile: nam sola radix contradictionis est incapax existentiae: sed id quod nec est creatum nec increatum, aeternum, sed sine omni existentia, est incapax omnis existentiae; ergo est chymera.

332. Ad hominem etiam optimè impugnat hanc opinionem P. Esparza. Nam Card. Pallavicinus reputat evidenter absurdum, Deum habere vagam necessitatem coexistendi alicui creatura: atqui manifestius absurdum est, Deum indigere aliquo, quod non identificatur cum Deo, & tantum est abusivè eius, & ne quidem Deum habet anthonem, adeoque nihil participans de Deo, quam sit, admittere vagam necessitatem alicuius creaturæ habentis Deum anthonem, & de ipsius perfectione participantis. Ergo &c.

§. V.

Aureoli Sententia proponitur.

333. Communis plurium sententia est, actus liberos Dei non esse adæquatè Deo intrinsecos, sed in ratione liberi, compleri per aliquid extrinsecum, nempe per ipsum effectum in tempore futurum. Tribuitur Aureolo tanquam inventori. in 1. dist. 47. q. un. a. 2. & seq. Volitio enim Deo intrinseca & necessaria circa creature, est complacentia secundum se inefficax, ex qua tanquam ex causa indifferenti & intelligenti, vult Aureolus oriri immediatè effectus creatus, sicut in nobis actus voluntatis procedunt à nostra voluntate, qua ob imperfectionem nostræ voluntatis recipiuntur in nobis.

334. Aureolum secutus est Gab. Vasquez, ac deinceps plures gravissimi DD. completes actus liberos Dei per ipsas actiones, quibus res creatae producuntur, ita quidem, ut ipsa formalis ratio actus liberi quâ talis, constituantur partim per volitionem Dei necessariam, partim per productionem creaturem.

335. DICO 4. Sententia hæc neque cum principijs philosophicis, quæ nobis à natura insitae sunt, neque cum receptis principijs Theologis cohaeret, aut commodè conciliari potest. Probatur. Cuivis à natura insitum principium est: cognoscere & velle, non esse extra cognoscendum & volentem, sed adæquate inesse: cognitionem & volitionem ex toto genere suo differre adæqua-

te ab

tè ab omnibus illis, quæ insunt substantijs non intellectivis: item volitionem esse quoad omnia sua constitutiva aliquid positivum, procedens ab intrinseco, intentionaliter ac vitaliter respiciens suum objectum, existens adæquatè tunc, quando tribuit effectum formalem volentis. Præfertim verò naturaliter insitum est hoc judicium, quod quando voluntas ex se indifferens ad volendum alterutrum ex oppositis, se ad unum præ alio determinat, illa determinatio existat tunc, quando est verum dicere: *nunc voluntas est determinata.* Item insitum nobis est, quod causa existens nunc, non denominetur nunc operans ab operatione futura, sed tantum denominetur operatura. Sicut ergo Deus non dicitur ab aeterno creans, à creatione futura, ita dicendum est, Deum non velle ab aeterno liberè id, quod futurum est in tempore, sed dicendum est, esse volitum, si ipsa libera determinatio & electio formaliter, quæ talis, non esset ab aeterno, sed futura in tempore. Atqui omnia hæc invertuntur in sententia Aureoli, & quidem in plerisque res non eger declaratione. Duo sunt declaranda. Primum, quod aliqua Dei volitio & cognitione non esset adæquate positiva. Potuisse siquidem Deus nolle quidquam creare; quo casu liberum Dei decretum, non creandi mundum, non posset compleri per aliquid positivum creatum; nihil enim hujusmodi esset futurum: ergo completeretur per meram negationem mundi.

336. Secundo, in sententia Aureoli non potest in sensu communi & proprio verificari, quod Deus decreverit ab aeterno ea, quæ sunt futura in tempore, quod tamen Scriptura sapientia affirmat: dicitur enim Deus nos elegisse ante constitutionem mundi, ad Eph. 1. & econtra dicitur Genes. 1. fecisse hominem die sexto. Quomodo autem est perceptibile, quod eadem forma denominet Deum eligentem ante mundi productionem, & producentem post mundi productionem? S. Augustinus aliter philosophatur c. 5. de Prædest. & Grat. Mundus, inquit, quævis pro tempore ex quo factus est, cepitur, in illa praescientie luce nullum potuit habere principium, & S. Gregorius lib. 12. Moral. c. 2. Cuncta, inquit, Deus futura praesciens ante secula decrevit, qualiter per secula disponantur.

337. Respondent adversarij, volitionem Dei liberam importare in recto & principaliter volitionem Dei necessariam, & ratione hujus posse hanc denominationem *Elegit* tribui ab aeterno, licet ultimum complementum non sit ab aeterno.

Verum hac ratione posset quis dicere, Petrum hodie peccare, quando incipit tentari & inclinari ad peccatum, quod primum cras ponetur. Deinde haec responsio adversatur S. Thomas, qui q. 6. de Verit. quæ est de Prædest. a. 3. docet, quod Missio personarum divinarum, sicut & creatio mundi, tribuant effectum formalem temporalem ideo, quia important productionem alicuius temporalis effectus, non obstante, quod aliquid

ternum etiam includant, aliter autem se habet decreum Prædestinationis. Sed Prædestination (inquit) non importat productionem alicuius effectus temporalis secundum suum nomen, sed tantummodo ordinem ad aliquid temporale, sicut voluntas, potentia, & hujusmodi omnia. (quid contra Aureolum posset apertius dici?) & ideo, quia non ponitur effectus temporalis, esse in actu, qui est contingens, non oportet quod Prædestination sit temporalis vel contingens, quia ad aliquid temporale & contingens potest aliquid ordinari ab aeterno & immutabiliter. Ecce! quam clarè S. Thomas agnoscat, quod si Prædestination includeret ipsam productionem temporalem, non posset dici esse ab aeterno.

338. Denique mihi prorsus imperceptibile videtur, quod Scientia & affirmatio in ratione affirmationis compleatur per aliquid, quod non solum non existit in affirmante, sed nec unquam existitum est in rerum natura. atqui hoc concedere tenentur in Scientia Media, quotquot ex adversariis hanc admittunt circa objecta sub conditione tantum, sed nunquam absoluè existita; dicunt enim eam compleri per actionem sub conditione futuram.

339. Ad argumentum aliter respondet P. Vanderveck tr. 2. diff. 3. c. 5. a. n. 20. omnia quæ in tempore sunt futura, vovisse Deum ab aeterno per volitionem suam necessariam, sed sub hac conditione: si placaret aliquando facere, quæ conditio cum fuerit postmodum implera, facit volitionem conditionata transire in absolutam, & æquivalenter retrotrahitur ad totam aeternitatem, perinde ac si ab aeterno existisset. Declarat exemplo voti: si enim Angelus per impossibile ab aeterno existens, vovisset omnia facere ad gloriam Dei, quæ esset facturus in tempore, & deinde in tempore ad gloriam Dei suscipiet custodiā hominum, rechè diceretur ab aeterno vovisse custodiā hominum.

340. Hæc tamen responsio caussam potius vulnerat, quam sanat. Nam imprimis adversarius jam concedit, quod Deus non voluerit abolutè & determinatè, & propriè ac formaliter ab aeterno, v. g. mundum, sed tantum æquivalenter, & quodæ estimationem: secundò concedit, quod conditio ponatur postmodum in tempore: atqui conditio erat hæc: si placeat Deo facere. ergo rō placet ponitur postea, & non ab aeterno: atqui rō placet, est volitio libera, determinans & eligens: ergo volitio libera & determinans ac eligens, ponitur in tempore; quod est contra S. Scripturam 3. adversarius (ut etiam advertit Card. Pallavic. n. 301,) ponit in Deo actum nugatorium ab aeterno. Eset enim perinde ac si dices: volo ut determinatio ambulatio cras, si dabitur cras. hoc enim est necessarium, nec est opus ad hoc aliquo decreto. Ratio ulterior est, quia ut actus conditionalis sit virilis, debet conditio adjecta non habere necessariam connexionem cum ipso objecto. 4. Exemplum adversarij de voto Angelii ab aeterno voventis, est contra ipsum adversarium: nam ille Angelus diceretur

ceretur rectè suam voluntatem indeterminatam eternam determinâisse in tempore, & elegisse custodiam hominum in tempore: item ille Angelus etiam post illud votum editum diceretur in tempore priore, antequam crearentur homines, adhuc indifferens ad exercendam custodiā: ergo eodem modo diceretur Deus se in tempore determinare, & in tempore priore esse indifferens, quod repugnat S. Scripturæ. s. Denique Angelus indigeret novo voluntatis actu quo eligeret custodiā: ergo eodem modo Deus indigeret novo actu, quo in tempore eligeret productionem mundi, si exemplum est idoneum. Est ergo responsio Patris Vanderveck penitus insufficiens.

341. Confirmatur nunc argumentum nostrum principale quod secundum membrum Conclusionis. Est principium Theologicum certum, posse Deum ea qua facit, facere ob fines immediatos diversos, ita ut unus hic & nunc intendatur, qui posset non intēdi, sed negligi: possent etiam intervenire rationes absterentes plures respectu unius, & pauciores respectu alterius effectū. Est item principium nobis certum, Deum omnes effectus quos facit, facere cum præscientia conditionata corum, qua ex tali effectu ejusque cum reliquis combinatione sunt eventura: adeoque Dei Decretum respicit omnia tam exstituta quam non exstituta, &c. qui respectus in sententia Aureoli completeretur per actionem qua producitur v. g. Petrus: ergo actio hæc deberet habere intrinsecum differentialem respectum ad omnia alia, tam futura quam non futura, ad hos potius quam alios fines &c. & ad alia quidem ut allicitia & suasiva, ad alia ut absterrentia: vnde hujusmodi actio esset intrinsecus supernaturalis, quia respiceret fines supernaturales. Quia omnia quam sint aliena à sensu DD. nemo potest ignorare.

342. Quodlibet Deus nihil omnino creare volueret, tunc dicunt necessarium fuisse, ut Deus actu moveretur ab omnibus finibus, quibus moveri potest ad nihil creandum, quia negotio omnium rerum non potest in se habere hujusmodi diversos respectus. Quapropter non potuisse Deus dicere: *nolo creare mundum*, quia video lapsorum Adamum, quamvis non curarem lapsum luciféri aut Iudei: Sed debuisset necessariò ab his omnibus moveri, quia omnes hi lapsus sunt apti mouere ad non creandum mundum cum tamen defacto à nullo horum sit motus.

343. Solet etiam Aureoli Sententia impugnari ex eo, quod non magis esset vera hæc causallis: *ideo mundus est futurus, quia Deus illum vult*: quam econtra: *ideo Deus vult mundum, quia est futurus*. Respondent, quod respectu ipsius mundi prior propositio potius est vera, quam posterior, propter prioritatem actionis ad mundum: at vero loquendo de ipsa actione, ajunt eam tantum esse veram in genere causa formalis, sicut cum dicimus: *Petrus amat Paulum, quia vult*.

344. Hæc tamen responso non est conformis doctrina S. Thomæ q. 13. de Verit. a. 4. ad

15. qui docet, voluntatem divinam habere duplum respectum ad objectum; primus est, quatenus objectum vult, seu quatenus est volitiva, & hunc respectum ait non esse necessarium absolu- tè, sed tantum ex suppositione: Secundus est, quatenus est operativa ad extrā, seu productiva voliti, & illum primum respectum ait praefuppen- ni ad secundum. Primo enim intelligimus inquit, voluntatem velle aliquid, deinde ex hoc ipso quod vult illud, intelligimus, quod producat ipsum in rerum na- tura, si voluntas sit efficax.

Deinde data responsio vim infert S. Scri- ptura, extollenti efficaciam voluntatis divinæ, quod nunquam frustretur, & quod ipsum velle sit causa productionis. ps. 113. *Omnia quæcumque voluit fecit*: ad Ephes. i. Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis Iuxæ.

S. VI.

Verisimilior Sententia proponitur.

345. DICO s. Verisimilior est Sententia asserens, quod Decretum liberum Dei (idem est de Scientia quacunque impedibili) quâ liberum, superaddat volitioni & Scientiæ simpliciter necessariæ aliquam formalitatem, conceptum ob- jectivum, relationem, habitudinem, seu termina- tionem (hæc sunt synonima) adæquate intrin- secam Deo, realiter identificatam cum ipsa divi- nitate, sicut relationes necessariæ identificantur: & virtualiter intrinsecè ab eadem divinitate di- stinctam, sicut relationes necessariae distingun- tur; cum hoc discrimine, quod relationes neces- sariæ sint à parte rei absolute composibiles, & coëxistentes, nec vna alteram à Divinitate exclu- dat, terminaciones autem liberae sint incompos- biles, & vna alteram excludat; v. g. volitio mundi nolitionem ejusdem, à qua vicissim po- truisset excludi, quæ incompossibilitas provenit inde, quia Deus non potest simul velle & nolle idem, quamvis sit necessitatus ad alterutrum dis- junctum, & ex se indifferens ad quodvis eorum determinatè spectatum. Hæc sententia, qua- nou multis retrò annis cum fornicidine docebatur, nunc plane invaluit; quamvis in ea declaranda non omnino nulla sit diversitas.

346. Probatur 1. auctoritate D. Thomæ, qui Decretum quo Deus applicat Omnipotentiam ad operandum, seu quo imperat operationem ad extrā, item Scientiam dirigentem, adæquare identificat cum ipso Deo & ejus Omnipotencia. Ita habet q. 25. de Potentia Dei, ad quartum ar- gumentum, quod erat hujusmodi. Scientia & voluntas Dei sunt causa rerum: sed causa & principium sunt idem: ergo sunt etiam principium & potentia, ad hoc responderet his verbis. Potentia non ponitur in Deo ut aliquid differens à Sci- entia & voluntate secundum rem, sed solum secundum rationem, in quantum scilicet potentia importat ratio- nem principij exequentis id, quod voluntas imperat, & ad quod

H

ad quod Scientia dirigit : que tria Deo secundum idem convenient. quibus verbis altrixit identitatem realem adaequatam inter Potentiam, & Volitionem.

347. Quod autem etiam agnoverit distinctionem virtualem intrinsecam, manifeste colligitur ex responsione ad tertium argumentum, ubi comparat potentiam Dei cum ejus operatione libera intrinseca, seu cum imperio voluntatis, sicut Natura divina comparatur cum Personalitatibus.

348. Confirmatur S. Doctoris authoritas ex questione 23. de Veritate, que est de voluntate Dei, ubi articulo 4. ex professo tractat, an Deus aliquid liberè velit, contra quod cum secundo loco sic objecisset : *hoc ipsum quod est Deum velle aliquid, importat habitudinem voluntatis ad volitum ; sed hoc ipsum quod est Deum velle aliquid, est aeternum : ergo ipsa habitudo voluntatis ad volitum est aeterna & necessaria.* ad hoc deinde sic respondet. *Ad secundum dicendum, quod illa habitudo importata est necessaria & aeterna ex suppositione (nempe supposito quod exiftat) non autem absolute, & non solum secundum quod terminatur ad volitum prout est exemplariter in ratione volendi (hoc est, non solum prout Deus cognoscens creaturas in seipso, & in sua bonitate, tanquam in exemplari, & ratione volendi complacet sibi in illis necessariò, prout explicaverat in articuli principio) sed prout est temporaliter in propria natura ; id est, secundum obiectum voliti temporalem existentiam.*

349. Denique libro 1. contra Gent. c. 83. n. 2. sic loquitur. *Omne aeternum est necessarium : Deum autem velle aliquid causatum esse, est aeternum : sicut enim esse suum, ita & velle aeternitate mensuratur : est ergo necessarium, sed non absolute consideratum, quia voluntas Dei non habet necessariam habitudinem ad hoc volitum.*

350. Probatur Conclusio 2. ex sensu communium priusquam Aureoli Sententia in scholas invehetur. Nam 1. sensus omnium fuit, non dari in Deo aliquam realem distinctionem nisi inter Relationes ad intrà; adeoque Essentiam divinam Identificari cum suis actibus tam necessarijs quam liberis. 2. Hos actus esse aeternos, & esse causas rerum, quas per totam aeternitatem procedunt. 3. Essentiam divinam aquè potuisse nolle mundum, atque defacto voluit. 4. Volitionem libertam mundi, & Scientiam de ejus existentia, esse essentialiter connexam cum futuritione mundi, & infrastribilem ac infallibilem illius affirmationem. 5. Non existere in Deo Scientiam de negatione mundi, quamvis potuisse existere. In his quinque suppositis simul sumptis, formalissimè continentur nostra sententia : nempe Essentiam Dei in ratione Essentiae divinae, & prout est simpliciter necessaria, non esse essentialiter connexam cum futuritione mundi, eandem tamen essentiam in ratione volentis liberè mundum, esse essentialiter connexam cum volitione mundi : atqui idem cum eodem esse in una ratione conexum, & non esse conexum in alia ratione, de-

bet fundari in distinctione virtuali intrinseca, non minus, quam naturam in esse natura communicari, & in esse Patris non communicari Filio : ergo sensus communis semper implicitè subscriptus nostræ sententiae, & sola defuit explicatio.

351. Probatur Conclusio 3. Illa sententia est in materia difficilima, & nunquam satis explicabili, alteri praferenda, quæ non infer intellectui speciale vim, notabiliter diversam aut dissimilem illi, quæ in alio fidei articulo est superanda, adeoque non est novæ difficultatis inducito, sed solummodo alterius quædam extensio : atqui talis est nostra sententia, cuius nimis difficultas est prorsus affinis difficultati reperta in Mysterio Trinitatis, ut patet ex dicendis, in objectionum solutione. Econtra Sententia Aureoli ingerit novam difficultatem intellectui violentissimam, & diversissimam ab ijs quæ reperiuntur in alijs fidei Mysterijs. Ergo &c.

352. Probatur Conclusio 4. Partim à pari, partim quasi à priori. Non minus pertinet ad infinitam Dei perfectionem, esse principium liberè electivum creaturarum, quam, esse principium necessarij secundum ad intrà. Atque ratione facunditatis ad intrà habet virtutem identificandi sibi Relationes & Personalitates necessarias inter se realiter distinctas, pertinentes ad intellectum & voluntatem, ita quidem, ut se communicando vni Personalitati, non communicet illi ceteras Personalitates secum identificatas ergo ratione libertatis habebit virtutem identificandi sibi relationes & terminaciones non simpliciter necessarias, sed tantum ex suppositione, pertinentes etiam ad intellectum & voluntatem, ita quidem, ut quatenus se communicat vni ex oppositis, hoc ipso excludat oppositum, propter incompossibilitatem earundem, quæ est de conceptu libera electionis.

§. VII. Solvuntur Objectiones.

353. Objecies 1. Hæc sententia non videtur re ipsa differre à Sententia Cajetani. p. 1. Sententiam Cajetani esse rei ciendam in eo sensu, quo communiter accipitur, nempe quasi asservatus liberos dicere aliquam Entitatem & perfectionem Deo superadditam, & quidem perfectionem diminutam, quæ proinde videtur includere imperfectionem. An autem in rei veritate fuerit hæc sententia Cajetani, non est perinde certum. P. Esparza contrarium adeo supponit, ut non vereatur Cajetanum pro hac sua sententia citare statim post S. Thomam quæst. 21. a. 21. P. Antonius Perez n. 93. ait, fortassis Cajetanum re ipsa non errasse, sed nomine perfectionis esse abusum. p. 2. cum P. Esparza q. 22. ad 2. a. 4. & q. 40. ad 4. s. formalitates per quas nos complemus actus liberos DEI, non esse in existendo contingentes, hoc sensu, quasi earum existentia ester continens ; existunt enim per existentiam Dei necessariam, & sibi communicatam, non minus quam essentia

essentia divina illis communicatur. quare si Deus noluisse mundum, nolitio mundi existet per eandem existentiam per quam modo existit volitio mundi: sunt ergo solum contingentes quoad denominationem, connotationem, habitudinem & respectum determinatum ad creaturas, & sub eo praecise conceptu, sub quo sunt incompositibiles cum opposita formalitate, & prout habent existentiā virtualiter distinctam ab existentia Dei* absoluta, quatenus nemp̄ omnis conceptus objectivus est formaliter conceptus existentiā, ut suppono ex meliore philosophia. Vtrum autem, & quo sensu defendi possit, hujusmodi terminaciones, sicut & Relationes, esse Perfectiones, comodius in Tractatu de Trinitate discutetur, & ledit omnibus qua de hoc punto disputat admodum prolixè P. Aldrete, novam, suamque propriam, vta it, cogitationem multis commendans, mihi videatur res ad quæstionem de nomine *Perfectionis* reduci.

354. Objicies 2. Ex nostra sententia sequitur, aliquid quod defacto est Deus, potuisse solum in aliqua ratione & conceptu objective non existere existente Deo, & econtra aliquid secundum aliquam rationem non existens, adeoque quia tale non identificatum cum Deo, potuisse existere & esse Deum; hoc autem videtur esse imperceptibile, neque hoc invenitur in Mysterio Trinitatis. Sequitur pater. Volitio enim in ratione terminacionis potuisse non esse, & nolitio potuisse esse. Et hoc non reperiatur in Mysterio Trinitatis, hinc tamen non fit magis incredibile & imperceptibile: nam summa excogitabilis imperceptibilitas non potest fundari in alio, quam in hoc, quod idem de eodem possit negari & affirmari secundum formalitates virtualiter distinctas, & hoc non suscipit magis & minus: ergo unum non est altero magis intellectui imperceptibile, potest habita imaginatione: sed sicut beneficio virtualis distinctionis potest voluntas rationem vni subiecere, ita & alteri. Nec est prudens confilii (monet prudenter Esparza q. 21. a. 2. ad 1.) intellectus instruimus fide circa unum Mysterium divinitatis, non permittatur, immo non cogatur sequi dictum eudem fidei in expositione alterius mysterij admodum simili priori, vni est simile mysterium divinitatis ad extra Mysterio divinitatis ad invr. que verba reguli, ut appareret, etiam nunc Romæ doceri, quæ prioribus annis in Germania docta fuerunt. Respondere potest 2. eandem difficultatem proportionaliter reperiri in Mysterio Trinitatis, hoc sensu, quod sicut natura divina licet realiter identificata cum triplici relatione, prout tamē est in una persona, est sine altera, nemine cogitante (quia in Patre non est Filiatio) ita in eis nostro dici possit, quod natura divina non possit quidem simul & semel esse identificata actibus liberis oppositis volitioni & nolitioni mundi, sit tamen necessarium, alterutri identificati, & per consequens prout identificata vni sit si ne altera.

355. Contra hoc vrget Arriaga n. 73. In Trinitate solummodo sub reduplicatione est verum dicere: *Natura divina ut in Patre, est separata à Filiatione*; non tamen absoluē sine illa reduplicatione: at verò in nostro casu non tantum sub reduplicatione, sed fine illa est verum dicere: *Natura divina defacto est separata à nolitione mundi*: ergo est disparitas. Et in re ipsa, & antecedenter ad omnem conceptum, nullam esse disparitatem aliam, quam quod natura divina defacto non identificetur nisi volitioni, identificetur verò tribus Personalitatibus, & ad hoc discrimen exprimendum solemus adhibere reduplicationem: ceterum eriam in nostro casu semper subintelligitur reduplicatio. Natura enim divina non est per seipsum, sed formaliter per volitionem separata à nolitione. Quare, vt bene advertit P. Aldrete, Nolitio mundi non deficit ab existentia per recessum à Deo, sed per accessum ad Deum; hoc est, deficit ab existentia per ipsam volitionem, quæ est accessus ad Deum. De reliquo nobis satis est, quod quia natura divina à parte rei in aliquo sensu reduplicativo est separata ab eo quod cum illa identificatur, ideo non sit evidenter absurdum dicere, quod natura divina defacto sit separata ab aliquo cum quo posset identificari. Immo forte quis hoc faciliter caperet quam illud: sicut enim faciliter capimus (ut pote quotidianum) aliquid esse separatum ab eo cum quo posset vniuersi, quam capiamus, aliquid esse separatum ab eo in sensu reduplicativo, cum quo est actu vniuersum, ita forte faciliter quis caperet, naturam divinam esse defacto separatam ab aliquo, cum quo posset esse idem, quam capiat, esse defacto separatam ab eo, cum quo defacto est idem, est enim Identitas instar alicuius vniuersi. Ratio discriminis inde provenit, quod Relationes divinae non repugnant in existentia, sed potius petant essentialiter coexistere, & ideo simul & semel illis est natura identificata; at verò volitio & nolitio libera pugnant inter se quoad existentiam, quia repugnat, Deum simul velle & nolle mundum. Interim quod in Trinitate verificatur & explicatur per reduplicationem, hoc in actibus liberis verificatur & explicatur per hypothesin, quæ in ordine ad effectum formaliter separationis ab actu identificabili, equivalet illi reduplicationi.

356. Objicit Arriaga 3. Omne quod existit, & potuisse non existere, producitur: sed volitio mundi defacto existens, in nostra sententia non produceretur, ut pote identificata natura (non potest enim producens & productum identificari) ergo vel non potuit non existere, vel non potest identificari cum natura. Et Sicut Arriaga concedit, volitionem essentiali Dei, ut virtualiter (in ipsis sententiis) distinctam ab intellectione essentiali, produci virtualiter ab eadem, ita posset in nostro casu concedere productionem virtualem.

357. Ceterum in duobus deficit Volitio mundi à creature. Primum est, quod nulla crea-

tura habeat necessitatem existendi, ne quidem sub disjunctione, vel in se vel in aequivalenti: volitio vero mundi habeat hujusmodi necessitatem, ut vel existat in se, vel in aequivalenti, hoc est in nolitione, quae est aquae sufficiens ad verificandum liberum exercitium divina voluntatis. Secundum est, quod omnis creatura, postquam est producta, potest destrui, & desinere esse, & sic est propriè defectibilis: at vero volitio mundi postquam existit, habet necessitatem Metaphysicam semper existendi, propter immutabilitatem divina voluntatis.

358. Objicies 4. cum Pallav. Deus est ens carens omni defectu: atqui posse non esse Deum, est maximus defectus: ergo volitio libera mundi (quae poterat non esse Deus) non potest identificari cum Deo: potuit enim esse imperfectior quam musca, hoc est, potuit esse nihil. *q.* Distinguendo minorem. Posse non esse Deum, est defectus, si possit esse, & non esse Deus, concedo, secus, nego minorem & consequentiam. Quod additur de musca, nihil habet difficultatis: nam quando dicitur, quod volitio mundi potuerit esse nihil, aliud non significatur, quam quod potuerit existere negatio volitionis, quae esset formalissimum ipsa nolito mundi, existens & identificata cum Deo, que proinde esset infinites melior quam musca: ergo volitio mundi tam secundum suum esse, quam secundum suum non esse est infinites perfectior musca: quia volitio & nolito mundi sunt realiter ejusdem perfectionis, vt potest habentes eandem essentiam divinam, ad cuius infinitam perfectionem pertinet esse necessarium simpliciter quoad conceptum suum absolutum, & simul esse liberam cum sola necessitate ex suppositione quoad conceptum respectivum connexum cum creaturis.

359. Objicies 5. ex eodem Authore. Illud, quod à Deo ipso potest contemni & respui, non potest esse Deus, sed est dignum odio abominationis: sed terminations liberae virtualiter distinxerunt ab essentia divina, possent à Deo contemni, saltem qualibet dereminatae spectata. Ergo &c. *q.* Distinguendo majorem: quod potest à Deo respui secundum se, *vt quod*, & ratione sui, & secundum esse, quod haberet si existeret, concedo majorem, quod non ratione sui, sed potius cuius oppositum est id, quo aliquid aliud respuitur, nego majorem, & eodem modo distinxerunt minore negatur consequentia. Explico. Nolito mundi si existeret, esset id quo contemneretur mundus ratione sui, non autem quo contemneretur volitio mundi: sic etiam volitio mundi est id quo amatur mundus, non autem quo contemnitur nolito mundi, in quam nullo modo tendit.

360. Objicies 6. ex eodem. Virtualitas volitionis haberet esse ex beneficio & liberâ voluntate Dei: ergo esset creatura. Per hoc enim Patres damnabant opinionem Arii, quod Filius procederet à Patre per voluntatem liberam, quia sic non esset ens necessarium, sed creatura. *q.*

Negando sequelam, quia ut dictum est, illæ formalitates tantum se habent *vt quo*: liberalitas autem exercetur erga mundum. Deinde non accipiunt à Deo esse distinctum ab ipso esse Dei. Quoad hæresin Arianam responderet P. Salas 1. 2. tr. 3. disp. 1. s. 8. §. ad 2. Confirm. hæreticos sensisse, Filium & Spiritum S. procedere liberè à Deo in tempore, & cum distinctione essentiali, & ideo potuisse has personas verè esse creatas, & admittentes posse destrui post sui productionem.

361. Objicies 7. Illa non distinguuntur inter se virtualiter intrinsecè, quae non distinguuntur realiter in uno tertio; sed Essentia divina secundum se, & volitio libera mundi non distinguuntur realiter in tertio. Nullum enim tertium potest assignari, à quo alterutra illarum realiter distinguatur, cùm vtraque sit omnibus tribus Personis communis: ergo &c. *q.* Negando minorem. Nam volitio mundi realiter distinguuntur à nolitione mundi tanquam concepsus objectivus existens à non existente sibi opposito & secum incompossibili, quae est major oppositio quam oppositio relativa *Producens* & *Producens*.

362. Dices. Si separatio quoad existentiam sufficit ad distinctionem realem, sequitur, quod etiam Essentia divina realiter distinguatur à nolitione mundi, quia nolito mundi non existit, Essentia divina existit: atqui quae semel realiter distinguuntur, nunquam possunt, aut potuerint esse idem: ergo si existet nolito mundi, non identificaretur essentia divina: *q.* Distinguendo majorem. Essentia divina distinguuntur realiter à nolitione mundi, si essentia divina consideratur præcisæ à volitione mundi, nego majorem, sic enim considerata præscindit ab identitate nolitionis aquæ ac volitionis: Si consideretur ut habens volitionem, concedo majorem, & hoc aliud non est, quam distinguuntur realiter in tertio.

363. Objicies 8. Si volitio mundi esset virtualiter distincta ab essentia divina, tunc ut virtualiter distincta exigeret identificari cum essentia divina: sed hoc dici non potest, ergo. Probatur minor. Exigentia identitatis cum Deo est perfectio infinita, & simpliciter simplex: sed volitio ut virtualiter distincta ab essentia divina, non potest esse perfectio simpliciter simplex, nulla enim perfectio simpliciter simplex potest ab altera virtualiter intrinsecè distinguiri, quia non possunt distinguiri realiter in tertio: ergo volitio mundi ut virtualiter distincta non exigit identificari cum Essentia divina.

364. Hoc argumentum, sicut & alia quædam, quæ ideo hinc prætermitto, non pugnat specialiter contra volitiones liberas, sed etiam contra Personalitates, ut patet. Breviter interea responderi potest cum P. Esparza q. 22. ad 2. a. 2. distinguendo sequelam: exigit identificari exigentia ipsius Dei, seu ratione ipsius Deitatis, concedo sequelam, exigentia contradistincta ab ipsius Deitate, nego sequelam. Ratio est, quia Essentia di-

tia divina prout virtualiter distincta, præcedit ipsam terminationem, & exigit indeterminate identitatem sui cum alterutram terminatione, voluntione vel nolitione, quæ exigentia est quasi activa ex parte Divinitatis, ex parte vero terminationis est quasi passiva.

Et haec sunt, quæ mihi pro hac & contra hanc sententiam occurserunt: in qua quidem sententia minus periculi mihi esse videtur errandi in re ipsa, plus vero periculi errandi in modo loquendi, quam sit in sententia Aureoli.

CONTROVERSSIA II.

An inter decreta libera defacto existentia, intercedat aliqua distinctio virtualis intrinseca, vel sola distinctio rationis ratiocinatae.

365. Prima, & antehac communis sententia, ponit distinctionem virtualem intrinsicam inter decretem indifferens concurrendi ad alios oppositos, & inter decretem decernens determinate & prædefinitivè seu prædestinativè gloriam: item inter hoc ipsum decretem prædestinans, & inter decretem executionis, quo dicunt Deum decernere Gloriam ut premium meritorum ex prævis meritis, ut absolutè exstirris, quod proinde decretem sit quasi effectus meritorum ut futurorum, cum econtra decretem prædestinans sit causa corundem meritorum; sicque putant de his decretis verificari contradictoria.

Hac sententia seminarium fuit infinitorum & inextricabilium argumentorum, quæ cauila fuit, ut in expeditiore via investiganda recentiorum industriarum desudaret, felici, ut mihi persuasum est, eventu. Vnde

366. Secunda sententia est, nullam dari distinctionem virtualem intrinsecam inter decreta libera Dei. Primus hanc sententiam, quod sciam, tradidit P. Martinus Esparsa de Incarn. q. 15. c. 1. p. q. 27. citans pro eadem Capreolum, Okamam, Gabr: probant eam rationibus à priori, quæ ingeniosæ sunt, sed ab adverfarijs, meo quidem iudicio eludi diversimè possent: neque plus evincunt, quam quod Deus decreto prædefinitivo omnia attingat, quod ex adverfarijs aliqui non negant: sed non evincunt, quod non posse subsequi decretem executionis, prout Card. de Lugo & alij affirmant. Ego itaque in probanda hac sententia utrū argumentis particularibus, pro quorum faciliore intelligentia,

367. Recolendum est. 1. Ex dictis (frustra contrahente P. Aldrete) distinctionem virtualem intrinsecam non posse intercedere nisi inter attributa quæ aliquo modo distinguuntur realiter in tertio, ut superius declaratum est.

368. Observandum est. 2. Impossibile esse, ut duo decreta, ex suo modo tendendi pror-

sus ab invicem inseparabilia, sint realiter distincta in uno tertio. Demonstratur. Nam illa duo decreta debent cum omnibus identificari quæ sunt in Deo, sunt enim omnia decreta omnibus personis communia, & in Deo non datur quaternitas: ergo cum quocunque est identificabile vnum, est etiam identificabile alterum, propter inseparabilitatem ab invicem; & a quacunque distinguitur realiter vnum, distinguitur & alterum: ergo neque in aliquo tertio intra Devm, neque in aliquo tertio extra Devm possunt realiter distingui. Fundamentals ergo probatio Conclusionis in eo consistet, quod nullum liberum decretum defacto existens, sit vel fuerit separabile ab altero.

369. Observandum. 3. Ad omne decretum Dei liberum præcedere non solum scientiam simplicis intelligentiae, sed etiam Scientiam Medianam, tanquam directivam & consultativam. Ratio est: quia manifesta est imperfectio & inconsiderantia, decernere aliquid, & non adhibere in consultationem omnem illam scientiam, quæ habent penitus independenter à decreto secuturo, adeoque adhiberi utiliter potest: hoc enim esset se exponere periculo alicuius eventus secuturi præter exspectationem: atqui Scientia Media est independentis à decreto secuturo, ut apud omnes in confesso est; ergo debet adhiberi à Deo tanquam directiva decreti subsecuturi.

370. Observandum 4. In Deo non distingui virtualiter illos actus, quorum objecta ita se habent ad invicem, ut per similem modum volunti homo vel Angelus illa obiecta possit uno indivisibili actu velle, v. g. finem & medium determinatum. Hinc in materia de Prædestinatione jam pluribus ab hinc annis docui, contra Suarez & sequaces, decretum Intentionis, quo Deus intendit aliquem finem, obtinendum per plura media subordinata sibiique succedentia, non distingui virtualiter intrinsecè à decreto executionis, ita tamen respectu primi medij, hoc est remotissimi à fine. Ratio est, quia in Deo non debet admitti distinctio virtualis, nisi verificantur propositiones, quæ in rebus creatis supponunt distinctionem realem subjectorum: ergo si potest voluntio creata eadem & indivisibilis tendere simul in finem & medium determinatum, utique in Deo non debent ponи tendentiae virtualiter distinctæ.

371. Observandum. 5. Omnipotentiam Dei non exire in actum, nisi applicetur per decretem Dei, posito tamen decreto jam esse sufficientissime expeditam ad producendum effectum.

372. Observandum. 6. Non omnia illa prædicata distingui virtualiter in Deo, quæ in rebus creatis semper & necessariè distinguuntur realiter, cuius contrarium non recte supponit P. Aldrete: hinc etsi in rebus creatis fortasse ex speciali ratione semper realiter distinguuntur cognitione & voluntio, in Deo tamen cognitione & voluntio essentialis

tialis ne quidem virtualiter distinguntur. Parimodo Scientia Visionis & decretum praedefiniens ne quidem virtualiter distinguntur; quia fundatum ex quo distinctione virtualis colligi debet, non procedit in istis. Hoc ipsum videtur dicere voluisse S. Augustinus duplaci in loco. impri-
mis libro 1. de Prædestinatione. Sanctorum cap.
10. *Prædestinatione, inquit, Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus.* deinceps libro. 2. qui est de bono perferantia c. 18. vbi docet, quod Apostolus ad Ephefios. 1. per Præscientiam intellexerit Prædestinationem seu Electionem gratia. *Præscivit enim, inquit, reliquias, quas secundum electionem gratiae erat ipse facturus, hoc est ergo;* *Prædestinavit;* sine dabo enim præscivit, si prædestinavit; sed prædestinasse est hoc præscivisse, quod erat ipse facturus.

373. Observandum. 7. Non posse in Deo dari Actum Imperantem & Imperatum virtualiter distinctos. Ratio est, quia essent ab invicem omnimode inseparabiles; & ideo non possent distingui in Tertio: & quidem quod actus imperans esset inseparabilis ab actu imperato, est evidens, alioquin posset frustrari, & esset inefficax. Econtra etiam actus imperans esset inseparabilis ab actu imperante. procederet enim efficiatius ab illa visione, quæ est virtualiter indistincta ab actu imperante: atqui non potest separari voluntio ab illa cognitione, à qua procedit. Ergo &c.

374. Observandum. 8. Ad divinam Pro-
videntiam, utpote infinitè perfectam, spectare, vt
vno indivisibili & virtualiter indistincto actu,
attinger & ordinet omnia, quæ per totam eternitatem
fuerunt & futura sunt: & hujusmodi decre-
tum Intentionis nemo prudens negare potest: fa-
tenturque adversari libenter, decreto Prædefinitionis
directè intendi aliquem finem ultimum, &
totam feriem omnium mediorum ad illum finem
conducitorum; quamvis existimant, postmodum
in ordine executionis intervenire debere de-
creta quædam particularia rerum particularium, &
quæ possint existere, etiam si non præcessisset tale
decretum Intentionis.

375. De hujusmodi decreto Intentionis lo-
quitur sacer textus Ecclesiæ c. 21. *Omnia in mensu-
ra, & numero, & pondere dispositi.* Inde enim
fit, inquit P. Esparza, *Deum nihil constituisse,*
nullaque de re quidquam determinans nisi men-
surando, numerando, & ponderando omnia. Qui autem numerat aliquam collectionem, tum
demum totam exhaustit; quando omnia & singula
eius individua vnicō & indivisibili actuatingit:
quod idem procedit cum proportione de ponde-
re & mensura. Idem assertur Sap. 8. attингit à
fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.
Idipsum conceptissimis verbis tradit S. Dionylius
c. 7. de Cœlesti Hierarchia prope finem. *Omnium,*
inquit, *est artifex, & semper omnia componit, estque*
causa indissolubilis coherentie & ordinis omnium,

finesque priorum cum sequentium principijs semper con-
nectit, & unam universi confederationem concentumque
pulcherrimè efficit. & c. 9. *Aperte, inquit, planeque*
*docemus, unam esse ad omnia pertinentem Providen-
tiæ.*

376. Ratione demum probatur. Voluntas debet tendere in objectum, eo modo, quo il-
li ab intellectu pro priori signo proponitur ut vo-
lubile; atque tora connexio rerum omnium pro-
ponitur ab intellectu divino pro signo priorem per
Scientiam simplicis intelligentie, tum per
Scientiam Medianam ut eligibilis, vel resipibilis:
ergo &c. His observatis nunc ordine examinabili-
mus varia genera Decretorum, in quibus est spe-
cialis difficultas.

S. I.

*An posse in Deo admitti Decretum Finis, in-
determinatum respectu Mediorum.*

377. Suarez docuit, Deum decreuisse Decreto in-
tentionis Gloriam Beatis, non solum antecedenter ad omne meritum visum ut absolute
existit, sed etiam cum præcisione, seu præscin-
do, an velit dare gloriam propter merita, an
sine meritis, an propter haec vel illis merita, cum
his vel illis auxiliis obtinenda; & deinde Deum in posteriore signo decernere seu prædefinire hac
determinata merita, per haec determinata auxilia,
qua per Scientiam Medianam vider futura congrua.
Quæ duo decreta si darentur, essent virtualiter in-
trinsecè distincta: nam primum esset separabile à
secundo, & conjungibile cum alio Decreto, de-
cernente gloriam sine meritis, vel per alia merita
& auxilia.

378. DICO 1. Implicat hujusmodi De-
cretum indeterminatum in Deo. Probatur. Tunc solum potest quis prudenter elicere intentionem
efficiacem finis, præscindendo adhuc à mediis de-
terminatis, quando necrum habet præsentem o-
mnem scientiam requisitam aut idoneam ad eli-
gendum hoc medium præ illo: atqui Deus habet
antecedenter ad omne Decretum præsontem o-
mnem Scientiam idoneè directivam ad eligenda
determinata media: Ergo &c. Minor patet.
Major probatur. Qui enim adhuc suspendit de-
terminationem mediorum, ideo suspendit, quia
vult adhuc melius considerare diversitatem me-
diorum, & quænam præ alijs expediat: ergo
ideo in intentione finis præscindit à mediis, qua
necrum adhibuit omnem considerationem & Scien-
tiam, ad eligendum hoc medium præ alio i-
doneam.

Ad argumentum quo solet hujusmodi de-
cretum probari, respondebimus in Tractatu de
Prædestinatione, Cap. 5. Contr. 2. §. 6.

§. 2. An

§. II.

An decretum concurrendi cum causa secunda necessaria ad effectum, virtualiter intrinsecè distinguitur à decreto, quo ipsa causa est producta.

379. *Afirmativa est communis persuasio: nihil enim in scholis receptius, quām quod Deus viā causā moveatur ab ipsius exigentia ad concordem cum causa ad effectum, & quidem decreto libero, ita ut non obstante priore decreto, quo Deus decretiv producere causam, posset Deus in posteriori signo nolle concurrere cum causa, nec ejus exigentiam attendere.*

380. *Hac sententia multiplicat decretorum virtualē distinctionem in infinitum. Tot enim deberent actu esse decreta virtualiter ab invicem distincta, quorū sunt successivē futuri effectus per totam extensitatem: sed sunt futuri finiti in infinitum: ergo jam ab aeterno darentur infinita decreta virtualiter ab invicem distincta; quod quidem ego non minus reputo impossibile, quām infinitum categoriacum, constans numero reali. Sed hoc dissimulato,*

381. DICO. 2. Implicat hujusmodi decretorum virtualis distinctio. Probatur. Decreta, quæ non sunt ab invicem separabilia, non possunt ab invicem virtualiter distingui: sed decretum producendi causam physicam necessariam quod defacto datur, est inseparabile à decreto concurrendi cum eadem ad effectum (si ponamus Deum defacto concurregere) Ergo. Major est jam probata superius, observatione, 2. vbi ostendimus, non posse realiter distingui in tertio, quod nullo modo sunt separabilia, quæ tamen distinctio in tertio ad virtualē distinctionem requiritur eo modo, quo suprà declaratum est.

Minor verò probatur ex dictis. In signo piote, priusquam Deus decernat producere causam, v.g. ignem A. habet jam omnem scientiam requirantem & idoneam ad consultandum de producendo vel non producendo effectu: ergo non potest decernere productionem causæ, suspendingo adhuc arbitrium, & praescindendo, an velit concurrere ad effectum: ergo jam per ipsum decretum causam ad minimum intendit effectum: ergo decretum producendi causam, est essentialemente connexum cum decreto producendi effectum; & sic constat minor quoad primum membrum, &c.

382. Confirmatur ad hominem. Nam si decretum concurrendi ad effectum, est decretum à priori distinctum, & formaliter liberum, tunc in sententia adversariorum debuit hoc decretum per Scientiam medianam prævideri furorum sub conditione: si causa decernatur: ergo Scientia media de hoc conditionate futuro decreto dirigit decretum producendi causam: ergo decretum producendi causam habet essentialemente connexionem cum Scientia media de futuro effectu: ergo etiam cum consecutione effectus.

383. Jam verò alterum membrum probatur, nempe decretum concurrendi cum causa, esse connexum cum decreto producendi causam. Decretum concurrendi cum causa procederet (vt putant adversarij) ex cognitione causæ existentis: sed hæc cognitione causæ existentis est virtualiter intrinsecè indistincta ab ipso decreto producendi causam, vt supradictum est: ergo decretum concurrendi cum causa, est essentialemente connexum cum decreto producendi causam.

384. Hinc ulterius infertur, hoc secundum decretum, si daretur eo modo quo volunt adversarij, non fore formaliter liberum. Si enim esset formaliter liberum, posset Deus, nolendo concurrere cum causa, impeditre decretum prædefinitum seu intentivum effectus, vt satentur adversarij: sed hoc est impossibile, quia decretum concurrendi cum causa pendet immediatè ab illo ipso decreto prædefinitivo, vt pote virtualiter indistincto à visione causæ vt existentis & exigentis concursum: impossibile autem est, per exercitium liberum impeditri cognitionem à qua diriguntur, & essentialemente penderet, vt per se notum est.

385. Declaratur magis. Cognitione directiva actus liberi, debet esse conjungibilis cum actibus oppositis, hoc est, cum volitione & nolitione: sed in nostro casu cognitione directiva decreti concurrendi cum causa, non esset conjungibilis cum nolitione concurrendi: ergo. Major est certa. Minor probatur. Cognitione illa esset virtualiter indistincta à decreto intendeente ipsum effectum: sed hoc decretum est inconjugibile cum nolitione concurrendi, alioquin posset frustrari: ergo nec cognitione immediatè directiva decreti concurrendi cum causa, esset conjungibilis cum nolitione concurrendi: Ergo dicendum, hæc duo decreta, ob mutuam inseparabilitatem, esse virtualiter indistincta ab invicem, quod erat probandum.

386. Probatur Conclusio, 2. Suprà, cum ageremus de Scientia Media, §. vltimo, probavimus, non dari in Deo Scientiam Medianam suorum decretorum vt sub conditione futorum, *ed* quid esset, & non esset impedibilis, esset, & non esset directiva &c. atqui si decretum concurrendi cum causa esset virtualiter distinctum à decreto producendi causam, & simul esset formaliter liberum, necessarium esset, vt per Scientiam Medianam prævideretur, quia ejus prævisio esset requirita ad dirigendum decretum producendi causam, ne alioquin Deus accideret aliqua non prævisa coniunctio. Ergo &c.

387. Constat ergo, Omnipotentiam Dei, quæ est virtualiter indistincta à voluntate Dei, applicari sufficientissime per unum indivisibile decretum ad producendam causam & effectum cum sua physica dependentia à causa.

388. Ceterum, quia noster operandi modus aliter se habet, propter realem distinctionem cognitionis à volitione, & propter viriusque variationem,

riationem, alijs & alijs objectis intercurrentibus, & propter nostrarum potentiarum limitationem, hinc sit, quod aliter etiam concipiamus & ordinemus operationes divinas, quam revera se habeant, & huic etiam modo concipiendi accommodamus modum loquendi, prout etiam ipsa S. Scriptura facit, dum DEVM introducit loquentem, quasi aliquid de novo sciret: *Nunc scio, quod timeas DĒVM: Videbo an verus sit clamor, &c. sed de hoc infra.*

389. Itaque Ordo ille decretorum non est intrinsecus Deo, sed mere extrinsecus. Nec tamen contemnendus est loquendi modus accommodatus huic ordini, quia servit ad expeditorem apprehensionem divinorum decretorum, sicut serviunt picturae rerum spiritualium, licet aliter, ares se habent, representent, sufficienit quod se ita habeant modo eminentiore, ut etiam notavit P. Esparza.

S. III.

An concursus DEI indifferens in actu primo, determinandus à causa libera, virtualiter intrinsecè distinguitur à decreto ponendi ipsam causam in actu primo proximo expeditam, & an illud decretum sit liberum.

390. DICO. 3. Concursus DEI indifferens in actu primo (quid ille sit videbimus) determinandus à causa secunda libera, debet virtualiter intrinsecè distingui à decreto, quo decernitur liberè ipsa existentia causæ libera. Probatur ex dictis. Decretum decernens existentiam causæ creatæ libera, non est indifferens, sed determinatè connexum cum tali determinata operatione causæ libera, v. g. cum consensu: quia decretum hoc est ipsissimum decretum prædefiniens consensum, & procedit ex Scientia Media de consensu, decreti directiva: Econtra concursus indifferens & determinabilis à causa creatæ, non est cum consensu determinatè connexus, sed conjungibilis cum disensu: ergo concursus indifferens est separabilis à decreto prædefinito consensum, & conjungibilis cum decreto permisivo disensu: ergo distinguuntur virtualiter intrinsecè. Magna difficultas est, quam ab alijs non invenio latius animadversam, an iste concursus in actu primo indifferens, seu indifferenter oblatus, sit aliquod decretum liberum, & in quo signo collocandus.

391. Communissima haec tenus persuasio fuit, esse decretum formaliter liberum, & ponendum esse in signo posteriore, post visam existentiam causæ libera, proximè expeditæ ad operandum.

392. DICO tamen. 4. Repugnat hujusmodi decretum liberum in tali signo ponendum. Probatur. Si daretur hujusmodi decretum, procederet, & dirigeretur à cognitione divina causæ creatæ ut existentis, & exigentis concursum indif-

ferentem. atqui hac ratione jam non esset decretum indifferens, sed determinatè connexum cum illo ipso actu, cum quo esset connexum ipsum decretum prædefiniens actu, & decernens existentiam causæ: ergo repugnat; quia esset & non esset indifferens. Majorem admittunt adversarij. Minor probatur ex dictis. Visio causæ creatæ ut existentis, est virtualiter ipsum decretum ponendi causam, essentialiter procedens ex Scientia Media de actu hominis futuro, & prædefiniens eundem actu, ut jam sèpsum dictum est: atqui omne decretum haber essentialiter connexionem cum cognitione sui directiva: ergo decretum offerens concursum in posteriore signo, esset determinatè connexum cum decreto prædefinito: ergo etiam cum actu prædefinito: ergo non esset indifferens & conjungibile cum actu opposito.

393. Hinc ulterius deducitur. 1. quod hujusmodi decretum esset & non esset separabile à decreto prædefinito actu. 2. esset, & non esset liberum. Esset quidem liberum ex suppositione: non esset autem liberum, quia procederet ex cognitione essentialiter connexa cum determinato actu ut futuro: ergo est necessitas antecedens ut ponatur hoc decretum, sine quo actus non potest esse futurus. Probo consequentiam. Si enim stante illâ cognitione, posset non ponere hoc decretum, posset frustrari decretum prædefiniens, quod est impossibile.

394. DICES. Ponatur ergo hoc decretum in anteriore signo, ante decretum prædefiniens, seu ante decretum existentia causæ; non quidem absolutum (repugnat enim, velle concurrere absolute cum causa, & tamen adhuc esse liberum pro signo posteriore, ad determinandum vel non decernandam existentiam causæ) sed conditionatum, quasi dicat: *Volo concurrere indifferenter, si decrevero existentiam causæ.* Respondeo, hoc etiam repugnare. quia hujusmodi decretum liberum deberet dirigiri à Scientia Media de consensu futuro sub conditione, si existat causa: ergo imprimis sequitur adhuc, quod non esset indifferens ut conjungatur cum disensu: deinde esset insuper nugatorium: diceret enim: quia video quod si existet causa, existet etiam consensus, decerno concurrere indifferenter, etiam ad disensem, si existet causa.

395. Ex his apparet, non posse ponere decretum indifferens in signo posteriore, post Scientiam Medium. Vtrum autem defendi possit, & ex quo fundamento, hujusmodi decretum disjunctivum & conditionatum ante Scientiam Medium, paulò post apertam considerationem meam, quam quidem fine Authore concepi, vidi tamen postmodum alijs placuisse. Nunc

396. DICO 5. Supposito quod Scientiam Medium nullum decretum disjunctivum & conditionatum præcedat, concursus indifferens probabiliter aliud non est, quam ipsa Omnipotencia Dei, seu voluntas Dei necessaria, præcedens virtualiter

virtualiter omne Decretum liberum, & omnem Scientiam Medium; estque voluntas aequivalenter conditionata & necessaria, ut si existat causâ creatâ libera, instruâ cognitione indifferente ad operandum & non operandum, sequatur necessariâ alterius actus ex oppositis. Conclusio deducitur ex precedentibus, & declarabitur in objectionum solutione. Dixi: Probabiliter. Nam infra numero 406. & seq. ostendam, quâ ratione possit explicari oblatio concursus indifferentis per ipsum decretum Prædefiniens.

397. Objicies ergo 1. Non repugnat Deum suspendere omnem concursum, etiam posita causâ liberâ cum cognitione indifferente: ergo concursus indifferens est liber. *¶*. Negando amecendis. Repugnans autem ostensa est hoc ipso quod probatum est, concursum indifferens non posse esse decretum liberum subsequens Scientiam Medium.

398. Objicies 2. & difficilior. Etiam si posita cognitione indifferente, non possit non sequi aliquis actus liber, adhuc tamen causâ secunda est determinanda à Deo ad individuum actus Amoris vel Odij, ut habet communior hodie philosophia: atqui hac determinatio fit per Decretum liberum Dei: ergo contra hoc decretum militabunt omnia argumenta à nobis allata: ergo erunt nobis quoque solvenda.

399. Ad hanc objectionem, quæ me diu suspensus habuit, dupliciter responderi potest. Primo, potest negari suppositum, scilicet, dari aliquam liberam determinationem & electionem unius actus liberi creati præ alio illi simillimo, pro eodem instanti: ac proinde dici potest, quod natura cuiusvis agentis liberi, sit ex le determinata ad certum actum individuum ex duobus oppositis, & pro hoc instanti, quo habet cognitionem indifferens circa objectum A, non sit possibilis nisi vel volitus A. vel Nolitus A.

400. Responderi potest 2. Admittendo possibilia plura individua amoris simillima, & pro eodem instanti ponibilia. Hoc inquam admiso, admittendum pariter est Decretum Liberum, offens in differenter concursum ad amorem A, vel Odium A. præ amore B. vel odio B. quod erit Decretum disjunctivum.

401. Quia verò à nobis ostensum est, hujusmodi decretum non posse esse in posteriore figura post Scientiam Medium, ideo dicendum est, hoc Decretum esse disjunctivum conditionatum, præcedens ipsam Scientiam Medium, & conjungibile tam cum Scientia Media de consensu, quamcum Scientia Media de dissensu. Hoc autem est vltierius declarandum.

402. DICO itaque 6. Potest in Deo admetti Decretum disjunctivum conditionatum, quo Deus antecedenter ad omnem Scientiam Medium liberè dicat: Si Petro decrevero talen actum proximum amandi vel odio habendi, tunc concurram tantum vel ad actum amoris A. vel ad actum odij A. Hoc decretum est con-

ditionatum, nihil absolute decernens, & conjungibile tam cum decreto producendi aliquid, quam cum decreto nihil producendi. Praterea hoc decretum determinat quidem Petrum ad individuum A. præ inviduo B. sed non determinat ad amorem A. præ odio A. hanc enim determinacionem relinquit libertati Petri.

403. Quod autem hoc Decretum sine ullo inconveniente dicatur præcedere omnem Scientiam Medium, sic declaratur.

404. Illud Decretum debet præcedere Scientiam Medium, quod est Fundamentum Scientiæ Mediae; sed decretum determinans ad individuum actus, salvâ libertate quoad speciem, est Fundamentum Scientiæ Mediae: ergo debet præcedere Scientiam Medium. Probatur minor. Illud decretum est Fundamentum Scientiæ Mediae, quo non præcedente non potest Scientia Media affirmare suum objectum. sed illo decreto non præcedente non potest Scientia Media affirmare suum objectum: ergo &c. Major est clara. Minor probatur. Quamdiu non intelligitur facta determinatio ad individuum actus, tam diu Scientia Media non potest affirmare suum objectum; sed non posito decreto determinante ad individuum actus, non est facta determinatio ad individuum actus: Ergo &c. Major probatur. Nondum facta determinatione ad individuum, non potest Scientia Media videre causam secundam sub conditione operantem, & se ad speciem determinantem: haec enim operatio debet esse non solum quoad speciem, sed etiam quoad individuum determinata: atqui Scientia Media videt causam secundam se quoad speciem determinantem, & in aliquo determinato individuo operantem: ergo non posito illo Decreto, non potest in Deo dari Scientia Media: ergo à primo ad ultimum, illud decretum est fundamentum Scientiæ Mediae, debetque illam præcedere.

405. Denique Decretum hoc habet aliquid de libero, & aliquid de necessario. Liberum est, quia Deus liberè eligit individuum A. utriusque speciei opposita, præ individuo quoconque ex infinitis possibilibus: Necessarium est hoc decretum, quia Deus est ex sua natura necessitatus, ad fundandam Scientiam Medium, sine qua non posset exercere suam providentiam in producendis vel non producendis creaturis; adeoque est necessitatus ad offerendum concursum indifferens, cum determinatione ad individuum. Sic ut in productione mundi fuit quidem liber ad producendum in hoc vel illo spatio imaginario, necessitatus tamen ad producendum in aliquo spatio, supposito quod veller produce.

406. Postquam haec in scholis tradideram, alius, & tertius modus occurrenti præsenti difficultati mihi incidit. Vism est inquam, absque decreto disjunctivo præcedente Scientiam Medium, per solum Decretum prædefiniens posse explicari determinationem ad individuum, & oblationem concursus indifferentis. Conatus

sum hoc declarare satisfaciendo utrunque duabus objectionibus, quæ obſtente videbantur: Prima erat, quia Decretum prædefiniens actum, v. g. conſenſum, non est indifferens ad diſſenſum: atque determinatio ad individuum debet esse Decretum indifferens, & conjuſibile etiam cum diſſenſu, alioquin non eſſet tantum determinatio ad individuum, ſed etiam ad ſpeciem. Secunda, quia non appetit, quomodo Scientia Media poſlit exire in actum, & videre conſenſum ſub conditione futurum, niſi præpouſitā determinatio ne ad individuum.

407. Ad utramque hanc objectionem videtur responderi poſſe, oblationem concurſus indifferens, non debere eſſe formale, ſed ſuffice-re radicalem ſeu virtualē, & hanc contineri in Decreto prædefiniens conſenſum. Ostendo. Scientia Media videri independenter ab omni decreto præcedente, quod si Petrus haberet actum prium proximum A. nullum poñeret diſſenſum, adeoque neque diſſenſum A. ſi hic ſolus illi poſſibilis eſſet, nec B. ſi hic ſolus eſſet poſſibilis, & ſic de ceteris. Et hoc videndo, viderit Deus hoc ipſo, quod Petrus poñeret vel conſenſum A. ſi hic ſolus illi poſſibilis eſſet, vel conſenſum B. ſi hic ſolus poſſibilis illi eſſet, & ſic de ceteris. Ratio eſt, quia eſt Metaphysicē neceſſarium & evidens, quod si Petrus conſentiret per conſenſum A. ſi hic ſolus poſſibilis eſſet, pariter conſentiret per conſenſum B. ſi illi non A. ſed B. poſſibilis eſſet, eò quod Petrus non eligat inter A. & B. hoc eſt inter duos conſenſus omnino ſimillimos: & hoc ſenſu fine uero inconveniens potest adiunxit, quod Deus videat conſenſum hominis ſub prædicto ſpecifico, ſeu diſjunctivē, qui videat de-terminatē ponendum conſenſum A. præ conſenſu B. quia nondum facta eſt illa determinatio ad A. potius quam ad B. & tamen conditionata poſitioni, ſi ille ſolus poſſibilis eſſet, arguit conditionatam positionem alterius, ſi alijs ſolus poſſibilis eſſet.

408. Hac ergo Scientiā Mediā poſitā, poſt Deus per Decretum prædefiniens conſenſum decernere actum prium proximum A. intendendo actum ſecundum ſeu conſenſum A, nolendo ſcilicet exiſtere uerum aliud actum præter A. in quo decreto continentur virtualiter ſub conditione Decretum oppofitum de non admittendo ullo diſſenſu, niſi diſſenſu B. ſi Deus per Scientiam Medium prævidiflet, quod Petrus ha-bens actum prium proximum A. eſſet diſſenſu modo paulo antea explicato. Ratio eſt, quia in Decreto præſente verificatur illa conditionalis determinatio, quæ à Deo poñeretur ad diſſenſum B. ſi Petrus præviſus fuiffet non poſitus conſenſum. Cū ergo in hominis poſtate ſit, ut exi-ſeat Scientia Media de diſſenſu, hoc ipſo eſt in illius poſtate, ut hīc & nunc habeat concurſum determinatum per decreto permifſivum, ſeu ne-gativē prædefiniens diſſenſum. Hanc conſide-rationem alijs examinandam relinquo, quam a-

liqui moderni in ſuis prälectionibus jam ample-xi funt.

§. IV.

An Caſſalitas cauſa Moraliſ arguat Decre-tum virtualiter intrinſecè diſtinſum à Decreto cauſante iſpſam cauſam Mora-lem.

409. Hoc eſt alterum fundamentum, quo plerique moventur, ad ponenda Decreta vi-tualiter diſtinſta. Videlur enim penitus in-ex-plicabilis caſſalitas meriti in prämium (eadem eft ratio de precibus aliquid impetrantibus) niſi in-tercedat Decretum, quo decernatur prämium ob merito, vel ob preces viſas. & hoc decretum ponunt aliqui formaliter liberum, aliqui ponunt neceſſarium, & ajunt eſſe actum imperatum à De-creto prædefiniens iſpum meritum.

410. DICO 7. Implicit hujusmodi Decretum neceſſarium, quod habeat rationem aucti-meriti pro posteriore ſigno. Conclusio jam eft ſuperius probata Observatione. 7. Et nunc declaratur in exemplo. v. g. Deus decernit Pe-truſ Gloriam propter ſua merita; in quo caſu ponunt adverſarij duo Decreta: Prium vocant *Decretum intentionis*, imme-diately procedens ex Scientia Media, quā Deus viderit: ſi Petrus haberet il-luminationem A. eliceret tale meritum: hac inquam Scientiā Mediā poſitā, ajunt, Deum elicere hoc decretum: *Ad obtinendam Petro gloriam decerno ejus exiſtentiam & illuminationem A. & quia ſum ri-farus meriti, volo tunc eo viſo decernere gloriam Decretu executionis.* Ita quidam, qui Decretum executionis defendunt tanquam actum neceſſarium & imperatum, qui nimínum non potest non ſequi, alioquin fruſtraretur actus imperans.

411. Hac tamen doctrina non potest ſu-biſſtere. Nam actus decernens imme-diately glo-riam, procederet ex viſione meriti: ſed viſio meriti eft virtualiter indiſtinſta à decreto prædi-niente, ſeu ab actu imperante, ut ſuprà probatum eft: ergo procederet imme-diately ex iplo actu im-perante: ergo actus decernens gloriam eſſet el-ementaliter conneXus cum actu imperante iſpum: atqui econtra actus imperans etiam eſſet elemen-taliter conneXus cum illo decreto, tanquam actu imperato: ergo eſſent actus mutuo conneXi & ab invicem inseparabiles: ſed actus ita conneXi non poſſunt virtualiter ab invicem diſtingui, quia non poſſunt diſtingui realiter in tertio: ergo de-cretum prämiens non poſteſt eſſe actus impera-tus neceſſarius, ut poñebant adverſarij.

412. Alij, ut dixi, ponunt Decretum glo-riæ viſo merito, eſſe formaliter liberum, quod ſic concipiunt & ordinant. Deus, inquit, non ſolū videt per Scientiam Medium, quod, ſi Petrus haberet auxilium A, eſſet poſitus meri-tum, ſed etiam viderit per Scientiam Medium: ſi Petrus poñeret tale meritum, ego liberè decer-nerem illi gloriam viſo illo merito. Hac dupli-cit Scientiā

Scientia Mediâ suppositâ , dicunt, Deum elicere decretum Prædestinationis quo dicat : *Ad obi-
nendum Petrum gloriam, decerno illi auxilium A.* Hoc decretum Prædestinationis erat impedibile non solum à Petro, sed etiam ab ipso Deo, si nempe etiam viro de merito noluisset dare gloriam. Verum hoc omnia corrunt ex dictis.

413. DICO itaque 8. Repugnat hoc Decretum liberum præsumum per Scientiam Medium, & sublequens ad decretum prædefiniens præmiū, aquae ad visionem meriti. Probatur 1. Nullum decretum Dei potest esse objectum Scientiæ Mediae, vt suprà probatum est ex eo, quod omne decretum posterius Scientiæ Mediæ, debeat dirigi à Scientia Media præcedente, à qua etiam dirigeretur decretum opositionis : nullum autem decretum potest impedire illam Scientiam à qua dirigitur : decretum autem opositionis illi, quod est objectum Scientiæ Mediae, posset illam impeditre ; qua omnia superius probata sunt : arquè decretum præmij ester objectum Scientiæ Mediae, vt isti Authores docent : ergo repugnat. Probatur 2. Hoc decretum procederet ex visione meriti, vt ponunt adversarij : sed visio meriti est virtualiter etiam ipsum decretum prædefiniens præmium : ergo Decre-
tum executionis ester essentialiter connexum cum decreto prædefiniens præmium : atqui cognitione ex qua procedit decretum, est inimpedibilis per opositionis decretum, quia etiam decretum oposi-
tum per eandem cognitionem dirigeretur : ergo decretum prædefiniens ester inimpedibile per decre-
tum opositionis decreto executivo præmij : cùm tamen adversarij velint esse inimpedibile per decre-
tum opositionis decreto executivo præmij, quia, vt retulimus, supponunt, quod Deus etiam viro merito, posset negare præmium, quia libere
præmit actum.

414. Probatur 3. Daretur inter decretum prædefiniens & decretum executivum mutua inseparabilitas & connexio : ergo non distinguntur inter se virtualiter : ergo non potest unum ponere vium meriti, & alterum post vium meriti. Antecedens probatur. Nam decretum prædefiniens præmium ester connexum cum decreto executivo, non minus quam cum ipso con-
fensi & merito Petri, utpote procedens ex Scientia Media virtusque, & hoc concedunt adversarij. Rursum decretum executivum præmij, ester etiam essentialiter connexum cum decreto præ-
definiens, utpote procedens ex visione meriti, virtualiter indistinctâ à decreto prædefiniente :

415. Conclusiones hucusque posita contra multiplicantes Decreta, & virtualiter distinguen-
tes decretum intentionis à decreto executionis, sunt ad mentem S. Thomæ q. 19. a. 5. vii disputat, an aliud ut volitum possit Deo esse ratio volen-
ti aliud, & in corpore sic concludit : *Sicut in Deo
intelligere causam non est causa intelligendi effectus,
sed ipse intelligit effectus in causa, ita velle finem non*

*est ei causa volendi ea quæ sunt ad finem, sed tamen
vult ea quæ sunt ad finem, ordinari ad finem. Vult
ergo, NB. hoc esse propter hoc; sed non propter hoc
vult hoc. Negat ergo S. D. subordinationem de-
cretorum divinorum, & viuis ad alterum præsup-
positionem, quæ tamen assertur ab adversariis.*

§. V.

Solvuntur Objectiones.

416. Objicitur 1. Ex ultima conclusione sequitur, meritum & preces non esse causam moralem præmij aut doni imperati : quia non intercedit inter meritum & præmium villa causâlitas. Non quidem causâlitas physica, tum quia sic esset causa physica ; tum quia meritum saepe tempore præcessit præmij collationem : sed neque intercedit causâlitas moralis. Nam causâlitas moralis aliud non est, quam quod aliquid ut existens moveat causam physicam ad operandum, sicut mandatum Domini moveat servum ad laborandum : atque in nostra sententia meritum non moveat ut vium, ut Deus conferat præmium : Vno verbo, non causâlitas præmium mediante decreto divino, que modo haec causâlitas moralis semper explicata fuit. ergo meritum non est causâlitas præmij ; & sic denique nec Sacra-
menta erunt causâlitas moralis gratiae, nec merita Christi erunt causâlitas nostræ Justificationis, quæ omnia sine errore dici non possunt: ergo fatidum est, quod decretum executionis procedat ex visione meriti: ergo est virtualiter distinctum ab intentione præmij, nam haec est causâlitas prædinitiva meriti: ergo est prior merito. Non potest autem non distingui virtualiter decretum quod est prius, à decreto quod est posterius merito.

417. Respondeo, negando, quod de ratione generica causâlitas moralis sit, causare effectum mediante cognitione & volitione causâ physice. Dicitur enim A. causare moraliter B. ideo, quia per ordinationem & intentionem causâ physice connectitur A. taliter cum B. vt in estimatione communis perinde sit, ac si illud physicè causaret, vel physicè moveret causam physicam ad producendum B. sive deinde illa connexio proveniat ex una indivisibili intentione utriusque, sive ex volitione præsupponente cognitionem existentia ipsius B.

418. Et licet in humanis plerumque contingat, ut causâlitas moralis ut jam existens, moveat causam physicam ad operandum, posset tamen etiam aliter se res habere, salva denominatio-
ne causâlitas moralis. In exemplo. Si ego per divinam revelationem cognoscerem, quod si Pe-
tro darem gladium, esset crastino die pugnaturus & victurus hostem patriæ, possem hodie uno in-
divisibili actu sic statuere : *Do tibi gladium ut cras
pugnes & vincas hostem ; & propter dignitatem victo-
rie, volo ut vesperi sis dominus mei fundi.* hoc casu etiam si nulla intercederet amplius cognitione aut
volitione

volitio, ad quam moverer à victoria via, ut vellem fundum esse Petri, adhuc Petrus fieret dominus fundi, & omnium judicio recte diceret, se fundum accepisse in præmium victoriae.

419. Hoc modo Decretum divinum in se indivisibile, ordinans tamen prædefinitivæ meritum ad præmium, propter intrinsecam suam proportionem & dignitatem, quam Deus cognoscit per Scientiam simplicis intelligentiae, adjutus insuper à Scientia Media de consensu sub conditio ne futuro, atque ita voleans complexum ex merito & præmio, vt ex ipso volendi modo non esset volitus præmium, nisi meritum esset ponendum, hoc inquam modo necesse est decretum divinum meritum cum præmio, preces cum dono, vt in estimatione morali perinde sit, acsi præmium physicæ causaretur à merito aut precibus, vel, acsi meritum vt existens objecitæ moveret ad dandum præmium.

420. Objiciuntur 2. Varia Scriptura Te stmonia, quibus significari videtur, quod ex vi sis meritis conferatur præmium. adducunt autem ex Matth. 25. verba illa: *Euge servæ bone & fideliſ*, quia super pauca fuisti fidelis &c. & illa: *Venite be nediſci Patriſ mei, poſſideſte &c. eſteriū enim & de diſtiſte &c.* & ex Jacobi 2. illa verba. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & ha redes regni?*

421. R. In his textibus plus non conti neri, quād quod merita sint causæ moralis præ mij, sed nullus dicit, quod vt existentia moveant Deum: Illud ul̄tro concedimus, hoc posterius negamus. Deinde textus allati loquuntur de Christo homine, in quo facilè possum illi actus, etiam realiter distingui, admitti. Denique priores duo textus probarent, quod Deus primū in tempore decerneret gloriā, si in omni rigore intelligendi essent: dicitur enim in parabola: *Poſt multū verò temporis venit dominus, & poſuit rationem cum eis.*

422. Apparentius afferri posse illi tex tus, quibus dicitur Deus exaudire nostras preces, respicere nostra merita, audivisse clamorem &c. R. tamen, actus divinos proponi nobis in S. Scri ptura accomodatè ad modum quo solemus illos instar nostrorum actuum concipere: & ideo etiam proponuntur, quasi Deus primū in tempore hujusmodi actus elicet: *Nunc scio, quia times Deum. Descendam & videbo: exaudi te etiam hac vice &c.* Sic etiam tribuit Scriptura Deo oculos, pedes & alia membra. Quia ergo actus divini simplicissimi equivalent actibus nostris realiter distinctis, ideo illos ratione ratiocinata distingui, quia tamen distinguendi ratio subsi stit sine distinctione virtuali intrinseca, vt patet in distinctione graduum Metaphysicorum.

423. Dices: Ergo quando rogo Deum, vt mihi exhibeat aliquod beneficium, re ipsa perinde est, acsi dicem: *Domine, peto vt ab eterno ordinaveris has meas preces ad talem rem mihi exhibendam.* R. In adversariorum opinione ita re-

solvenda erunt preces. Domine peto vt ab eterno videris has meas preces, iisque vijs decreveris mibi hanc rem. Quid in hac, queso, mollius ac in priore? Dicendum, quod Petilio nostra aliud non sit, quād manifestatio desiderij alicujus rei, & agnitionis, quod non possimus illam obtinere nisi Deo tribuente: potest etiam intervenire reflexum desiderium quo optemus, vt Deus ab eterno ordinarerit nostrum directum desiderium ad rem defideratam, quoconque modo fiat hæc ordinatio; quod nostrâ non intereat.

Objici posset 3. Hæc causâlis est vera: Ideo Deus cognoscit futura, quia decernit futura: & non econtra: ideo decernit futura, quia cognoscit futura: ergo inter volitionem liberam & visionem futurorum intercedit distinctio virtutalis.

424. Confirmatur. Ex SS. PP. supra probavimus, Deum ideo cognoscere futuros nostros actus liberos, quia sunt futuri, & non econtra ideo esse futuros, quia Deus futuros cognoscit: atqui si nulla est distinctio inter visionem & dec retum liberum, non minus erit verum dicere: ideo sunt futuri, quia Deus futuros cognoscit; quād verum sit dicere: ideo sunt futuri, quia Deus prædefinivit vt essent futuri; quia est verissima propositio: ergo admittenda est aliqua virtualis distinctio inter decretum & visionem, & illi tribuenda prioritas.

425. Hoc argumentum non magis concludit, quād si quis probaret, Intellectionem es tentiale Dei & Volitionem es tentiale virtutis inter se distingui. Nam etiam hæc est vera: Ideo Deus se amat, quia se comprehendit, & non econtra, ideo se comprehendit, quia se amat. Vtitur quidem hoc argumento P. Aldrete ad probandam distinctionem virtualis inter illa prima ria attributa, sed nobis servit instantia contra illos, qui rectius negant, & hoc seculo prevalent. R. Illas causales usurpari secundum distinctionem formalem rationis ratiocinata, sicut secundum eandem vera sunt ista: Deus per Misericordiam parcit, & non per Justitiam, econtra per Justitiam punit, & non per Misericordiam.

426. Ad Confirmationem R. vt etiam superiori notatum est, per illas causales indicare nos velle, quod tam visio futurorum, quād Dec retum prædefiniens impediti possent per actum oppositum, quia pendent à Scientia Media im pedibili ab illa voluntate, cujus actus prædefini tur.

427. Objici posset 4. S. Augustinus libro 1. ad Simplicianum q. 2. vbi exponens illud ad Romanos 9. *Vi secundum propositum electio Dei maneret:* sic concludit. Non tamen electio praedit justificationem, sed electionem justificationis: nemo enim eligitur, nisi jam distans ab eo qui rejicitur. Respondeat sufficienter P. Mart. Esparza, illud Jam; non esse intelligendum presuppositum, in genere quasi causæ efficientis, sed formaliter in genere causæ formalis, quatenus ipsa electio est discretiva

dilectiva electa a ijecto. Eodem modo potest explicari illud ad Romanos 8. *Quos præsivit, & prædestinavit.* Ceterum, utrumque locum explicabo in Prædestinatione, quia est celeberrimus qui afferat pro Prædestinatione Mercenaria, ex prævisis meritis; unde, quia plerique ex adversariis defendunt Prædestinationem gratuitam, illos non minus quam nobis explicandus est.

§. VI.

ordo Signorum breviter absolvitur.

48. Ex hac tenus disputatis facile est ordinem signorum virtualiter distinctorum construire, in quo cæteroquin vix duo authores conveniunt, quod provenit ex supervacanca multiplicatione decretorum.

In primo itaque signo ponitur Scientia Simplicis Intelligentia, quæ Deus intelligit, quid si possibile sit, & quæ sint rationes infinitae naturae, quibus Deus allici potest ad aliquid extra se producendum vel non producendum. Cognoscit item, esse possibilia plura individua actuum liberorum in agentibus creatis; insuper cognoscit determinationem ad individuum ad se pertinere. Cognoscit insuper, in se non posse existere scientiam eventuum liberorum conditionatorum quodam speciem, nisi prius à se fiat conditionata determinatio disjunctiva ad individuum. Cognoscit denique, se esse necessitatum ad faciem aliquid hujusmodi determinationem, vt tempe ponat fundamentum Scientiae Mediae, sine qua non posset habere debitam providentiam.

49. In secundo Signo, ponitur Decretum conditionatum disjunctivum, determinans individua actuum liberorum.

In tertio signo, ponitur Scientia Media de consensu Petri, v. g. cum auxilio A. In quarto Signo, ponitur decretum quo Deus intendit Petri gloriam, per talium consensum & reliqua media, quæ omnia ordinat à primo usque ad ultimum, nullâ amplius intercurrente aut interpolante Scientiâ Vilonis, dirigente aliquod posterius decretum. Quodsi alicui non arridet illud decretum disjunctivum conditionatum, potest aucter secundum signum, & absolvet omnia tribus signis.

§. VII.

Argumentum universale, quo probatur, vnum decretum absolutum post Scientiam Medium admittendum esse.

50. Argumenta specialia hactenus relata, possunt ad vnum reduci hoc modo.

Si possent admitti plura decreta absoluta, tunc vnum illorum ponendum esset in signo priori, virtualiter distincto, & alterum in signo posteriori; sed hoc est impossibile: ergo &c. Majorem admittunt omnes. Minor probatur. Si vnum ponetur in signo priori virtualiter distincto à posteriore, tunc alterutrum deberet esse separabile ab altero, nam sine hac separabilitate non datur in decretis liberis virtualis distinctio, quia non datur realis distinctio in tertio. Atqui neutrum esset ab altero separabile, & hoc ex proprio modo tendendi in suum objectum: ergo est impossibile vnum ponit in signo priori, & alterum in posteriore. Minor probatur, primò quoad illud decretum, quod ponetur in signo priori. Decretum primum esset decretum Intentionis ultimi finis, ordinando ad illum omnia media, eo ordine quo Deus per illa finem consequi intendit: ergo hoc decretum est volitum omnium mediorum, quæ postea in executione conduced. Sed si datur aliquod decretum posterius, illud etiam est vnum ex medijs, ergo primum decretum est volitum posterioris decreti: sed decretum efficax est essentialiter connexum cum omni eo cuius est volitio: ergo primum decretum erit connexum cum posteriore.

431. Probatur jam etiam quoad secundum membrum, nempe decretum posterius fore essentialiter connexum cum priore. Omnis volitio Dei ita vult objectum, ut simul etiam velit se ipsum: sicut omnis cognitione cognoscit seipsum: ergo vult seipsum secundum eum statum & conditionem in quo actu ponitur, dum ponitur. Nam Deus debet omnia velle perfectissimo modo: est autem perfectissimus modus, ita velle aliquid, vt sit expressè & reflexè volitum secundum eum statum in quo ponitur, & omnis aliud modus volendi est imperfectus. Atqui posterior volitio ponitur in eo statu, quo ordinatur tanquam medium ad ultimum finem: ergo vult seipsum ut medium ordinatum ad tales finem: atqui sic habet essentiali connexionem cum decreto Intentionis primo, supra quod se reflexit: ergo est mutua connexio & inseparabilitas: ergo excluditur virtualis distinctio.

CONTROVERSIA III.

An, & quo sensu DEVS necessitetur ad faciendum Optimum.

432. De hac Controversia si quis velit sub terminis generalibus pronuntiare, multis incommode exponetur, quoconque se verterit. Si enim omnimodam indifferentiam, & liberrimam volendi nolendivè quidvis, & in quibuscumque circumstantijs, afferuerit, vexabitur auctoritate gravissimâ & ineluctabili Sanctorum Patrum. Si neget, videbitur Deo aliquam creaturarum indigentiam attribuere, & plenum in eas dominium auferre. Hinc orta est ea quam videmus Doctorum in hoc puncto discordia. Quodsi res ipsa distinctius & membratim examinetur, vix poterit esse dissensio.

433. Prima Sententia est Raymundi Lulli apud Vasquez 3. p. disp. 1. n. 10. Deum fuisse quidem liberum simpliciter ad aliquid vel nihil cre-

I 3

andum,

andum, fuisse tamen physicè seu metaphysicè (in præsenti pro eodem sumuntur) necessitatum, ex suppositione quod veller aliquid creare, ad faciendum optimum ex omnibus possibilibus, nempe ad unionem hypostaticam producendam. Hæc sententia est singularis, & à multis errori proxima censetur. Potuisset enim Deus nullam creaturam ad finem supernaturalem elevare, & totum universum in statu pura naturæ relinquare, ut suo loco dicetur.

434. Secunda Sententia esse posset, saltem ex suppositione elevationis Naturæ humanae ad finem supernaturalem, fuisse necessariam Incarnationem. Hanc sententiam non quidem absolutè vult asservare P. Esparza, in eam tamen se vehementer propendere fatetur in libello de Incarnatione q: 17. §. vlt. Verum inspicere insuper illis qua tum in eodem libello, tum in prima parte docet, meo quidem iudicio debet illam absoluere tenere. Nam in libello de Incarnatione quaest. 6. totâ docet, tantam esse connexionem naturalem inter Gratiam sanctificantem & Unionem hypostaticam, ut contra naturam Gratia esset eam existere, & non habere pro causa saltem meritaria Personam divinam Incarnatam, & hoc quidem ait q: 17. prope finem, fore Miraculum, quale in præsenti Providentia ordine nullum unquam fuit, nullum erit, nec illa ratio persuadet, posse pro aliqua rerum opportunitate esse conveniens: ait insuper, hoc miraculum fore impeditum majoris boni connaturalis ipsi Gratiae (nempe existentie Christi) & quidem omnino incompenſabilis.

435. Deinde verò in prima parte q: 28. a. 9. prope medium docet, Deus esse metaphysicè necessitatum, ne cuiquam rei existenti neget bonum ipsi connaturaliter debitum, nisi facta compensatione per aliquod aliud bonum saltem æquale. Ex his subsumo. Atqui si stante elevatione hominis ad gratiam, non daretur Christus, denegaretur gratia bonum connaturaliter debitum, nullo alio bono compensabile, ut h̄i author docet. ergo sub hac hypothesi Deus est metaphysicè necessitatus ad mittendum Christum. Ab hac doctrina recedemus acturi de Incarnatione, ubi dicemus, Christum non fuisse venturum Adamo non peccante; quam sententiam cum P. Esparza problematicè doceat, fateri cogitur, vnum ex relatis ipsius principijs probabilitate negari: nos ergo negabimus connexionem illam gratia cum causa meritoria.

436. Tertia sententia est P. Granadi de voluntate, Dei tr. 2. disq. 3. qui imprimis advertit, discrimen inter entia inegalitatis perfectionis. Nam quædam sunt, inter quæ possibile semper est perfectius & perfectius in infinitum, ita ut optimum non sit possibile, v. g. inter species unius generis, & inter individua unius speciei, quorum plura simul sumptu habent plus perfectionis quam unum solum: sed quia non potest dari numerus supremus, ideo non potest in hoc ordine dari o-

ptimum: & in his evidens est, Deum non necessitari ad optimum, cum si impossibile, prout etiam observat S. Thomas q. 47. a. 3. ad 2. Alia autem, inquit Granatus, sunt, in quibus non abitur in infinitum, sed certus quidam terminus reperitur; cujusmodi sunt ea, quæ spectant ad extrema contradictione opposita, v. g. Incarnationis, Non-Incarnationis, Prædestinationis, Non-prædestinationis, Existentia mundi, Non-existentia mundi. De his ergo docet Granatus, Deum non solum semper facere & fecisse optimum, sed ad hoc volendum necessitari à sua nativa bonitate, ingenio, & propensione, ut moraliter non possit id nolle, quamvis habeat potentiam physicam ad nolendum. Eandem sententiam docet P. Ruiz de Voluntate. Dei disq. 9. 5. 3. n. 7. & seqq. Porro hanc Moraliter necessitatem ait Granatus consistere in hoc, quod licet Deus physicè posset aliter facere, numquam tamen aliter facturus sit, ob summam propensionem.

§. I.

Nulla facta suppositione datur in Deo summa Indifferentia in Actu primo.

437. DICO 1. Nulla datur Absoluta Moralis Necessitas in Deo faciendo Optimum, v. g. creandi mundum. Ita communis carcerorum. Dixa: *absoluta*. Hor est: nullâ factâ hypothesi, de qua exceptione in seqq. dicetur.

Probatur Conclusio 1. Auctoritate S. Augustini, qui octuaginta trium questionum (que habentur in Tomo 4.) questionem vigesimam secundam sic orditur. *Vbi nulla indigentia, nulla necessitas: ubi nullus defectus, nulla indigentia: nullus autem defectus in Deo; nulla ergo necessitas, quibus verbis complectitur S. Augustinus omnia argumenta, quibus sententia contraria potest efficaciter impugnari.* Itaque

438. Probatur Conclusio 2. Ratione. Si Deus moraliter necessitaretur ad producendam aliquam creaturam ex intentione majoris gloriae inde resultantis (ut volum adversarij) Deus indigeret creaturis ad statuendum suum naturalem & innatum appetitum gloriae, nec posset creaturam contempnere, nisi vim sibi inferendo, & contra suam inclinationem pugnando, eamque vincendo; sed hac non solum ex terminis Deo indigna apparent, sed etiam imperceptibilia in natura suprema, non habente aliam superiori, cui velit in tali victoria placere, eo quod superiori nature placeat aliquid fieri contra inclinationem inferioris: ergo si Deus potest creaturas velle & nolle, dicendum est, quod non magis ad volendum quam ad nolendum inclinetur. Et hoc significat Scriptura Sap. 11. *Quoniam tanquam momentum statere, sic est ante te orbis terrarum* (hoc est, sicut statere in neutrâ partem magis inclinatur, ita nec Deus ab orbe terrarum) *& tanquam gutta roris amelucari qua descendit in terram:* hoc est, nullo pondere eam impellit, sed evanescit.

Et

Et sane fine hoc æquilibrio non appetet, quomo^ddo cum veritate diceretur Deus Bonum sibi suffi-
cens, equivalentis omnibus, se solo infinitè felix,
in se tanquam in centro quiescens.

439. Ad hanc rationem reducuntur, meo
quidem iudicio, omnes alia, quæ multiplicatis
verbis solent ad probandam conclusionem ad-
dici. Optima denique probatio erit, Solutio
objectionum; sine ratione enim convincente,
non est Deo necessitas imponenda. Et quidem
argumenta P. Granadi nimum probant, nempe
Metaphysicam necessitatem, ut observarunt Lu-
go, Derkennius, & alij, quapropter non est
opera pretium ea referre.

440. Præcipua objectio est ex autoritate
factorum Patrum, & omnium difficillimè loqui-
tur S. Anselmus in libro: *Cur Deus homo*. Ca-
terum quia afferit Metaphysicam necessitatem, e-
tiam adversarij explicandus est. Ait enim, tan-
tu[m] Deum necessitatum ad Incarnationem, quām
ad non mentendum. Dupliciter autem exponi
potest. Primo, quod loquatur ex suppositione
promissione facta Adamo in paradiſo; quod vi-
deatur spectare exemplum de necessitate non
mentendi. Secundo, ex suppositione quod vo-
luerit exigere condignam satisfactionem, hæc
enim non nisi à Perlonia divina exhiberi potuit.
Sane nisi has explications reciperet S. Ansel-
mus, efficeret sibi contrarius. Nam in quin-
tum caput Epistole ad Romanos, in illa verba:
Commendat autem: faceretur tuis Deo possibiles a-
lios modos nos liberandi.

441. Aliorum Patrum Testimonia, non
probant absolutam necessitatem, sed ad summum
necessitatem ex suppositione, ut explicabitur §.
Sequente. Ceterum variae explications adhi-
beri possunt, non quod omnes convenient singu-
lis, sed hæc illi, alia alteri. Primo aliqui in-
telligi possunt, quod Deus semper operetur optimo modo, sine defectu, inordinatione, aut im-
perfectione morali: sine malitia aut impruden-
tia, & hoc contra Manichæos. Secundo, quod Deus semper faciat optimum, hoc est convenien-
tissimum fini sibi liberè præfixo, quod est Deo
metaphysicæ necessarium, quia voluntas Dei effi-
cax est. Tertiò, quod Deus semper faciat suum
beneplacitum, quod autem Deus vult, rectè di-
citur optimum, per denominationem extrinse-
cum beneplacito Dei, esto quoad prædicta in-
tinseca sit minus bonum suo opposto. Sic si
Deus præcipiteret Matrimonium, efficeret melius ca-
liban, sed non nisi per denominationem extrin-
secam, & à forma exercitseca, videlicet præcepto
divino. Ratio est, quia Deus est bonum univer-
sali, cui omnia bona particularia debent subor-
dinari & conformari, & quod magis ejus benepla-
cito conformantur, eò sum meliora extrinsecè.
Quotò intelligi possunt PP. quod Deus in hoc
universo constituendo, procuraverit optimum
non simileiter, sed respectivè, scilicet secundùm
congruentiam & proportionem pulchritudinis &

decoris partium in ordine ad totum, quod resul-
tat ex productione universalis ordinis naturalis &
supernaturalis defacto existentis, ad cuius pul-
chritudinem non ita saceret abundantia perfectio-
rum creaturarum. Quintò denique quod Deus
faciat optimum observando leges seu exigentias
inditas rebus. Quā verò necessitate Deus ad hæc
adstringatur, jam declarabitur.

§. II.

*An Deo insit aliqua necessitas sic vel sic o-
perandi ad extrà, ex suppositione.*

442. Prima Sententia negat, & facetur, quod
Deus potuisset, absque ullo Sapientia &
Bonitatis præjudicio, totum Cœli concavum re-
plere scarabeis, aut araneis, per totam aternita-
tem: Angelos item privare semper omnibus
speciebus intelligibiliibus, omniq[ue] concursu ad
villam cognitionem: Homines constitutæ supra
capita, pedibus sursum elevatis, extra cœli am-
bitum, dentes inferere cavitatibus oculorum, &
oculos gingivæ seu mandibulæ, & hujusmodi
plura, atque hæc vñiversaliter in omnibus & sem-
per. Ita ferè sententiam hanc proponit P. Espar-
za, ut vel ex ipsa propositione appareat monstro-
fa.

443. Secunda sententia docet, inesse Deo
necessitatem ex suppositione, quod velit creare
mundum, ut creet cum ea partium inter se co-
ordinatione & proportione quam exigunt. Item,
inesse Deo necessitatem obseruandi deinceps Le-
ges insitas rerum naturis, quas philosophi exi-
gentias seu appetitus innatos vocant. Hanc au-
tem necessitatem dicunt esse Moralem, fundatam
in dupli necessitate Metaphysica, seu potius ab
his indistinctam. Prima est, ut Deus non nisi
raro dispensem in hujusmodi legibus, illis contra-
veniendo. Secunda est, ut raro dispensem,
nisi per aliud vel æquum bonum, vel etiam melius
compensem, ut sic semper omnis defectus seu de-
formitas in universo caveatur.

Hanc Sententiam p[ro]x[ima] ceteris accuratè &
nervosè tractavit P. Esparza q. 28. torna, fecutus in
hoc, ut in pluribus Magistrum suum P. Antonium
Perez d[icit]p. 6. de Volunt. Dei c. 5. à n. 45. & seqq. qui
denique ait, conclusionem non indigere proba-
tione: quis enim dicat, non habere Deum ne-
cessitatem ne decernat producere solas muscas?

444. In hac sententia imprimis modus lo-
quendi seu usurpandi vocabulum *necessitatis Mo-*
ralis mihi non admodum placet, quia decepto-
rius est, & à communi modo loquendi recedit.
Haecen[us] apud Theologos necessitas Moralis usur-
pabatur hoc sensu, quod sit vehementissima in-
clinatio, cui quidem physicè possit contraveniri,
defacto tamen nunquam contravenietur. Fal-
sum autem est, dari in Deo hujusmodi inclinatio-
nem, nunquam dispensandi in legibus naturæ,
ut fatentur isti authores: falsum itidem est, nun-
quam

quam Deum dispensare, ut etiam fatentur. ergo qui absolutè poneret in Thesi: *Datur in Deo necessitas moralis observandi leges naturæ*: deciperet lectors. Omisso ergo singulari hoc loquendi modo, de re ipsa videamus.

445. DICO 1. Duplex Metaphysica necessitas assignata ab his authoribus, non est distingienda, sed ad unam reducenda, nempe ad necessitatem Metaphysicam nunquam dispensandi sine compensatione; ac proinde necessitas Metaphysica raro dispensandi, ad rem non pertinet. Probo. Vel potest Deus frequentem dispensationem compensare meliore vel aequali bono seu ornamento universi, vel non potest: si non potest: ergo sufficit ponere necessitatem Metaphysicam non dispensandi sine compensatione, jam enim in hac includetur necessitas Metaphysica non dispensandi frequenter. Si potest compensare frequentem dispensationem; ergo non datur Metaphysica impossibilitas frequenter dispensandi; nam quod impossibile est negari exigentia rerum, compensari non potest, quia compensatio substituit illi quod negatur cum deberetur.

446. Ratio à priori est: quia tunc solum intelligitur facta sufficiens compensatio boni debiti, quando per compensationem non diminuitur pulchritudo & estimabilitas universi, & aquae parum offendere illam, qui totum artificium intueretur, atque non offenderetur, si nulla dispensatio facta fuisset. Atqui si hoc observaretur, universum non recufaret frequentem dispensationem: ergo ideo solum potest esse impossibilis frequens dispensatio, quia est impossibilis ejus quia frequens compensatio.

447. Conclusionem hanc ideo posui, quia non est adeo certum, non posse etiam frequentem dispensationem compensari, præsertim cum vix possibilis sit regula cognoscendi, quanta debet esse frequentia dispensationum, quam hi Authores volunt repugnare.

448. DICO 2. Probabilis est, inesse Deo Metaphysicam necessitatem nunquam dispensandi in natura, nisi ordinante illam dispensationem ad aliquid saltem aequivalens, respectu totius universi, adeo compensandi illud malum, quod per dispensationem infertur naturæ, & quoad hoc sentio cum secunda sententia.

449. Et ut in exemplo res faciliter apprehendatur: Si Deus nollet concurrens cum igne ad calcifiendum, deberet hoc ordinare ad aliquid aquæ bonum, vel melius, quam esset universo concursus igni juxta suam exigentiam exhibitus, & quidem (quod notandum est) ad aliquid incompositibile cum concursum; non enim ad compensationem quam requirimus, satis est ponere in universo aliquid aequivalens illi, quod alibi negatur aut tollitur: sic non fieret compensatio, si igni A. negaret concursum, & alibi produceret ignem B. cumque illo concurreret; vel si defrue-ret Angelum A. & produceret alium perfectio-

rem illo: hæc inquam non esset illa compensatio, quam requirimus: deberet enim illud bonum quod supponitur bono denegato, aliquo modo includere vel connotare aut supponere hanc ipsam denegationem, ita ut hæc denegatio, quæ alioquin esset quedam in universo deformitas, adjuncto alio evadat ejus ornamentum & decus. sic Deus, quando noluit concurrens cum igne Babylonico ad comburendos pueros innocentes, & quando noluit concurrens cum leonibus ad vorandum Danielem, ordinavit hæc ad ostendendam in ipsis circumstantijs curam suam innocentum, eorumque defensionem ac protectionem, contra quamcumque potentiam humanam & machinationes animalium, item ad vicescendam impiorum iniuriam &c.

450. Ejusdem compensationis exempla habentur in ceteris nobilioribus Fidei nostra Miraculis; Humanitati Christi compensatur propria subsistentia per Divinam: Accidentibus Eucharisticis compensatur sustentatio substantia panis per corundem creationem, & Corporis Christi continentiam: retardatio motus solaris, compensata est consummatione victoriae, cedentis in singularem gloriam Dei, & promotionem fiduciae in Deum. Nunc conclusio sic declarata

451. Probatur. 1. Authoritate S. Thomæ in 4. dist. 46. q. 1. a. 2. *quaestiuncula* 1. qui impugnat quorundam opinionem, volentem rebus creatis nullas inesse Leges, vi quarum illis certi effectus debeantur, & quas Justitia providentia Dei debitum attendere fed ex libera Dei voluntate provenire, quod v. g. ignis potius calefaciat, quam frigescat, & sic tu esse justum, & esse ad placitum, in Deo idem esse. Huic opinioni objicit S. D. inter alia glossam in caput undecimum Epistola ad Romanos, supra illud: *contra naturam miserias es*. Deus, inquit D. Thomas cum glossa, creator & conditor omnium rerum, nihil contra naturam facit, sicut nec contra seipsum, &c. ergo nihil potest facere contra ordinem Justitiae in rebus constitutum. Deinde in C. dicit, quod in Deo Justitia superendar voluntati ordinem divinis effectibus convenientem, secundum quod unum alteri proportionaliter adaequatur. Unde patet, inquit paulo post, quod non ex hoc tantum aliquid dicitur esse justum, quia est à Deo volitum, sed quia est debitum alicui rei create, secundum ordinem creature ad creaturam. Deinde in responsione ad secundum, consentaneè nostris conclusionibus, distinguuntur inter necessitatem absolutam, & necessitatem ex compensatione. Luto, inquit, non est magis debitum, quod ex eo formetur vas nobilia potius quam ignobilia: sed cum ex luto formatum est vas nobile, nobilitati illius vas est debitum, ut ad vas convenientes deputetur. Similiter quod Deus talem creaturam producat quamlibet voluerit (ecce! libertatem oppositam necessitati absolute) indifferens est ad rationem Justitiae, sed quod aliqua natura producta ei attribuatur, quod illi naturæ competit, hoc ad eum Justitiam pertinet, & contrarium eum Justitiae repugnare. Ratio est mani-

est manifesta quia ex ipsa nominis impositione constat, quod illud opus non dicatur *Justum* esse, seu pertinens ad *Justitiam*, cuius oppositum si fieret, non esset contra *Justitiam*: alioquin omnis donatio dici posset actus *Justitiae*, quod absconsum est, ergo ut opus dicatur *justum*, debet oppositum esse repugnans *Justitiae*, & arguere defectum *Justitiae*. Jam vero quando seu formaliter seu aequivalenter praefatur quod debetur, satisfit *Justitia*: ergo ad alterutrum Deus tenetur, non quidem ex obligatione morali, qua in Deo dari non potest, ut in Tractatu de Incarnatione probatur: ergo ex necessitate Metaphysica.

452. Pergit deinde S. Thomas. Similiter *Denuo differens* est, quantum ad *Justitiam ejus*, ut det gratiam vel non dei, cum donum gratiae non sit naturae debitum; sed postquam gratiam contulit, que est nescientis principium, ad *judicium ejus* pertinet, ut proximitas premia reddat; & sic ex suppositione voluntatis *Justitia* causatur.

453. Probat Conclusio 2. Authoritate Patrum fidei gravissimam, & indeclinabilem, si duo obseruentur. Primum est, hoc ipso quod Patres afferuerint, defacto Deus omnia fecisse modo convenientissimo, perinde planè esse, ac si dixissent, ita facere debuisse. Ratio est, quia ex nullo alio fundamento hoc tam constanter contra Gentiles & Manichaeos potuerunt afferere, quam quia id spectat ad Sapientiam & Bonitatem divinam: et haec enim intulerunt, omnia semper optima facta esse; que illatio non fuisset legitima, si alii iteri potuerint.

454. Secundum advertendum est, quando Patres dicunt, Deus ita semper optimum fecisse, ut melius fieri non potuerit, non esse intelligentes in hoc sensu, quasi non potuerit fieri *villa* Exenio Bonorum Majorum, ultra ea quæ defacto producta sunt. Fatemur enim Deus posse dispensare in legibus naturalium, compensando per aliud melius: sensus igitur est, factum semper esse optimum, & non posse esse melius, prout id *Optimum & Melius* opponitur defectui & deformitati, adeoque quatenus omnem deformitatem seu disproportionem excludit, quemadmodum ex Philosopho virtus dicitur esse dispositio ad optimum, hoc est, ad actum non disconvenientem ex villa parte à recta ratione etiamsi non sit optimus, ut melior dari non possit. His observationes audiamus jam ipsos Patres.

455. S. Augustinus libro 3. de lib. arb. c. 5. Quiddam tibi vera ratione melius occurrit, hoc scias propter Deum, tanquam bonorum omnium conditorem. Libro de Quantitate animæ c. 33. *Dei Justitia* factum est, ut non modo sint omnia, sed etiam sic sint, ut omnino melius esse non possint. & c. 36. ait, ita Deus omnino naturæ gradibus ordinasse, ut contemplatorem Univeritatis nulla offendere ex villa parte deformitas, omnisque animæ pena vel premium conferret semper aliiquid proportioni justæ pulchritudini dispositiōne verum omnium. Lib. 4. de Genesi ad lit. c. 16. *Bona facere si non posset, nullus* esset

potentia; si autem posset nec faceret, magna esset inadvertia. Quia ergo est Omnipotens & Bonus, omnia valde bona fecit. Lib. 1. contra adversarium legis & Prophetarum c. 14. *Aut vero usque adeo desipendum est, ut homo videat melius aliquid fieri debuisse, & hoc Deum vidisse non putet, aut putet vidisse, & credat facere noluisse, aut voluisse quidem, sed minimi potuisse?* avertat hoc Deus à cordibus piorum!

456. S. Chrysostomus hom. 30. in caput. 12. 1. ad Corinth. *Ceterè enim, quod optimum rectissimumque factū fuit, hoc illum voluisse consentaneum esse debet.*

S. Athanasius Orat. 3. contra Arianos. *Quod enim facit, id ipsum & vtile hominibus, & aliter fieri non decuit. Porro quod vtile & decorum est, id sua cura & providentia instituit.*

S. Basilius hom. 9. *Vnum hoc habere in mensibus nostris presumptum oportet, quod cum simus boni Dei opificium, & ab illo confitemus, omnia circa nos tam modica quam magna dispensante, nihil nobis accidat illo non volente & quod nihil eorum, que nobis accidunt, malum sit, aut tale, ut melius illo aliquid excoigitare queamus.*

457. Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum. *Cum Deus sit bonus, si cessaret unquam benefacere, Deus quoque esse cessabit.*

S. Dionysius de divinis Nominibus c. 8. *Justitia Deus laudatur, quod sua cuique pro dignitate tribuat, quod modum, pulchritudinem, ordinem, ordinatum, omnesque distinctiones & ordines, termino qui vere aquifissimus est, univisiique definiat, & omnibus suæ cuique actionis auctor sit.* Divina enim *Justitia* inter se, nec permixta custodiens, quod cuique accommodata est, tribuit pro cuiusque dignitate.

458. S. Damascenus lib. 2. de Fide c. 29. *Si Dei voluntas Providentia est, omnino necesse est, omnia que providentia sunt, secundum rectam rationem optima & Deo decentissima fieri, ut non sit ea melius fieri.*

459. Respondent adversarij dupliciter. Primum aliqui dicunt, Patres plus non velle, quam quod Deus necessiteret ad faciendum semper suum placitum; id autem quod Deo placet, est optimum, non quidem intrinsecè, sed extrinsecè. Respondent alii, Deus semper operari optimum (ex mente Patrum) respectu finis sibi prefixi, scilicet gloria suæ hoc & non alio modo quarendæ.

Sed contra est, quia licet alia quedam SS. Patrum dicta (quæ proinde non retuli) possint & debeant ita intelligi, quando, ut jam supra monui, loquuntur de necessitate absoluta, & nullâ factâ suppositione, attamen in Testimonij allatis, non potuit hæc fuisse mens illorum Patrum. Intentio scopus eorum erat, afferere, tueri, & docere adversus Gentiles & hereticos Providentiam Dei circa res omnes creatas, & quod Deus non sit auctor malorum quæ talium. Jam, si tantum afferere voluissent, actus Dei, hoc ipso quod sunt divini, semper esse optimos, Deum semper obtine-

per obtinere id quod vult, & eo modo quo vult, non tam ejus providentiam, Sapientiam, & in bene operando constantiam ac Bonitatem, quam ejus Potentiam & Liberum arbitrium asservissent, & nihil contra adversarios docuisserint, nec eorum errori doctrinaliter occurserint, vt pote qui non fuerunt solliciti de Bonitate actuum divinorum in se, nec quod Deus semper obtineat quod vult, hac enim possent stare cum neglectu inferiorum, eò quod Deus illa non curaret, & hoc illi volebant, nempe imperfectam & defectuosam esse providentiam divinam circa res creatas, vt pote non carentem, ne multa contra debitum rerum ordinem fierent.

460. Ex opposito Patres assurerunt & defendunt, nihil ab adversariis adduci posse inordinatè factum, ita ut præjudicium afferat universo, & non potius illi sit optimum: & quamvis non semper nobis hoc in se appareat, semper tamen id esse presumendum præsumptione fundata in infinita Sapientia & bonitate Dei, cui repugnaret hujusmodi Universi turbatio & deformitas.

461. Probo nunc Conclusionem 3. Ex illo communni principio, quod Deus ut Auctor naturæ non posset violare leges naturæ. Hoc sanè non potest alium sensum habere quam hunc: Deus hoc ipso quod sit auctor naturæ, necessitatē habet servandi naturas rerum indemnes: vel: Deus hoc ipso quod sit auctor naturæ, necessitatē ad satisfaciendum legibus naturæ, nisi malit bonus debitum bono indebito compensare. Vel: Deus hoc ipso quod sit auctor naturæ, ita adstringitur legibus naturæ, ut si non posset bonum debitum compensare bono indebito, necessitaretur ad observandas leges naturæ. Nisi enim hoc sensu reduplicetur Author naturæ, evader sensus ridiculus, qualis est iste: Deus ut auctor Naturæ, hoc est ut observans leges naturæ, non potest eas violare.

462. Probatur denique Conclusio à priori, ratione quam sancti Patres passim insinuarunt. De essentia creaturarum est, ut sint apta manifestare perfectionem Dei sibi communicatam, vel in sui productione exercitam: ergo pariter combinationes quarumcunque creaturarum debent etiam ordinari ad manifestandam perfectiorem divinam, non solum disparatæ, & seorsim singula, sed vt combinatae & simul sumptæ; nam hæc combinatio etiam quæ talis, est effectus non temerè produktus: unde sicut conjunctio Metaphysica prædicatorum, debet esse manifestativa specialiter divinae perfectionis, nec satis est, singula prædicata seorsim esse apta manifestare perfectionem Dei, ad hoc ut inter se possint identificari, alioquin omnis chymæra evaderet possibilis: ita non nisi illa physica conjunctio & combinatio creaturarum debet esse possibilis, quæ eriam quæ talis specialiter sit apta manifestare perfectionem Dei, v. g. ejus Sapientiam practicam quæ Deus constitutus exactissimus artifex & architectus:

Subsumo, atqui si Deus posset ordinem rerum quocunque incepto modo (exempla supra deditus) disponere, hujusmodi dispositio non solum nullam divinam perfectionem manifestaret, sed potius vnicè impelleret intuentes hujusmodi confusionem rerum ad judicandum quod hujus confusionis auctor vel ignoraverit, quo ordine res quavis esset ponenda, vel voluerit incepire & nugari. ergo impossibilis est hujusmodi arbitria rerum creatarum dispositio & confusio.

463. Scio responsionem solennem esse, hujusmodi confusionem posse servire & intendi ad Deo ad demonstrandum suum absolutum & perfectissimum Dominum, vel Omnipotentem. Ego tamen huic responsioni non possum acquiescere: ad quam proinde eryandam

464. Observandum est, quod major perfectio Dominij non sit desumenda ex eo, quod quis possit circa rem suam plures actiones exercere, quam potius aliud ex defectu potentia physica: sic qui procul distat à suo fundo, non potest exercere illos actus, quos potest aliud suo fundo praefens, & tamen alter non est minus dominus: idem dic de eo qui non potest bibere suum vinum, aut videre suas imagines, quarum est Dominus. Eodem modo si quis est imperfabilis, sicut fuit Christus, non potest exercere circa suas pecunias operationes illicitas v. g. prodigalitatis quas potest aliud, & tamen ex hac impotencia non inferatur defectus aliquis dominij: Ratio est, quia dominium vnicè diminuitur ex hoc, quod aliud habeat jus in tali re, & vigore hujus juris possit alteri reddere vsum aliquam illicitum aut etiam invalidum. Hoc observato evanescit data responsio. Si enim Deus ideo solum non potest incepere disponere res creatas, ut habeant intrinsecam deformitatem, quia hoc dedecet ipsius Bonitatem & Sapientiam, jam non minitur perfectio Dominij, quia haec impossibilitas non inducitur ab alieno jure Deum obligante, sed ab ipsa perfectione Dei: ergo ad perfectionem Divini Dominij incepere requiritur, posse in disponendis & confundendis rebus creatis incepere.

465. Aequè parùm satisfaciunt, qui dicunt, tales rerum deordinationem, ostendere specialiter Omnipotentiam Dei. Hi sanè non advertunt, quod Omnipotentia Dei aliud non sit quam voluntas Dei; & haec duo: Possit aliquid facere, & posse velle. in Deo esse idem; adeo ut graves Doctores existimant, ne quidem ratione ratiocinata distingui: illi vero qui sic distinguunt volunt, factentur tamen, quod Omnipotentia Dei, sub formalí suo conceptu, sit subordinata voluntate, & quasi merum Medium ad consequendum finem. Quapropter illud solum potest facere Omnipotentia Dei, quod Deus potest velle: ergo priusquam statuat, an Deus aliquid facere possit, videndum & examinandum est, an deceat Deum illud velle: ergo ostendere suam Omnipotentiam, aliud non erit, quam ostendere, se aliquid posse velle & reipsa velle. Ulterius, Deus non potest velle,

velle, nisi cegnoscat practicè, objectum tale esse bonum, hoc est, aptum ad manifestandum perfectionem divinam; hæc autem perfectio non potest præcisè esse: posse esse voluntum: non enim ideo objectum est Bonum, quia est volibile, sed ideo est, & cognoscitur esse volibile, quia est & cognoscitur esse bonum: ergo Sapientia practica Dei non proponit objectum præcisè bonum hoc sensu, quod sit volibile, sed sub aliâ ratione bonitatis, quæ est radix Volibilitatis: sic Genesis 1. dicitur Deus videlicet cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, quos sensus viriæ non est: & erant valde volibilia, seu apta manifestare, quod Deus illa poterat velle: ergo semper debet esse assignabiliis alia Bonitas, apta ad manifestandam aliter perfectionem Dei, quam præcisè, quod sit volibile: alioquin de Deo dixisset Poëta: est pro ratione voluntas, quod declaratur S. Augustinus lib. 9. de Gen. ad litt. c. 7. Negre enim, inquit, Potentia (nempe Voluntas univaria est, sed Sapientia virtute Omnipotens est.

466. Patendum itaque est, quod plurius rerum copulatio à Deo solum & unicè possit intendi, in quantum servit ad manifestandam Sapientiam Dei, relictum in artificio; huic autem manifestationi obstat quæcumque deformitas: est autem deformitas, quoties leges & exigentiae coordinationis debite ita negliguntur, vt in ordine ad decorum univerbi non compenfentur: quare si Deus sine compensatione negaret causis creatis suos effectus debitos, non tam Sapientis, quam imperiti artificis argumentum daret, vt agnoverit etiam D. Thomas 1. contra Gentes c. 81. n. 4. Sapienti, inquit, Voluntas ex hoc quod est de causa (hoc est ex eo quod velit causam) est de effectu, quæ ex causa de necessitate sequitur: stultum enim est, velle solē existere super terram, & non esse dei daritatem. Idem S. Thomas c. 96. n. 2. comprehendit paucis ea quæ paulò ante diximus. Voluntas Dei, inquit, in alia à se fertur, in quantum vult amando suum esse & suam Bonitatem, vult iam diffundi secundum quod possibile est, per similitudinis communicationem, hoc autem est bonum unicuique rei, vt similitudinem divinam partipet: igitur Deus unicuiusque rei vult bonitatem.

467. Confirmatur à paritate. Sicut Veracitatem Dei necessitat Deum ad non facienda Miracula & alia signa credibilitatis in favorem Articuli fuisse, quia dedecet Veracitatem Dei, Articulum falsum reddi eā summa fide credibilem, quā potest reddi creditibilis articulus verus, ita Sapientia divina necessitat Deum ad nihil faciendum ejusmodi quod si fieret ab aliquo potente despere, esset argumentum actualis insipientia exercitare; cuiusmodi argumentum esset profectò talis deformitas univerbi; quemad supra descripsimus, & quam possibilem esse dicunt adversarij. Et sicut ad Veracitatem Dei pertinet, non loqui nisi adhibitis talibus signis, quæ prudenter suadeant Veracitatem Dei per hujusmodi signa defacto exerceri, adeoque mereatur reverentiam per assensum, ita ad Sapientiam Dei pertinet, non operari ad

extra, nisi taliter & talia, quæ ostendant Sapientiam Dei in hujusmodi operibus exerceri, vt exciter ad sui reverentiam per assensum & admirationem.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

468. Objicitur 1. S. Augustinus lib. 26. contra Faustum c. 3. Deus, inquit, creator & conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus & ordo nature. R. Hæc verba potius nostra sententiaæ favent, nisi adversarij velint, quod S. Augustinus omnes Leges rebus creatis inditas neget, quod tamen ab ipso alienissimum est. audiamus ipsum lib. 9. de Genesi ad litt. c. 17. & 18. vbi declarat discrimen inter effectus naturales & supernaturales. Omnis iste, inquit, naturæ ystatissimus cursus habet quasdam naturales leges suas, secundum quas & Spiritus vita qui creatus est, habet quosdam appetitus suos determinato quodam modo &c. & elementa mundi hujus corporei habent definitam vim qualitatemque suam, quid vnumquodque valeat vel non valeat, quid de quo fieri possit vel non possit &c. Super hunc autem motum cursumque rerum naturalem, potestas creatoris habet apud se posse de his omnibus facere aliud, quam eorum quasi semifinales rationes habent &c. Alius ergo est rerum modus quod illa herba sic germinat, illa sic, illa etas parit, illa non parit, homo loqui potest, personus non potest: horum & talium modorum rationes non tantum in Deo sunt, sed ab illo etiam rebus creatis inditæ atque concretae.

469. Objicitur 2. Repugnat per solam liberalitatem exercitam inferri donatori necessitatem amplius beneficiandi: quia liberalis donator non plus gravatur, quam sponte velit: ergo potest Deus esse liberalis producendo creaturas absque eo, quod inde gravetur ad ulterius beneficiendum, conferendo ea que exiguntur à creaturis, & quibus indigent. R. Distinguendo antecedens, si prior liberalitas fieri possit per voluntatem quæ non sūt essentialiter etiam volitio posterioris, concedo antecedens: sic qui ducit uxorem, quamvis liberè ducat, obligatur tamen postea ad praestandos actus Matrimonio annexos, quia voluntio Matrimonij est formalissime voluntio obligatoria ad actus illos, infertque necessitatem vel illos ponendi, vel peccandi, nisi conjunx obligationem remittat. item qui donat alteri fundum, tenetur eum postea tradere, non deteriorare. Pari modo, potest quidem Deus nolle creare mundum, sed non potest eum velle nisi voluntate ordinante creaturas ad gloriam suam; cum sic ordinari sit de essentia creaturarum, necessitaturque ad eas sic gubernandas, quo modo sunt aptæ conducere ad gloriam Dei: hæc igitur necessitas non tam tendit ad praestandum debitum creaturæ, quam quod Deus debet sibi ipsi ob infinitam suam perfectionem, cui repugnat aliquid indecenter

center fieri, fundaturque in necessitate creaturarum, ut aliter esse non possiat, nisi quatenus apte sunt manifestare Sapientiam & Bonitatem Dei, ut declaratum est.

470. Confirmatur responsio ex D. Thoma 2. contra Gentes c. 30. n.4. Scendum est, inquit, quod si rerum creatarum universitas consideretur, prout sunt à primo principio, inveniuntur dependere ex voluntate non ex necessitate principij, nisi necessitate sup-

positionis: si vero comparantur ad principia proxima, invenientur necessitatem habere absolutam; nihil enim prohibet, aliqua principia non ex necessitate produci, quibus tamen positis de necessitate sequitur talis effectus. Similiter autem quod tales rerum naturae à Deo producerentur, voluntarium fuit, quod autem ei statutis aliquid proveniat vel existat, absolutam necessitatem habet.

C A P V T . V.

DE PRÆDESTINATIONE SALVANDORVM, ET REPROBATIONE DAMNAN- DORVM.

CONTROVERSIA I.

An salvâ Libertate nostrorum actuum possint à Deo ijdem Actus prædefiniri.

471. Status questionis est, an Deus possit circa nostros Actus Liberos Bonos elicere tale Decretum; Quia video (per Scientiam Medium) quod si Petrus haberet auxilium A. quo illuminaretur ad actum Charitatis, eliceret actum Charitatis, ideo ad hunc actum obtainendum decerno Petro pro tali instanti auxilium A. hoc decretum vocatus Prædefinitio, & esset causa actus primi proximi, & mediante hoc esset etiam causa ipsius actus secundi, & ex suo modo tendendi esset essentialiter connexum cum tali actu futuro pro tali instanti. Ratio dubitandi est, quia tali decreto videri posset lèdi humana libertas, ad hanc enim spectare videtur, ut omnia quæ præcedunt ut causa, sint indifferentia ad actus oppositos, & cum vtrovis conjungibilia.

472. Prima Sententia negat has Prædefinitiones esse possibles. Ita senferunt quidem innominati Theologi apud Suarez. Opusculo 1. lib. c. 16. n. 3. Eadem Sententia tribuitur Vasquezio ab Arriaga disp. 8. de Animâ s. 3. quasi eam docuisset hic disp. 99. c. 4. sed immerito, prout etiam observavit Fallosus hic a. 4. dubit. 4. Vasquez enim solùm negat illas Prædefinitiones, quæ sint independentes à Scientia Media, & in reipsa essent physica Prædeterminatio, lœdens libertatem; verba Vasquez sunt hæc. n. 25. *Quod spectat ad Prædefinitionem Dei non prævisa prædeterminatione nostrâ etiam sub conditione, jam satis explosta est, ex ea enim sequi videtur necessitas non tantum sequens aut comitans, sed precedens, quâ quidem nostram libertatem omnino lœdi satis superque ostensum est.* Prædefinitiones acriter impugnat Valentinus Heritze disp. 23. c. 6. 14.

473. Secunda & vera Sententia affirmat omnes nostros bonos actus à Deo sic prædefiniri.

Probatur imprimis Authoritatem S. Augustini, libro de Prædestination. S. S. c. 10. Fidei, inquit, & Charitatis opera, quæ per Dei gratiam fuerint prædestinata, recte prædefinita dicuntur Authoritate Apostoli: *Creati in operibus bonis quæ preparavit Deus.*

Consentit Augustinus D. Thomas in eundem locum S. Pauli. *Nihil enim, inquit, aliud est Prædestination, quam præparatio beneficiorum Dei, int̄ quæ beneficia computantur & ipsa opera nostra. Dicitur autem Deus nobis aliqua præparare, in quantum disponit se daturum nobis.*

474. Accedit Fulgentius lib. 1. ad Monim. in eundem locum S. Pauli: *Sicut, inquit, Salomon dicit, quia preparatus voluntas à Domino, sic etiam bona opera nostra Paulus à Domino afferit præparata, hoc est in prædestinatione disposita &c. sicut ergo præparata est per prædestinationem voluntas à Domino quâ bonum velimus, sic etiam opera bona præparavimus Deus, ut in illis ambulemus.*

475. Declaratur nunc Conclusio in exemplo. Posset mihi Deus revelare, quid si esset petiturus eleemosynam à Petro, esset mihi eam daturus ex amore Dei: quâ revelatione habita possem ego ex intentione promovendi occasionaliiter meritum Petri, petere ab eodem eleemosynam: quo casu nemo diceret, quid mea petitio tolleret Petro libertatem dandi eleemosynam, & tamen mea petitio procederet ex intentione & cognitione infallibiliter connexis cùm datione eleemosyna quatenus nimurum penderent à divina revelatione: ergo nec prædefinitio divina tollit libertatem actuum prædefinitorum.

476. Ratio

476. Ratio à priori est: quia ad Libertatem actus solum requiritur, ut ea quæ se tenent ex parte actus primi proximi, & quæ sunt inimicitalibilia, sint indifferentia ad actus oppositos: atque Prædefinitionis divina nihil variat actum proximum qui substat Scientiæ Mediae, quique ita videtur à Scientia Media conjugendus cum consensu, ut simul à Scientia simplicis intelligentia videatur conjugibilis cum actu opposito, seu cum dissensu: ergo Prædefinitionis nihil præjudicat libertati.

477. Ratio vltior est, quia sicut ipsa Scientia Media, ita etiam Prædefinitionis actus per hoc determinatum auxilium est simpliciter impossibilis à libertate creata, quæ posset facere, ut datur Scientia Media opposita, & sic effet impossibilis Deo prædefinitionis actus: id autem quod est impossibile ab arbitrio, non lèdit libertatem, quantumvis tempore präcedat, & sit essentialiter connexum cum consensu, quia non reddit (in sensu diviso) impossibilem actum oppositum.

478. Obiectio principalis est hæc: Prædeterminatio physica Thomistarum ideo lèdit libertatem, quia präcedit actum, & habet infallibilem connexionem cum actu tanquam suo effetu: sic enim excludit potestatem ad actum contrarium: atque Prædefinitionis etiam effet prior ipso actu, & effet causa ipsius saltem mediata & remota: haberetque infallibilem connexionem cum actu secundo: ergo non minus lèdit libertatem.

479. Hoc tamen argumento non debuisset vni P. Valentinus Herize, p̄cipiuſ adverſariuſ Prædefinitionis. Nam disp. 23. c. 13. & 14. pro certo ſupponit, D E V M confeſſare ſalvandis efficacia auxilia ex ſpeciali benevolentia, quod explicat hoc modo. Suppoſitam Scientiæ Mediae de conſenſu ſub conditione futuro, ait, D E V M habere ſpecialē complacentiam inefficacem (hoc eft, quia non neceſſariò infert collationem illius auxilij) de illa congruitate auxilij jam cognita; deinde D E V M velle dare efficaciter illud auxilium per voluntatem complacentem ſimil inefficaciter in auxilij congruitate, adeoque hanc voluntatem effe quidem efficacem refpectu auxilij prout abſtrahit à congruitate, non tamen effe efficacem amorem refpectu ipius congruitatis, ſed tantum inefficacem. Vlterius n. 170. docet, hanc voluntatem effe indiſſibiliter terminatam ad entitatem auxilij & ejus congruitatem, & hunc indiſſibilem refpectum ad vtrumque, effe omnino abſtrandum, nec sine illo poſſe defendi aut intelligi ſpecialē benevolentiam D E I erga prædefinitionis.

480. In hac D E I voluntate retorquemus in adverſariū totum illius argumentum: eft enim hac D E I voluntas ex ſe talis, ut cum illa non poſſit conjungi diſſensu, eft infallibiliter connexa cum consensu futuro, non minus quam prædefinitionis: deinde eft etiam cauſa remota ipius conſenſu, quia cauſat ipſam entitatem auxilij:

ergo nihil eft difficultatis in prædefinitionibus, quod in hac D E I voluntate non habeat locum.

481. Prævidit auſtor hanc retorſionem, & n. 192. conatur dare diſparitatem, dicens, Voluntatem illam D E I habere quidem neceſſariam connexionem cum noſtro conſenſu, non tamen quatenus eft cauſa, ſed quatenus ſupponit Scientiam Medium de conſenſu futuro. Verūm hac ratione non declinat adverſarius retorſionem, & doctrinæ conſequentiā non tenet. Dividit enim in Voluntate D E I duos reſpectus, doceſque, hanc ipſam Voluntatem confeſſandi hoc auxilium ſecundūm physicam entitatem auxilij, fore Voluntatem auxilij incongrui, ſi non preeſiſlet Scientia media de congruitate hujus auxilij: quæ doctrina eft contraria illi, quam tradiſerat n. 170. nempe eſſe vnum indiſſibilem reſpectum ad vtrumque.

482. Deinde ex hac reſponſione ſequitur, D E V M non dare auxilium congruum ex ſpeciali benevolentia, quæ ſit adæquatè ipſa Voluntas dandi auxilium, ſed in hac benevolentia includi ipſam Scientiam Medium: Quapropter complexfum ex voluntate & Scientia Media eft quid antecedens ad actum liberum, & cauſa infallibiliter connexa cum eodem, & ſic reſtituſio argumenſi, ut jam pridem adverterunt Arribal, Luogo, Arriaga.

483. Placet h̄c obiter advertere, doctrinam hanc P. Herize quatenus decretum benevolentiae vult eſſe complexum ex voluntate indiffeſſente ad conſenſum & diſſenſum, & ex Scientia Media, placuisse etiam P. Arriaga d: 37. n. 17. & quod magis miror, P. Antonio Perez d: 4. de Providentia D E I c. 2. qui inde inferit, decretum Prædefinitionis non dirigi à Scientia Media, nec hanc habere ad decretum D E I vllam prioritatem à quo. Ad hæc afferenda adducet eft hic author, quod non videſet alium modum defendendi indiffeſſentiam vlliū decreti divini ad actus oppositos: exiftit mansu hujusmodi indiffeſſens decretum eſſe, quod nos ſuprā examinavimus, & diximus vel nullum hujusmodi indiffeſſens decretum dari, vel illud eſſe conditionatum, & p̄cedere Scientiam Medium.

484. Eandem ſententiam P. Herize aliquando ſecutus eft Cardinalis Pallavicinus Libello de Gratia à n. 41. Verūm, ut ab alijs intellexi, ab ea deinde receſſit, & merito; nam ut ex ſeclarum eft, affectus benevolentia non eft, niſi dicat: volo dare hoc auxilium, quia video eſſe congruum, nec potest intelligi ſine formalifimo refpectu tum ad ipſam congruitatem, tum ad Scientiam Medium, proponentem illam congruitatem ut eliſibilem in bonum illius cui datur.

485. Praterea illa ſententia P. Herize eft contra mentem D. Thomæ q. 6. de Veritate a: 3. in C. Non, inquit, potest dici, quod Prædefinitionis ſupra certitudinem Providentiae nihil aliud addat niſi certitudinem Praefcientie, ut ſi dicatur, quod Deus

ordines prædestinatum ad salutem, sicut & quilibet alium; sed hoc de prædestinato sit, quod non deficit à salute: sic enim dicendo non diceretur prædestinatus differre à non prædestinato ex parte ordinis, &c. legitur priora & posteriora ejusdem verba, & factis constabit, S. Thomam ponere prædestinacionem in decreto habente intrinsecum ordinem ad salutem salvandorum.

486. Ad objectionem respondeo directè negando paritatem inter Prædefinitionem actus, & Prædeterminationem physicam: hæc enim, prout assurit à suis authoribus, teneret se ex parte actus primi proximi, & in nullo statu præsupponeret actum futurum, essetque omnino inimpedibilis à voluntate prædeterminata, & ideo, si daretur, laederet libertatem, quia non relinquenter potentiam proximam indifferentem ad actus oppositos. At verò Prædefinitione est causa remota, præsupponens Scientiam Medium, adeoque sicut hæc, ita etiam Prædefinitione actus boni, per auxilium hoc determinatum, est impedibilis ab arbitrio creato; & sic relinquit indifferentiam ad oppositum, ut suprà declaratum est.

487. Objecies. 2. Positâ prædefinitione, non possum non consentire: sed ista suppositio est antecedens: ergo necessitas consentiendi est antecedens: sed hac tollit libertatem: ergo. q. Negando minorem; est enim suppositio & necessitas consequens, cum habeat suam infallibilem connexionem dependenter ab ipso consensu sub conditione futuro, sine quâ hypothesi non haberet infallibilem connexionem.

488. Objecies. 3. S. Damascenum, qui libro. 3. Orthodoxa fidei c: 30. sic habet. *Illud scire interest, DEVVM omnia quidem præscire, sed non omnia præfiri; præscit enim etiam ea que in nostra potestate atque arbitrio sita sunt, at non item ea præfinit.* q. Ex contextu apparere, quod nomine Prædefinitionis, intelligat Prædeterminationem physicam, qui Terminii Scholastici tunc temporis non erant in usu. Contextus, inquam, hoc ostendit. *Nec enim, inquit, virtutum admitti vult DEVVS, nec rursus virtuti vim afferit.* Ceterum ibidem paulò post satis clare admittit prædefinitionem quoad rem ipsam, dum ait, *DEVm juxta suam Præscientiam omnia in bonitate ac justitia sua prius decrevisse.*

489. Objic: 4. Si DEVs possit prædefinire actus bonos, possit etiam prædefinire actus malos, vel saltē actus bonos qui præsupponunt actus malos, ut pœnitentiam Davidis &c. Consequens est absurdum, quia sic DEVs diceretur intendere peccatum, & per consequens esse Author illius. q. Multos esse qui absolute admittant, posse DEVm prædefinire pœnitentiam ne cum viso peccato, ut Molina, Granadus, Ruiz, Arriaga, Esparza. Alij cum Suarez & Vasquez negant: inter quos tamen Authores quoad rem ipsam non potest esse differentia, sed solum in modo loquendi. Convenient enim inter se,

quod decretum permisivum peccati ex amore pœnitentiae secutura, non sit illo modo electio positiva peccati, nec etiam sit electio Auxilij ineffacis quâ talis, quasi DEVs diceret. *Volo fieri pœnitentiam, quam ut obtineam, procurabo peccatum, dando gratiam A. quia video illam fore incognitam.* Hujusmodi decretum modisq[ue] tendendi admitti non debet; argueret enim, *Deo magis placere eventum peccati, quam oppositum.* Econtrario admittunt idem, decretum permisivum peccati aliquo modo ferri in pœnitentiam ut in finem, quia procedit ex Scientia Media illius ut secutura, & ideo DEVs permitit peccatum, quia videt se inde posse elicere aliud magnum bonum, nempe pœnitentiam, vel vindictam, &c. si ergo habet hanc tendentiam vocare Prædefinitionem, erit quæstio de vocabulo. Mihi placet modus loquendi Card. de Lugo, vocantis eam Prædefinitionem virtualem.

490. Difficultas est in declarando, quomodo hujusmodi permisio non arguar etiam desiderium seu amorem peccati, utpote modis necessarij ad bonum illud obtinendum, ex cuius complacentia permittitur malum peccati.

Distinguendum est inter motivum directum & indirectum. Directum est, quod ita intenditur efficaciter, ut simpliciter & absolutè h[oc] & nunc gratius sit illud bonum obtineri, quam non obtineri; & in hoc sensu negandum est, bonum pœnitentiae vel vindictæ posse esse motivum antecedenter ad peccatum commissum: cum enī peccatum sit prohibitum, gratius est Deo, non ponit peccatum, & sic etiam impediti pœnitentiam, quā ponit peccatum & pœnitentiam. Motivum indirectum est, quod se habet tanquam motivum removens prohibens, hoc est, quod in estimatione sui facit, ut malum quod permititur, non adeo curetur, eo quod tali bono securu[m] compensetur, quamvis simpliciter gratius esset, si malum quod permititur, non ponatur. Postquam ergo DEVs per scientiam medianam videt, quod si Petrum constitueret in talibus circumstantijs, peccaret, postquam verò peccatum, & haberet auxilium A. ageret pœnitentiam, & deinceps cautor ac humilior esset, tunc placet Deo illud bonum pœnitentia, & cauta, & removet quasi, seu reprimit vim peccati, quam habet aliquin ad absterrendum ne Deus illud permittat, & sic ponitur permisio peccati, quamvis DEVs simpliciter mallet non ponit peccatum. Finis ergo modisq[ue] tendendi hujus actus non reæ exprimeretur his verbis: *Placet fieri peccatum, ut obtineatur bonum pœnitentia;* sed sic exprimendus est. *Non obstante peccato ponam Petrum in his circumstantijs, quia sequetur pœnitentia.*

CON-

CONTROVERSIA II.

An Prædestinatione Sanctorum facta sit
ante prævisa merita.

§. I.

Referuntur sententiae.

491. Hec fuit ante hac celeberrima quæstio, vix in re ipsa maneat dissensio inter Recentiores. Triplex omnino generatim est sententia: Prima docet, aliquos eximiū sanctos fuisse prædestinatos ante prævisa merita, reliquos vero post prævisa merita. Ita Catharinus, cui catenus accedit Leffius, quatenus Beatam Virginem Dei Matrem solum excipit, & Herize, qui insuper excipit Apostolos.

492. Secunda sententia docet, simpliciter & sine exceptione omnes esse prædestinatos ad gloriam post prævisa merita. Sub istis Terminis Prædestinationem asserunt Vasquez, Beccanis, Prepositus, Hakerus, Monzaeus, Gamaeus, Cornelius à Lapide, Derkennius, Componus, & vniuersum (quantum scio) omnes Belge.

493. Tertia sententia absolutè docet, omnes esse prædestinatos ante prævisa merita. Sub histerminis est sententia haec admodum communis. Ceterum Authores hujus tertie sententiae sunt iterum inter se divisi. Suarez & cum eo plures, ponunt Prædestinationis Decretum proflus abolutum, hoc est, sine vlla alligatione ad certa Media, sed vagum, & adhuc præscindens à Medijs, quasi Deus in primo signo dicat: *Volo Petrum salvare, adeo ut vi hujus decreti Deus fuerit necessarius*. pro signo posteriore ad procuranda Petro media efficacia; ac proinde si ea quæ defacto accepit, Petrus fuisse prævisus respuere, debuisset Deus eligere alia & alia. Et hic est ille scopulus, ob quem hac sententia plurimis, & mihi quidem semper, visa est incredibilis, ob rationes infra deducendas.

494. Ideo Recentiores jam communiter ita defendunt Prædestinationem ante prævisa merita, vt (loquendo de Prædestinatione ordinaria) dicant eam factam esse cum alligatione ad certa media, quæ si non fuissent prævisa fore congrua, et nihilominus dederit; & per consequens ille qui defacto prædestinatus est, si non fuissest per sententiam medianam prævisus benè vsurus his medijs, fuissest reprobus, & econtra, qui defacto reprobus est, si fuissest prævisus benè vsurus his medijs, et nihilominus accepisset, & per illa prædestinationis fuissest.

Vnde te attentiū inspectā, hi authores vix differunt in re ipsa secunda sententia, vt etiam agnoscat Derkennius: Nam Vasquez cum suis, vitro fatur, neminem salvari sine speciali benevolentia ordiuante hominem ad salutem ante o-

mnia merita visa, & hoc sensu omnes prædestinari virtualiter ante prævisa merita, sed cum alligatione ad media determinata, vt modo declaratum est.

495. Ex suprà disputatis de Vnico Decreto Intentionis & Executionis, & virtuali Indistinctione decreti à Visione meritorum, nobis dicendum est, realiter loquendo nec ante, nec post merita visa factam esse prædestinationem, sed per decreta ipsissimum prædefiniens merita omnes prædestinatos esse, ita vt per illud ipsu[m] decretum, & in illo ipso videantur existere merita, & gloria intenta. Quia verò jam sèpius diximus, nostro concipiendi modo posse signa multiplicari, pro multiplicatione actuum humanorum: & quia in homine voluntas efficax rei precedit cognitionem existentiae rei, (nam volitus est causa rei existentis, & res existens est causa cognitionis) hinc fit, quod in D[omi]no etiam concipiamus cum aliqua prioritate decretum prædefiniens & prædestinans ante cognitionem existentiae meritorum & merita concipiamus prius existitura, quam à D[omi]no cognoscantur. Propter hunc concipiendi modum vocamus Prædestinationem ante prævisa merita, & hoc sensu deinceps semper loquemur.

§. II.

An sit in D[omi]no Intentio & Decretum finis, nempe Glorie, præscindens à determinatis medijs.

496. Affirmat Suarez, afferens in posteriore primū signo D[omi]no per aliud decretum eligere determinata media. Consentit Arriaga. disp. 36. s. 7. præserit n. 76.

497. DICO, repugnare, quod D[omi]n[u]s intendat aliquem finem præscindendo à determinatis medijs. Ita Herize, & ex professo Granaeus tr. 5. disp. 8. n. 7. & 8. Probatur. Quando in agente libero adest omnis scientia, quæ potest in consultationem adhiberi circa electionem mediiorum, nec adest ullum periculum errandi, aut incurriendi aliud incommodum, tunc nemo prudens decernit finem determinatè, media vero indeterminatè, ita vt suspendat determinationem mediiorum, & primum postea determinet media: ad quid enim quælo hæc suspensio conducere posset, quando nec potest supervenire nova confederatio aut scientia, nec est periculum errandi? non enim alia prudens causa esse potest suspendingi determinationem mediiorum, nisi quia adhuc circa media aliqua deliberatio instituenda est & aliquid examinandum quod necdum satis perspicitur prout etiam supra dictum est, cap. 4. Contr: 2. §. 1. Atqui in D[omi]no, ante primum decretum, jam adest omnis scientia que potest servire ad determinationem mediiorum, nec est periculum vilius erroris aut incommodi incurriendi ex aliqua præcipitantia aut inconsiderantia: ergo non est possi-

est possibilis in Deo hujusmodi Intentio finis, ut præscindat à determinatione mediorum, & horum determinatio in posteriore signo ponatur.

498. Objicit Arriaga & dicit, Deum de facto habuisse decretum disjunctivum, quando præcepit, vt offeretur vel pars Turturum, vel duo pulli columbarum. q. instantiam hanc non esse ad rem præsentem. vtique potest Deus plura disjunctivæ præcipere, ita ut determinatio relinquatur alterius arbitrio: nostra autem quæstio est de determinatione facienda immediate post ab ipso Deo. Alia objectio solvetur infra §. 6.

§. III.

Specialis benevolentia DEI ante omnia merita erga omnes prædestinatos afferitur.

499. Hanc specialem benevolentiam negâsse dicitur Leonardus Lessius de Prædestinatis Angel: & hominum s. 2. &c. 5. quatenus docuerat, Deum in prædestinanda gratia pro electis, non seligere gratias congruas ab incongruis, sed generatim tam electis quam reprobis destinare gratiam sufficientem, quam si quis sua cooperatione reddat congruam, habitâ perseverantia usque in finem, hoc ipso erit electus. Ego existimio, mentem P. Lessij aliam fuisse, quam verba præferunt, & communiter intelliguntur; & videtur mihi solùm voluisse contra Suarezium negare illam extraordinariam specialem Benevolentiam, quam Deus ita ferretur in prædestinatos, ut si hac auxilia respuerent, alia & alia eligeret, qualem Benevolentiam erga reprobos utique non haberet, alioquin omnes salvarentur: ceterum in alio sensu non credo Lessium negâste specialem Benevolentiam, quatenus prædestinatus dat hæc auxilia, qua videt fore congrua, quamvis iisdem alligaverit salutem eorumdem. Colligo hoc imprimis ex eo, quod pro se citet Vasquezum & Molinam, qui tam specialem Benevolentiam admiserunt. Clarius idem Lessius suam mentem aperuit lib. 14. de perfectionibus divinis cap. 2. n. 53. Verum, inquit, quia Deus per Scientiam conditionatam sciebat, per quam gratiam quisque esset perseveratus, & per quam non perseveratus, quisque NB. singularis beneficij loco ducere debet, si eam gratiam a Domino accipiat, per quam sciebatur perseveratus: cum Deus aliam illi dare posset, per quam noverat non perseveraturum. Idem dicendum de conversione & alijs bonis operibus. Vnde NB. hanc gratiam semper petere debemus. Hac P. Lessius, quæ adeo sunt consona explicationi modernæ Theologorum, ut eorum ore locutus videri posset. Itaque sicut Molina & Vasquez, ita Lessius nunquam videtur negare voluisse specialem Benevolentiam paullò pôst explicandam, sed illam Suarezij, quâ nimis non alligaretur salus prædestinatorum Medijs ordinarijs: quod quidem in Molina & Vasquez etiam observavit P. Arrubal. disp. 73. c. 2. n. 8. & seqq. Videatur ipse Vasquez disp. 98. c. 3. & 6. n. 38. & 39.

500. Dicendum est; Deum omnes prædestinare ante prævisa merita, prædefiniendo Actus illorum, eosque ordinando ad gloriam et speciali Benevolentia, propter specialem scilicet congruitatem auxiliorum, qualem non habent auxilia quæ dantur reprobis, non quidem ex intrisco defectu auxiliorum, sed ex defectu consensu sub conditione non prævisi futuri.

501. Probatur 1. Ex Concilio Tridentino, sess. 6. can. 16. vbi dicitur: *Si quis magnum ilud usque in finem perseverantia bonum &c. Ecce: bonum perseverantia vocatur magnum bonum. atque magnum bonum in ratione boni debet procedere ex affectu illius boni quâ bonum alteri est, cui illud volumus: ergo supponit Tridentinum Concilium quod bonum perseverantia detur ex benevolo affectu, quia bonum est illi cui datur. Minor propostio est omnium mentibus insita, & cam eleganter expresit Seneca c. 6. de Beneficijs. Itaque, inquit, non quid fiat, aut quid detur, sed quâ mente; quia beneficium non in eo quod sit aut datur, consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo.*

502. Probatur 2. Testimonij Sacra Scriptura, quorum aliqua admodum clara sunt, attenta Sanctorum Patrum interpretatione. Primum est Jo: 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Tractio hæc est vocatio efficax, quod vero ex speciali affectu tribuatur, exposuit S. Augustinus, dicens. *Trahitur ergo misericordis modis ut vellet, ab illo qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines noientes credant, sed ut volentes ex noalentibus fiant.* Secundus locus est ad Rom. 9. *Cujus vult miseretur, & quem vult inducat.* In quem locum S. Augustinus lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. prope medium, de reprobis sic ait. *Si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo ipsis aptum esset, ut & moverentur & intelligent, & sequentur: cum autem miseretur, sic eum vocat, quo modo scit ei congruere, vivocantem non respuat.*

503. Tertius locus est ad Eph. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in Charitate, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositionem voluntatis sua in laudem gloriae gratiae suæ.* In quem locum S. Augustinus de Prædestinatis SS. c. 18. Non ergo, inquit, quia futuri eramus, sed ut essemus: nempe certum est, nempe manifestum est: ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipsi prædestinans, ut tales per gratiam ejus essemus. & cap. seq. *Non quia credimus, sed ut credamus, elegit nos, ne priores illum elegisse dicamus, saltemque sit, quod absit, non vos me elegistis, sed ego elegi vos: nec quia credimus, sed ut credamus vocamus.*

504. Eodem modo interpretatur illum locum S. Hieronymus his verbis. *Non enim ait Paulus: Elegit nos ante constitutionem mundi, cum essemus sancti & immaculati, sed elegit nos, ut essemus sancti & immaculati: hoc est, qui sancti & immaculati ante non fuimus, ut postea essemus.* Quartus locus est Joan. 4. *Hoc est voluntas Patrius, ut omne quod dedit mihi,*

mibi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. In quem locum S. Augustin. de corrept. & grat. c. 9. post init. Hi, inquit, Christo intelligentur dari, qui ordinatus sunt in vitam eternam. ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit: ac per hoc nullus illorum ex bono in malum vocatus finit hanc vitam, quoniam sic est ordinatus, & ideo Christus datus, ut non pereat, sed habeat vitam eternam.

509. Quintus locus est, ad Rom. 9, quo capite totus est S. Paulus in commendanda misericordia & dilectione speciali erga salvandos, quam potissimum declarat in exemplo Jacob & Esau, adeo ut hos duos fratres typum gesuisse Prædestinationis & Reproborum putet esse de fide P. Tannenius hic, n. 18. sic ergo loquitur Apostolus. Cum enim nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret) non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia major servies minori, sicut scriptum est: Jacob dixi, Esau autem odio habui.

510. Ultimus locus sit Matth. 24. vbi Christus loquitur de futura Tyrannide Antichristi, dicens: sed proprii electi breviabuntur dies illi. ne scilicet in errorem inducantur.

Probatur Conclusio 3. Authoritate sanctorum Patrum, ac præsentim S. Augustini, quam in hoc puncto tanti momenti esse multi existimant, ut reprehendatur Catharinus, quod falsus sit, se à S. Augustino dissentire; quemque pro nostra sententia citant S. Thomas, Scotus, Albertus, Egidius Durandus. Verum de hac Authoritate aliquid amplius inferius dicam, nunc ejus verba referamus, quae nostra sententia communiter afferuntur.

511. Itaque libro de Prædest. Sanctorum c. 8. loquens de gratia efficaci, quam habent omnes qui veniunt ad Christum, sic ait. Hæc gratia, quæ occulè cordibus tribuitur, à nullo duro corde refutatur, ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus afferatur. &c. 6. sic dixerat. Multi audiunt verbum veritatis, sed alij credunt, alij contradicunt; volunt ergo isti, volunt autem illi, quis hoc ignorat? sed cum alijs preparetur voluntas, alijs non preparetur, discernendum est quid veniat de Misericordia, quid de Iudicio. Lib. de concept. & grat. c. 7. Quicunque ergo ab illa originali damnatione ista divine gratia largitate discreta sunt, non est dubium, quod & procureretur eis audiendum Evangelium, & cum audiunt, credunt, & in fide, que per dilectionem operatur in eis, quia a misericordie operatus est eos, qui & elegit illos in Filio suo ante constitutionem mundi per electionem gratiae: Si autem gratia jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.

512. Eodem lib. c. 9. Quicunque in Dei prædictissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, iustificati, sanctificati sunt, etiam nondum nati jam filii Dei sunt. Ecce! quam pulchro ordine posuerit actus divinos, primo Præscientiam, nempe conditionatum: & directivam decreti prædestinationis 2. Decretum Prædestinationis. 3. Vocationem in tempore faciendam. 4. Justificationem consequentem. 5. Sanctificationem.

513. Ulterius c. 12. circa principium. Nunc vero, inquit, sanctis in Regnum Dei per gratiam Dei prædestinati, perseverantia ipsa donatur. & c. 13. Numerus ergo Sanctorum per Dei gratiam Dei regno prædestinati, donata sibi etiam usque in finem perseverantia, illius integer perducetur. Ecce! quod S. Augustino perseverantia sit donum, & ex speciali Benevolentia erga prædestinatos concessum.

514. Libro de bono Perseverantia c. 8. circa finem ait: Ex duobus parvulis originali peccato pariter obstricatis, cur iste afflatur, ille relinquitur, & ex duabus astate jam grandibus impensis, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocantem sequatur, inscrutabilia sunt iudicia Dei.

S. IV.

Solvuntur Objectiones quibus haec specialis Benevolentia impugnatur.

515. Objicitur imprimis ex S. Scripturâ & Patribus, vbi sapienter videtur, gloriam non dari gratis, sed ex Meritis. R. Neque nos dicimus, gloriam dari gratis: sed, quando dicimus Prædestinationem esse Gratuitam, tò *Gratis* cadit supra voluntatem Dei, volentis nobis procurare gloriam per Merita. Ad hoc enim volendum nulla nostra Merita præcedentia illum inducebant. Itaque hujusmodi Testimonia sunt intelligenda de ipsa actuali executione, & secundum nostrum concipiendi modum, quo Decretum executionis concipiimus ut procedens ex visione Meritorum, v. g. Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi, esuriri enim, & deditis mihi manducare.*

Ex S. Augustino præcipue objicitur ex libro 1. ad Simplicianum q. 2. vbi exponens illud ad Romanos 9. Ut secundum propositum electione Dei maneret: sic concludit. Non tamen electione præcedit Justificationem, sed electionem Justificationem. nemo enim eligitur, nisi jam distans ab eo qui rejicitur. Unde quod dictum est: quia elegit nos ante constitutionem mundi: Non video quomodo sit dictum, nisi prescientia.

516. Hunc locum variè interpretantur Doctores, sed non satis accommodat verbis S. Augustini. Mihi placet responsio Bellarmini & Fafoli, S. Augustinum scripsisse illum librum adhuc juvenem, ut ipse Augustinus testatur de Prædestinatione Sanctorum c. 4. & hanc suam doctrinam postea mutasse lib. 1. retractat. c. 23. circa medium dicens: Non dum diligenter quaesiheram, nec adhuc inveneram, qualis sit electione gratiae, de qua idem dicit Apostolus. Reliquæ per electionem salva factæ sunt: quæ utique non est gratia, si eam merita nulla precedunt, ne jam quod datur, non secundum gratiam, sed secundum debitum reddatur potius meritis, quam donetur. Deinde vero locum illum ad Rom. 9. prorsus contrario modo interpretatus est Ep. 105. & 106. vbi expresse electionem vocat electionem Gratiae, que non inventit eligendos, sed facit.

517. Neque refert, quod libro 2. Retract. cap. 2. mentionem faciat libri ad Simplicianum,

& vehe-

L

& vehementer probet, quæ ibi scriptis de Gratia, nihil autem retractet. Nam, praterquam quod satis erat, id in primo libro adnotasse, ut jam retulimus, insuper bene observat P. Petavius lib. 9. c. 14. Non omnia quæ vtcunque alter expli- caverat aut senferat prius ac postea, retractavit S. P. aut de eo lectorem monuit, sed illa ferè tan- tū, in quibus se errasse, aut minus Catholicè esse locutum animadverterat, cuiusmodi non fuit illa interpretatio electionis quæ objicitur.

§14. Hæc, vt dixi mihi dicenda videntur. Quod si quis hoc nolit admittere, potest S. Augustinum interpretari cum P. Elparza q. 31. ad 1. illud jam: non esse accipiendum presuppositive, in genere quasi causæ efficientis, sed formaliter, in genere causæ formalis, quatenus ipsa electio est discretiva electi à rejecto, & induciva merito- rum in uno, quibus caret alius, eadēmque est con- juncta virtualiter intrinsecè cum præscientiâ ab- solutâ hujus discriminis. Hanc interpretationem vtcunque recipiunt verba S. Patris, quod verò ex mente illius sit, vix credo.

§15. Potest etiam S. Augustinus interpre- tationem accipere ex Petavio, qui hunc ipsum lo- cum conatur in adverbarios retorquere. Potest denique cum Arrubale & Card. de Lugo explicari de Judicio comparativo; nam electio strictè ac- cepta videatur sonare actum Judicij, post examen vtriusque partis.

§. V.

Vtrum Prædestination facta sit cum Alligatio- ne ad certa Media.

§16. Ensunt est, Vtrum Prædestination ordinaria facta sit per talia Media, quæ, si homo per Scientiam Medium prævius efficeret respire, non fuisset prædestinatus per alia & alia media, sed reprobatus, ita vt econtra, qui defacto reprobi sunt, & nisi fuissent bene vñsi medijs quæ defacto ac- ciperunt, ipsi quoque prædestinati fuissent: ac proinde vtrum in potestate hominis sit facere vt sit prædestinatus, sicut in ejus potestate est facere, vt Deus per Scientiam Medium viderit eum bene vñ- surum his auxilijs.

§17. Nolo autem disputationem instaurare de quibusdam eximijs sanctis, quos Deus ducere voluit per Extraordinaria Media ad summam sanctitatem, quibus concedit Card. de Lugo, Deum tanto affectu eis contulisse Media, vt, si cum his non fuissent cooperaturi, Deus alia & alia media adhibuisset.

§18. Deinde non est sensus questionis, quod Prædestinati debeant omnibus Medijs, quæ defacto accipiunt, bene vti: quis enim nescit, multos prædestinatos fuisse peccatores? sicut e- contra reprobi non omnia media respuunt, vt patet. Quæstio ergo procedit de collectione me- diorum & præsertim quæ ad finali perseveran- tiam disponunt, & sunt media ordinaria.

§19. DICO, Prædestinationem ordinariam factam esse cum alligatione ad certa & deter-

minata Media, quæ Deus solet per communem providentiam offerre, cum quibus si homo non fuisset visus cooperaturus, non propterea accep- set alia media, sed accepisset hæc eadem, sed ex decreto permisivo lapsus, & fuisset reprobatus. Hæc est mens Recentiorum communiter, & o- mnium eorum qui sentiunt cum Vasquez, & qui tenent prædestinationem (vt vocant) Mercenarian seu post prævisa merita, quorum argumentis hæc alligatio planè evincitur. Itaque

§20. Probo Conclusionem 1. Ex S. Scripturâ, in quâ sapientis aperè dicitur, quod illi, qui defacto prædestinati sunt, si non fuissent vñsi medijs quæ accepereunt, & per quæ salvabun- tur, non accepissent alia media, sed fuissent reprobati; & econtra reprobi, si cum istis medijs essent operaturi, fuissent prædestinati: atque hæc est illa ipsa alligatio Prædestinationis, quam in præsentis conclusione tuerum. Ergo Conclusio est fundata in S. Scriptura.

§21. Probatur major ex Epist. ad Rom. in qua S. Paulus singulariter disputat de Prædestina- tione, & quidem præcipue capite 8. & 9. Itaque cap. 8. cùm dixisset, nos esse filios Dei, & hæredes ejusdem, coheredes autem Christi, ne hoc Romani in sensu perverso acciperent, quasi ita esset illis decreta hereditas, vt eā non posserent quacun- que suā culpā frustrari, subiungit conditionem requiritam, & in eorum potestate positam, ad quam ponendam eoshortatur: Si tamen compati- mur, vt & congloricemur. Ecce! alligationem Prædestinationis ad compassionem, & quidem per media de facto offrenda: alioquin si senten- tia contraria vera esset, potuissent Romani dicere Paulo: quid nobis denuntias hereditatem solū conditionaliter; si compatimur: si enim compas- sio est necessaria, Deus vi prædestinationis eam procurabit quibuscumque tandem medijs, sive per hæc sive per alia, quod si non est necessarij requi- fita, non est cur tu illam exigas: si enim noli- mus compati, Deus per alia media dabit nobis hereditatem, quia independenter ab ullis deter- minatis medijs nos prædestinavit.

§22. Deinde capite 11. Paulus loquens de Gentilibus, qui in locum Iudaorum propter eorundem incredulitatem sunt electi: Vide inquit, bonitatem & severitatem Dei, in eos quidem, qui ceteri- derunt, severitatem, in te autem bonitatem, si perman- seris in bonitate; nam & tu excideris, & illi rursum, si non manferis in incredulitate, inferieris. Qui- bus verbis aperè supponit S. Paulus quod in no- strâ potestate sit facere, vt fuerimus vel non fueri- mus inserti vel excisi, eo modo quo infra ex- plicabitur: ergo supponit, prædestinationem esse alligatum determinatis Medijs.

§23. Non minus clare loquitur S. Petrus in 2. Epist. c. 1. Satagit Fratres, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Quasi diceret: si cum gratijs defacto acceptis coope- rabimini, facietis, vt fueritis electi. In contra- riâ sententiâ potuissent excipere dicendo: Qua- re lata-

re fatigamus, & solliciti simus? Deus vi sui primi & aboluti decreti tenetur nobis feligere gratias efficaces: quodsi praefentes tales non sunt, alias dabit: quare cura certificandi nostram electio- nem non pertinet ad nos, sed ad Deum. S. Pe- trus vero significavit, electionem esse incertam, non quod non jam sit prævisa & decreta, sed quo- ad nos, quatenas non cooperando possumus fa- cero, ut non præcesserit talis electio.

§24. De eadem incertitudine loquitur S. Joan. Apoc. 3, Tene quod habes, ne aliis accipiat coro- nam tuam. Item S. Paulus ad Romanos 11. Tu fide- fui; noli alium capere, sed time, ne forte nec tibi parcat.

§25. Probatur Conclusio 2. Ex Patribus.

Ei imprimis est illud vulgatum S. Augustini: Si non es prædestinatus, fac ut prædefineris. Idem si- gnificat quod dicit tract. 26. in Jo: Semel accipe, & intellige: Si non traheris, ora ut traharis. per Traditionem autem intelligit Prædestinationem.

§26. Idem S. Augustinus vel potius Prosper ex Sententia S. Augustini ad objectiones Vincen- tianas a. 12. sic habet. Hi, de quibus dicitur, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; si enim fuissent ex nobis, manifissent utique nobiscum; voluntate exie- rint, voluntate cedent: Et quia præsciti sunt ca- fari, non sunt prædestinati; essent autem prædestinati, si sicut reversti, & in sanctitate ac veritate mansuri: ac per hoc prædestinatione Dei multi est causa standi, nemini est causa labendi. Quibus ultimis verbis innuit S. Prosper solutionem vulgaris illius objec- tionis, quod prædestinatione gratuita præbeat an- sum corpori & locordia: respondet inquam, hoc non esse verum, quia per locordiam faciunt, ut fuerint præsciti caluri cum ipsis auxilijs, & con- sequenter non fuerint prædestinati.

§27. Idem S. Prosper in response 3. ad capitulo Gallorum, qui vehementer virgebant il- lam objectionem contra gratuitam prædestinationem S. Augustini, sic ait. Non ex eo necessitatem perendi habuerunt quia prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria prævaricatione præsciti sunt. Et response 7. Quia illos ruinosos propriâ ipso- rum voluntate præscivit, ob hoc à filiis perditionis nulla prædestinatione secerit.

§28. Denique S. Augustinus Ser. 1. de S. Stephano pronuntiat: quod si Stephanus pro la- pidantibus non orasset, Ecclesia Paulum non ha- baret. ergo salus & gloria S. Pauli fuit alligata o- rationi S. Stephani.

S. Damascenus dialogo contra Manichæos in fine: Quocirca, ait, bona agere, & boni effici contendamus, ut in eorum numero simus, quos Deus fore bonos prenoverit, atque ad vitam præordinavit.

§29. Probatur Conclusio 3. Rationibus. Et quidem Cardinalis de Lugo, bene eam probat ex communi sensu fidelium, quoties enim dici- mus, & nemo judicat imprudenter dici. Si hic vel ille non fuisset factus Religiosus, perijset: si hic vel ille operarius in India non fuisset, multi infan- tes ab eo Baptizati non fuissent salvati, sed sine Baptismo mortui: nisi hic vel ille hunc con- cionatorem audiisset, non fuisset conversus: nisi

factus fuisset æger, non resipisset: nisi hic factus esset reus capitalis supplicij, & sic ad mortem di- positus, in suis flagitijs periisset. In his omnibus supponitur salus alligata determinatis medijs.

§30. Declaremus rem in exemplo. Sunt duæ puellæ stupro impregnatae; ambæ volun- tuos infantes occidere, & occidunt, altera tamen earum prius baptizat, altera ex malitia non baptizat: quis non indignetur huic, quod infantem suâ salute privaverit? atqui Suarezio indignanti respondere posset puella: quid irasceris? infans non fuit prædestinatus, alioquin Deus vi primi decreti absolti, quod tu doces, de alio salutis medio prospexit.

§31. Probatur Conclusio 4. Sententia con- traria præbet ansam corporis & locordia in salu- te procurandâ; facient enim homines hoc dilem- ma. Vel sum prædestinatus, vel non. si non sum prædestinatus, frustra me fatigo, non enim potero facere, ut Deus illum affectum erga me habuerit, quem defacto habuit erga solos & omnes prædestinatos, & sine quo nemo salvabitur. Si vero sum prædestinatus, tunc etiam cum præ- senti gratiâ non cooperer, Deus vi primi decreti necessitatiter providere alio modo, ut perveniam ad gradum gloriae mihi independenter ab hoc me- dio prædestinatum.

§32. Respondent adversarij. 1. Hoc ar- gumento uti Vasquezium & ejus sequaces ad pro- bandam prædestinationem post prævisa merita: ergo & nobis solvendum erit.

Sed contra: hoc argumento plus non pro- bat, quam alligation ad certa media, & ideo dixi supra, Vasquezium in re ipsa à nobis non dissentire, quatenus admittit decretum benevolentia, & virtualem prædestinationem ante prævisa merita, cum alligatione ad certa media; quamvis à nobis differat, quatenus huic decreto superaddit aliud decretum executionis gloriae, procedens ex Visione meritorum; & hoc decretum illi placet vocare prædestinationem formalem: Nos autem malumus cum scriptura & Patribus decretum be- nevolentia vocare Prædestinationem, quæ est disensione in modo loquendi.

§33. Respondent adversarij. 2. hoc argu- mentum fuisse à Semipelagianis Massiliensibus etiam S. Augustino objectum. Ita est: & hoc ideo, quia malè intellexerunt Sententiam S. Au- gustini, nempe in sensu adversariorum, quasi Prædestination fieret per decretum præscindens ab omni determinato medio, nec esset in potestate nostra, facere ut fuerimus prædestinati, scilicet si cum præsentibus auxilijs cooperaremur. Hoc colligitur ex ipissimâ response S. Augustini de bono Perseverantia c. 15, in hac verba: Ista ita nos in confitenda DEI gratia, id est, quæ non secun- dum merita nostra datur, & à confitenda secundum eam Prædestinatione Sanctorum detergere non debent, sicut non deterremur à confitenda præscientia DEI, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales vos eritis postea, quales vos DEVIS futuros esse præscrivit, vel boni si bonos, vel mali si malos.

L 2 punquid

nunquid enim, si hoc auditio nonnulli in torporem sēgnitiemque vertantur, & à labore proclives ad libidinem post concupiscentias suas eant, propterea de præscientiā DEI falso putandum est esse quod dictum est? Ex quibus verbis sic argumentari licet. S. Augustinus comparat Prædestinationem cum Præscientia DEI in ordine ad hoc, quod sicut hæc non infert necessitatem antecedentem, ut quis v. g. sit bonus, & consequenter nec torporem inducat apud prudentes, esto sit præscientia infallibilis, ita nec Prædestinatione gratuita: atqui ideo Præscientia nec necessitat, nec infert torporem, quia in nostra potestate est facere, ut non præsciverit Deus, prout nobiscum adversarij docent: ergo ut sit bona paritas, debet secundum S. Augustinum etiam in nostra potestate esse facere, ut non fuerimus prædestinati: atqui hoc non potest fieri, nisi prædestinatione fuerit alligata certis medijs: nam in sententia contraria etiam ego cum his medijs nolim bene operari, facio quidem ut hac media Deus non potuerit per decretum executionis decernere, at verò non facio (in adversariorum sententia) quominus Deus decreverit salutem independenter ab his determinatis medijs: adeoque adhuc manet primum decretum obliquans Deum ad exquirienda alia media & auxilia: ergo adhuc maneret ansa vehementissima torporis. In nostra verò sententia res est expedita: nam sicut in potestate mea est, facere, ut Deus me non præviderit bonum futurum, ita etiam in potestate mea est facere, ut Deus per hac determinata media me non potuerit prædestinare, & defacto non prædestinaverit, cum nolit dare alia media.

§34. Respondent adversarij. 3. directè, & dicunt. Imo verò unusquisque ita debet cum timore ac tremore salutem suam operari, ut in divina misericordia sperare possit ac debeat, se esse unum ex electis.

Sed contra 1. In nostro argumento non fecimus hanc consequentiam: ergo homo non debet operari benè, ut possit sperare se esse prædestinatum. Fatemur enim, quod adhuc deberet benè operari, etiam si certissimus esset de sua prædestinatione; immò etiam si sciret se reprobum esse: de hoc non est controversia: sed nostra consequentia est hæc: ergo si homo fuit prædestinatus eo modo quo volunt adversarij, etiam non operetur cum ipsis auxilijs, dabuntur illi alia: si verò non est prædestinatus, etiam cum ipsis operetur, non propterea efficiet, ut Deus habuerit illum illimitatum effectum, sine quo defacto nemo salvus fit. Hæc consequentia ab adversarijs negari non potest: è autem concessa ulterius inferimus: ergo homo per se inclinatus ad torporem hinc ansiā arripiet, & pronus erit ad statuendum secum: nolo jam hoc opus mortificationis facere, quia nihilominus ad illum gradum beatitudinis perveniam ad quem sum decreto absoluto prædestinatus. sicut, qui sciret se reprobum esse, vehementissime impelleretur ad indulgendum genio, semper enim cogitaret: etiam hic & nunc abstineam ab illicitis, nihilominus tandem ad eas poenas damnabor ad quas sum reprobatus, quia non

possim facere, ut Deus absoluto decreto (sive quo nemo salvus fit) me voluerit salvare.

§35. Contra 2. Si ideo debemus cum præsentibus medijs operari, ut possim ac debemus sperare, nos esse prædestinatos: ergo hæc spes debet niti haec veritate. Si benè ftero operatus cum ipsis medijs, est signum me esse prædestinatum, sin minus, est signum me non esse prædestinatum: atqui haec proposicio supponit Prædestinationem esse alligatum his medijs: ergo responsio adversariorum incidit in nostram sententiam. Probo minorem. Si enim prædestinatione non est alligata, tunc etiam si non operer cum his auxilijs, non propterea est signum reprobacionis: adhuc enim postea per alia media salvabor, prout multi scelerati tandem salvantur.

§36. Contra 3. Quid juvat timor & tremor? etiam si enim timeam & tremam, non propterea efficaciam, ut me Deus cum illo univerlā & amplio affectu prædestinaverit. Quodli timor iste & tremor est signum prædestinationis, de hoc ipso signo reddit argumentum. Vel enim hoc signum est necessarium ut Prædestinatione fortatur effectum, vel non. si non est necessarium, potero etiam sine illo sperare salutem & prædestinationem. si vero est necessarium, Deus vi sui primi decreti, quod tu ponis, tenetur mihi hoc signum procurare, & certò procurabit, sive jam sive postea.

§37. Probatur 5. In sententia adversariorum non minus videtur Deus positivè reprobare & excludere illos, qui non salvantur quam prædestinare eos qui salvantur. consequens non est admittendum, quia pugnat cum sincero affectu salvandi omnes: ergo &c. Probatur sequela. Sicut enim per adversarios vi primi decreti debet Deus salvandis feligere media efficacia, ita debet reprobis feligere de industria media inefficacia: sed hoc est positivè excludere: ergo &c. Majorem sic declaro.

§38. Vel Deus, si vidisset per Scientiam Medium auxilium quod defacto dedit Iude ad agendam pœnitentiam, vel, inquam, si vidisset illud futurum efficax, nihilominus illud dedisset, vel non dedisset: si dedisset: ergo tunc Judas fuisset prædestinatus, sed cum alligatione ad hoc auxilium: unde ergo habent adversarij, quod defacto nemo ita salvetur, prout illi assertur? si non dedisset, sed aliud inefficax substituisse: ergo Deus ex industria selegit Iude auxilium inefficax quæ tale. cur enim alioquin illud negasset, si vidisset efficax? quæ alia fuisset ratio negandi, nisi efficacia? nam omnia cætera ponimus eodem modo se habere esse ne hoc sincerè desiderare pœnitentiam Iude?

§. VI.

Solvuntur Objectiones quæ sunt contra Prædestinationem alligatum certis Medijs.

§39. Objic. 1. Quicunque vult efficaciter Media propter finem, vult priùs & principalius ipsum finem, & in hoc habet maximè locum; Propter quod unumquodque tale, illud magis tale. sed Deus vult

us vult auxilia efficacia propter gloriam: ergo vult prius & principalius ac magis gloriam: ergo vult gloriam per decretum præscindens à medijs: ideo enim dicit finis Magis volitus quam media quia media solum volumus, in quantum finis aliter obtineri non potest: cum ergo Deus possit gloriam aliter obtinere quam per hanc determinata media, sequitur, quod si hæc media videret inidonea, alia & alia eligeret, vt finem principaliter intenit obtinere.

¶ 1. Argumentum plus probare, quam intendant adverfarij: probaret inquam, quod per primum decretum gloria non intendetur formaliter ut Merces seu ut præmium, quod tamen adverfarj admittunt. Meritum enim est medium ad gloriam in se spectatam: ergo si omne medium debet eligi in posteriore signo post intentionem illius ad quod est medium, deberet Deus in priore signo solum gloriam intendere, & in posteriori meritum, adeoque deberet in priore signo non solum præcindere ab hoc vel illo determinato medio, sed etiam deberet præcindere ratione mercedis, & gratuita donationis. Fandam ergo et adverfarj, aliqua media ita esse media ad aliquid habens rationem finis, vt simul sit etiam pars illius finis qui principaliter intenditur, co quod ex ipsa coniunctione medij cum fine, resaltem specialis amabilitas in objecto; hujusmodi est gloria in ratione premij & mercedis, & quæ talis obtinenda cum sollicitudine & periculo excludi: quem finem Deus non obtinet, si prædestinaret decreto vel omnino præscindente à meritis, vel universaliter respectu omnium amplissimo, semper providendi omnibus media efficacia.

¶ 1. Respondeatur. 2. directè distinguendo maiorem. Loquendo de medijs, quæ sunt porta Media, transeat, loquendo de medijs habentibus simul rationem finis seu complementi finis, nego maiorem, & eodem modo distinctè minore, negatur consequentia.

¶ 2. Dixi: Transeat. Nam in Deo specialiter repugnat distinctio virtualis intrinseca inter decretum finis, & electionem mediorum, quoque modo se habeant media, vt supra ostendimus, & huc non spectat.

¶ 3. Replicabis. Tametsi Dei Decretum individuabiliter feratur in gloriam & merita, possumus tamen nostro concipiendi modo præscindere Tendentiam Dei in gloriam à Tendentia in merita: ergo sub tali nostro conceptu jam intelligitur in primo signo intentio gloriae præcisæ Tendentia in merita: ergo Tendentia in merita erit in signo posteriore. ¶ Negando hanc ultimam consequentiam. Aliud est, quod ego præscindam unam tendentiam ab alia, & aliud, quod ipsa intentio Dei præscindat unum ab alio. sic possum ego intendere iter Romanum pedestre quæ tale, quia specialiter placet pedestre iter: quo casu non intendo iter Romanum præscindendo à pedestri vel equestri; quamvis alius posset unam tendentiam ab altera præscindere.

¶ 44. Objicitur 2. Si Prædestinatio est alligata certis medijs ad communem providentiam spectantibus, ita vt in potestate reproborum sit facere, vt fuerint etiam ipsi prædestinati, & econtra; non appetat amplius illa specialis benevolentia exercita erga prædestinatos, quam tamen supra assertuimus. Probatur sequela. Si enim Deus easdem gratias quas defacto dat, adhuc dedisset, si non fuissent visa efficaces, signum est, quod non dederit ideo, quia sunt efficaces, sed ab hoc abstraxerit. Deinde in nostra Sententia non appetat, cur dicantur à S. Augustino inscrutabilia iudicia Dei in prædestinatis his pra illis, si Deus aque paratus fuit prædestinare illos, & reprobare hos & si prædestinavit cum alligatione ad certas gratias: sic enim facile redditur ratio, cur isti fuerint pra illis prædestinati, nempe quia isti cooperaturi videbantur, non illi.

¶ 45. ¶ Specialem benevolentiam cum generali providentiâ conjunctam confistere in hoc, quod Deus, etiam supposita Scientiâ Mediâ de horum & non illorum consensu sub conditione futuro, adhuc liberrimè, ex mero beneplacito, dederit & elegerit hunc ordinem & seriem gratiarum, quam vidit profuturam nobis, & quidem ideo, quia vidit profuturam nobis, cum tamen eadem libertate potuissest alium ordinem eligere, qui profuissest alijs & non nobis. Cur autem potius dederit hunc ordinem gratiarum quam alium, hoc enimvero est arcanum, & inscrutabile Judicium Dei, qui potuissest dare talem ordinem gratiarum, quo vidisset omnes salvandos.

¶ 46. Neque refert, quod Deus hunc ordinem dedit, etiamsi isti per ipsum salvi non essent: per hoc enim ostenditur quidem, quod adæquatus finis à Deo intentus non fuerit salus horum præ salute illorum: cum hoc tamen stat, quod Deus verè & tanquam finem intenderit salutem horum, sicut licet æger adhuc sumeret medicinam A. etiamsi dulcis non esset, amore sanitatis, si tamen advertat esse simul sanam & dulcem, potest simul etiam intendere gustum dulcedinis.

¶ 47. Porro quod hæc sit benevolentia specialis, licet non sit specialissima, qualem asserit Suarez, inde patet, quia non est generalis, sicut esset illa, quæ ordinem gratiarum omnibus profuturum elegisset.

¶ 48. Denique Deus conjugendo hanc specialem benevolentiam cum generali providentia, præcidere voluit Iude omniem causam extollandi: conquerenti enim, cur Deus non elegerit alium ordinem sibi quoque profuturum, respondebitur: in tua potestate erat cooperari huic ordini, quod si fecisses, non propterea ordo mutatus in alium fuisset, sed pari benevolentia affectu in tui ac Petri gratiam collatus fuisset. Quod autem Deus hunc ordinem præ alio elegerit, tua non interest nisi culpâ tua.

¶ 49. Dices S. Augustinus videtur multo specialiorem benevolentiam in Deo erga prædestinatos agnoscere, talem nempe, vi cuius, si præsentia auxilia non fuissent efficacia, alia procurasset:

L 3

rasset: Alioquin cur fecisset discrimen inter hominum & Angelorum prædestinationem? cur in defendendâ æquitate prædestinationis & reprobationis hominum recurrisset ad malam perditionis? cur illa Apostoli verba: *Deus vult omnes homines salvos fieri*; non de quadam generali voluntate conditionata, vt communiter alij, sed de voluntate absolute efficaci, adeoque de solis prædestinationis interpretatus esset libro de corrept. & grat. c. 14. dicens, esse intelligenda de generibus singulorum, non de singulis generum, alioquin nullus excludetur è caelo, cum nemo illius voluntati possit resistere.

550. Fateor, haec difficultia esse, & mihi non occurrere, quâ ratione cum illis quæ supra pro alligatione Prædestinationis ad certa auxilia ex eodem S. Patre ejusque sincero interprete Prospero retuli, conciliari possint: ob qua etiam doctissimus & in Patribus versatissimus Petavius lib. 10. sincerè fatetur, se in hoc puncto ab Augustino recedere: *quod, inquit, nonnulli nimium reverentes, ne illius opinionis defertores haberentur, maluerunt interpres esse non boni, vt ei invito ac repugnanti opinionem alteram inducerent.* Postea ex Calestino Papa ostendit, licitum esse, in hac Scholastica controversia à S. Augustini placitis recedere. Quidquid autem de hoc sit, & virtutum S. Augustinus aliqua dixerit, ex quibus aliud per bonam consequentiam deduci posset; mihi satis est, opinionem nostram clarioribus ejusdem verbis fuisse comprehensam, & tandem à S. Prospero contra Massiliensem assertam.

551. Objicitur 3. Ex nostra doctrina sequi videtur, dari ex parte hominis causam totius prædestinationis, quia nempe in potestate hominis est facere, vt fuerit prædestinatus, nempe per consensum conditionate futurum: hoc autem est contra communem Theologiam; nam universem, paucis antiquis exceptis, negant Theologi, ex parte hominis præcedere aliquam causam vel dispositionem, aut conditionem motivam, cuius intuitu Deus ponat decretum Prædestinationis ad primam gratiam. immò hic videtur fuisse error Massiliensem Semipelagianorum, quem Ecclesia cum S. Augustino damnat.

552. R. Negando sequelam. Nihil enim videt Deus ex parte hominis, quod habeat rationem causæ motivæ per modum meriti, vt homo ad gratiam & gloriam prædestinetur. Cum hoc tamen bene stat, esse in nostra potestate facere, vt facta hypothesi, quod Deus datus sit hunc ordinem auxiliorum, sumus per illum prædestinati.

553. Hoc vt rectè percipiatur, duo distinguenda sunt, quæ in Prædestinatione includuntur. scilicet, *Voluntas dandi haec auxilia;* & *Voluntas per haec auxilia salvandi.* quæ duo plurimum differunt: quia primum posset esse volitum sine secundo, si nimis istis auxilijs non cooperaretur. In nostra potestate non est facere, vt Deus decernat dare haec auxilia: Nam quounque nostro consensu sub conditione præviso vt futuro, potuisset adhuc D e u s summâ libertate

nolle dare haec auxilia, sed alia, quæ non praedit fore efficacia: ergo absolute non est in nostra potestate facere, vt fuerint prædestinati. Atamen, cùm in nostra potestate sit facere, vt Deus haec auxilia viderit forte efficacia, consequenter in nostra potestate est facere, vt Deus per haec auxilia nos possit prædestinare: ac denique, supposito quod velit dare haec auxilia in nostrum donum quantum valent, est in nostra potestate facere, vt ea dando nos prædestinet. In hoc sensu, & non in priore, dicitur Prædestinatione esse in nostra potestate, vt cum S. Prospero superius relato docent Molina, Valentia, Arrubal, Granadus, Lugo Arriaga, Pallavicinus, Esparza, Aldrete, Arriaga tamen *disp. 37. n. 13. & 14.* usurpat modum loquendi singularem, dicens, nos incipere Prædestinationem quâ parte differt à Reprobatione, quod mihi non placet: Tum quia inde inferni videtur, quod prædestinati seiplos à Reprobatis discernant contra id quod dicit Apostolus: Tum quia in objecto prædestinationis nos quidem ponimus aliquid, nempe consensum sub conditione futurum, per quem differt ab objecto Reprobationis; verum, objectum prædestinationis non est Prædestinationis. Itaque Prædestinationis differt à Reprobatione per effectum specialis benevolentiae: hunc autem effectum nos non incipimus, sed solum ponimus id, quod requiritur, vt talis effectus possit circa haec auxilia versari: ergo Prædestinationem non incipimus, immò nihil prorsus illius ponimus.

554. Illud tamen advertere placet cum P. Arriaga: Auxilia & Inspirationes illas bonas, quibus etiam prædestinati sapientia non cooperantur, adeoque non conducunt ad salutem & gloriam augmentum, illas, inquam, non esse effectus prædestinationis formaliter quâ talis, quia non ordinantur vt Media efficacia ad finem prædestinationis.

555. Hinc autem obiter confirmari potest nostra Sententia, de alligatione Prædestinationis ad certa media. Qui enim hanc alligationem negant, quod totum gloria gradum negant, afferentes Deum in primo signo certum gradum gloria decrevisse, five per haec five per alia media procurandum. Hoc autem non videtur posse dici. Certum enim esse existimo, quod si prædestinatus fuisset cum auxilijs, quæ defacto respuit, cooperaturus, majorem gloria gradum consequeretur; & Deus illi eadem auxilia tanto libenter daret, & quidem ex affectu majoris gloria, ergo ille major gradus gloria fuisset alligatus his medijs: ergo quando prædestinatus defacto cooperatur cum alijs per quæ consequitur maiorem gloriam, ita eam consequitur, vt non fuisset consecuturus, si non fuisset cooperaturus: ergo ille major gradus gloria est alligatus determinatis medijs: ergo idem rectius dicitur de tota gloria, quia adversarij non patiuntur fieri discrimen.

LIBRI

**LIBRI PRIMI
TRACTATUS II.
DE DEO VT
EST TRINUS
IN PERSONIS.
CAPVT PRIMVM.**

*DE COGNOSCIBILITATE ET REA-
LITATE MYSTERII TRINITATIS*

CONTROVERSIA I.

*VTRVM TRINITAS PERSONARVM IN VNA
NATVRA POSSIT NATURALIBVS ARGV-
MENTIS PROBARI.*

R156. Aymundus Lullus circa annum 1290. inter alios articulos, de quibus apud Gregorium XI. accusatus fuit, etiam hunc docuerat. Omnes artifici fidei probabant per rationes necessarias, demonstrativas & evidentes. & insuper dixerat, se probare Trinitatis Mysterium demonstrationibus ita evidentibus, ut etiam Mahometanus ipsi convinceretur, si bene penetraret. sed homines insci, inquit, & peccatores non intelligentias rationes. Et ne quis putaret (vt putavit Vasquez) eum loqui presupposita fide, hanc ex parte excipit, afferens, eam solum esse necessariam inscijs, ruficis, ministris, & non habentibus intellectum elevatum, grossi ingenij &c. sed homo subtilis facilius trahitur per rationem quam per fidem.

157. Richardus de S. Victore profitetur quidem, Trinitatem sine fide praviam non posse demonstrari, juxta illud Isaiae. 7. nisi credideritis, non intelligetis: fide tamen supposita, sit, manifestatione probati, immo multiplici demonstratione convinci, quod sicut perfectio unius Personae est causa alterius, ita perfectio geminæ, est causa tertie in Trinitate.

158. Dicendum est. 1. Seclusa divinâ revelatione non posse Mysterium Trinitatis ullâ efficaci ratione probari. Et quidem de evidenti cognitione satis aperte habetur Luca 10. *Nemo scit quis sit Filius, nisi Pater, & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Eadem fuit constans Sanctorum Patrum Sententia. S. Dionysius Areopagita de divinis nominibus c. 13. post medium. *Nullus inquit, monas, aut Trias, neque numerus, neque unitas, aut secunditas, nec quidquam aliud eorum, que aut sunt, aut cognita sunt, arcanum illud summæ omniaque superantis Divinitatis, quod rationem omnem, mentemque vincit, enuntiat; neque enim nomen est, neque ratio: sed in ijs, ad quæ aditus non patet, secreta est.*

S. Justinus Martyr in expositione Fidei de Trinit. prope medium ait, nullo modo nos posse penetrare ad divinam essentiam, nec ad ejus mysteria.

S. Cyprianus in prologo libri de Operibus Cardinalib. Christi loquens de Mysterio Trinitatis. *Ad hanc, inquit, rerum adeo profundarum indaginem, nisi incarnati Verbi Mysterium accessisset, humana defecissent ingenia, & nefcio si aliqui, NB. auderent ad hæc tentanda conatus assurgere.*

159. Pro-

559. Probatur ratione. 1. Quidquid intellectui creato naturaliter innescit, vel innescit immediatè ex terminis benè apprehensis, vel mediata per discursum: Neutro modo potest naturaliter innescere Trinitas Personarum in Vnitate Naturæ: ergo &c. Minor probatur. Et quidem quoad primum membrum est indubitabilis: nam si Termini; *Trinitas Personarum Vnitatis Naturæ*, apprehendantur eo modo, quo ex cognitione creaturarum à nobis possunt apprehendi, adeo sibi adversantur, vt potius ad negandum, quam affirmandum nos impelli sentimus.

560. Quoad. 2. Membrum probatur. Omnis discursus nititur primis principijs Logicae seu Dialecticæ: *Quæ sunt eadem vni tercio, sunt eadem inter se: quæ sunt realiter distincta in Tertio, sunt realiter distincta inter se.* Sed hæc principia eo modo apprehensa, quo ex creaturarum cognitione possumus ea apprehendere, potius impellunt ad negandam quam affirmandam Personarum Trinitatem in Vnitate Naturæ; quia assensus hujus Mysterij est assensus identificatorum cum tertio si ne identitate inter se: ergo &c.

561. Probatur. 2. Sicut Existentia Dei non potest nobis innescere nisi per effectus, ita nihil divinum potest naturaliter innescere, nisi quod per effectus est manifestabile: sed Trinitas Personarum in unitate Naturæ non est per effectus manifestabilis: ergo. Minor probatur. Quidquid per creaturas potest manifestari, & ab illis participari, sunt perfectiones communes tribus Personis, sicut operationes omnes ad extrâ sunt illis communes, & insuper repugnat inventari Trinitatem creatam in unitate Naturæ: ergo Trinitas non potest per effectus demonstrari.

562. DIC S. Fæcunditas est divina perfectio, participata à creaturis: ergo posset ex creaturis cognosci saltem Generatio Filij.

Sed contra 1. Necum tamen cognoscetur Trinitas, quia Spiratio tertiae Personæ non est Generatio. Contra. 2. Generatio prout reperitur in creaturis, involuit maximam imperfectionem, cum fiat per corruptionem generantis, & communicetur natura realiter distincta à natura generantis, quodsi has imperfectiones auferas, inducis identitatem naturæ generantis & geniti, quod intellectus naturaliter non capit. Contra. 3. Quia defacto postquam habemus revelationem de diversitate harum processionum, quod videlicet una sit generatio, non item altera, necum tamen habemus claram & expeditam explicationem discriminis, vt ex dicendis constabat. Quamvis autem multa per fidem credamus, quorum effendi modum ignoramus, naturali tamen ratione non assentimur alicui diversitatì rerum, quamdiu modus diversitatis non apparet, v.g. non assentiremus, dari in nobis intellectiones & volitiones, nisi carum diversitatem & discrimen experiremus: ergo pari modo non possemus naturaliter judicare, Verbum generari, non item

Amorem, quamdiu Processionum diversitas nulla appareret.

563. Objecies. Philosophi gentiles Mysterium Trinitatis in suis scriptis exprefserunt: atque non sunt affecti vlla revelatione: ergo solius naturalis luminis beneficio. Imprimis Eusebius lib. 2. de perenni philosophia c. 10. tradit, juxta Platonis Theologiam, à primo Principio secundum Principium generari, tertium vero Principium esse habitum amborum, quem nos amorem reciprocum dicimus. Deinde Porphyrius, teste S. Augustino de Civit. c. 23. ex mente Platonicorum concepsit Deum Patrem, & Deum Filium, quem græcè appellat *Paternum Intellectum*, vel *Paternam mentem*. Circumfertur etiam Serapidis responsum hujusmodi:

Principio DEVS est, tum Sermo, & Spiritus illi Additur, aequæva hæc sunt, & tendentia in unum.

Denique Eusebius Cæsariensis lib. 11. de Preparatione Evang: refert, Plotinum scripsisse librum de tribus Hypostasisibus, & affirmasse, duas hypostases procedere ab una, que prima est.

564. q. Si quid Gentiles Philosophi de Personis divinis scripserunt, illud non ratione aliquâ naturali deduxerunt, sed vel ex libris Moyensis (in quibus Plato valde versatus fuit) vel ex Oraculis Sybillarum, vel denique etiam Daemonum & Idolorum manifestatione didicierunt; cuiusmodi est illud Apollinis Delphici de vera Religione interrogati responsum.

*Ne me sciteris de Divino Genitore,
Et Sobole chara, rebus Magni Induprantis.
Et Flatu, qui mundum adstrictum continet omnem.*

565. Dicendum 2. Etiam post acceptam Revelationem hujus Mysterij; & præstatum allensum, adhuc est impossibile inventare evidenter probationem possibilis hujus Mysterij. Probatur. Nam licet suppositâ fide Theologi inventigent disparitatem inter Deum & creaturas, quibus persuadent intellectui benè disposito, non esse evidenter implicantium hujus Mysterij in Deo, sicut est in creaturis, non potest tamen intellectus eò assurgere, vt evidenter convincatur, non esse repugnantiam, seu quod idem est, esse disparitatem evidenter sufficientem, quare in Deo possint duo realiter identificata distingui realiter in Tertio, non item in creaturis. Semper enim hoc Mysterium transcendent limites & Sphærarum illorum principiorum, quibus innixus potest intellectus naturalem demonstrationem confidere. Sunt autem hæc duo valde diversa: *Evidens est, non repugnare.* Et: *Non est evidens repugnare, seu hoc secundum potest præstari, non il lud primum.*

CON-

CONTROVERSIA II.

Quā ratione dissolvenda sint Argumenta
Metaphysica contra Mysterium SS.
Trinitatis.

§. I.

Varia Responsiones minus idonea refe-
runtur.

566. Vnamvis Argumentorum Metaphysico-
rum, ex conceptu generali Identitatis &
distinctionis Realis deductorum fallacia, non pos-
sit evidenter ostendi, possunt tamen ac debent
consequi encravari atque dissolvi, ut ostendatur,
non esse evidentem repugnantiam hujus Mysterij
cum evidentiis principijs metaphysicis; & hoc
præstari posse agnovit S. Augustinus lib. 1. de
Trinit. c. 2. dicens: *Ipsius garrulis ratiocinatoribus,*
elatioribus quam capacioribus, atque ideo morbo peri-
culesore laborantibus sic fortasse serviemus, ut inven-
niam aliquid, unde dubitare non possint, & ob hoc
in quo invenire nequievint, de suis mentibus potius,
quam de ipsa veritate, vel de nostris disputationibus
conquerantur.

567. Ut autem intellectus noster hujus-
modi apparentibus quidem, sed reipsa fallacibus
Argumentis, ab assensu Fidei minus retardetur,
multam conducet, si advertamus, dari in Deo ali-
quas perfectiones naturali discursu demonstra-
biles, que tamen contrarijs argumentis non mi-
nus quam Mysterium Trinitatis impugnentur:
cur igitur grave sit, aliquam veritatem revela-
tam, sed naturaliter incognoscibilem credere,
quantumvis contranitentibus naturalibus ratiuni-
culis? Antecedens autem patet in perfectione
Libertatis. Demonstratur enim, omni revelatione seposita, Deum esse agens liberum: & ta-
men hac libertas, non minori, si non majori pon-
dere naturalium argumentorum impetratur, ut su-
per vidimus.

568. Argumenta, quibus impugnari po-
test Trinitas, fundantur, ut jam dixi, in princi-
pijs Metaphysicis seu Logicis, quibus omnis bo-
nus syllogismus innitur. *Quae sunt eadem vni*
tertio, sunt eadem inter se: Quae distinguuntur realiter
in tertio, distinguuntur realiter inter se. Item:
Quae dicuntur de aliquo distributivè sumpto, dicuntur
de quovis contento sub illo: & quae negantur de aliquo
distributivè sumpto, negantur de quovis contento sub
illo. Hinc conficiuntur hi syllogismi.

Omnis Essentia divina est Pater.
Filius est Essentia divina.
Ergo Filius est Pater.

Vel:

Filius non est Pater.
Ergo Filius non est Essentia divina.

Item:
Omnis Pater distinguitur realiter à
Filio.

Omnis Essentia divina est Pater.
Ergo omnis Essentia divina distingui-
tur realiter à Filio.

Vel:

Nulla Essentia divina distinguitur rea-
liter à Filio.

Ergo nulla Essentia divina est Pater.

Item.

Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem
inter se.

Tres Personæ sunt eadem Essentia di-
vinæ:

Ergo tres Personæ sunt idem inter se.

Vel.

Quæ distinguuntur in tertio, distinguun-
tur inter se.

Essentia divina & Filius distinguuntur
in tertio, nempe in Patre, cum quo

Essentia est idem, non item Filius.

Ergo distinguuntur realiter inter se.

569. Hæc argumenta putârunt aliqui o-
mnium expeditissimè solvi, concessis premissis
negando consequentiam; ed quod Regulæ syl-
logisticae non valeant in divinis. Sed contra est.
1. Quia hoc est hæreticis ansam præbere calum-
niandi Theologos, quod contra ipsos vrgeant
formam syllogisticam. Gentilibus verò ingene-
ratu a nostris Mysterijs, tanquam essent
rationi adversaria; cùm tamen de Essentia ver-
Religionis esse debeat, nullum asserere dogma-
rationi contrarium.

570. Contra. 2. & à priori *Quia forma*
syllogistica, ejusdemque regulæ, abstrahunt ab
omni materia: ergo vel in omni, vel in nulla ha-
bent vim concludendi.

571. Respondent alij. 2. Principia illa
metaphysica esse tantum vera, quando adhiben-
tur absolutis, non item relativis. Ita P. Ruiz,
addens, quod Relativa, quamvis sint realiter ea-
dem vni tertio singulari & infinito, non sint ea-
dem realiter inter se, nisi referantur ad eundem
terminum.

Sed imprimis hoc additum patitur instan-
tiā manifestam. Nam Paternitas, & Spiratio
Aetiva sunt Relativa, & ad diversos terminos,
& tamen inter se sunt realiter idem.

Contra- 2. In rebus creatis valent illa prin-
cipia non solum in absolutis, sed etiam in Rela-
tivis: ergo si forma syllogistica abstrahit ab omni
materia (prout ipse Ruiz docet) etiam abstrahet à
Relativis & absolutis divinis.

Contra.

Contra. 3. Quia hæretici vel Gentiles vententes illis principijs, hocipsum intendunt probare, in Dœ non dari Relativa realia; ita faciebat Sabellius.

572. Respondent alij. 3. cum S. Thoma q. 28. a. 3. ad. 1. tunc verum esse axioma: *Quæcunque sunt eadem vni tertio &c.* si sint idem re & ratione, sicut tunica & vestimentum, non autem si ratione differantur. Hæc tamen responso, prout verba sonant, non potest subsistere: alioquin omnes syllogismi deberent constare metis propositionibus identicis, nec darentur propriè tres termini mentales, sed solum vocales. Ideo

573. Respondent alij. 4. distinguendo. Quæ sunt eadem vni tertio, & nec virtualiter ab eo distincta, sunt eadem inter se, concedunt, scilicet negant.

Hæc responso, quæ est communiter recepta, rem ipsam quidem dicit, sed adversarij non potest satisfacere, nisi viterius roboretur, & declaretur. Nam, vt supra vidimus, distinguunt virtualiter est distinguiri in tertio: Adversarij autem assumunt pro principio metaphysico contrarium, nempe quod distinctio in tertio arguat distinctionem reali inter se, non minus quam identitas in tertio arguit identitatem inter se: responso ergo non est apta, qua hoc secundum principium distinguunt per negationem illius prioris principij: hoc autem facit data responso: dicit enim: *Quæ sunt eadem vni tertio, & non distinguuntur ab eodem in alio tertio, sunt idem, alias non.* Ecce! supponit responso, posse duo esse idem, & tamen distinguunt in tertio, quod est formalissime negare illud principium metaphysicum: *Quæ distinguuntur in tertio, distinguuntur inter se.* Viterius ergo ratio redenda est, cur hoc principium sit verum in creatis, non item in divinis: & hoc præstito, tunc procedit data responso.

574. Respondent alij. 5. aliter distinguendo. Quæcunque sunt eadem vni tertio adæquate, sunt eadem inter se, concedunt; quæ sunt tantum inadæquate, sicut pollex & index sunt inadæquate idem cum manu, negant. Sic ergo (dicunt) Pater non est adæquate idem cum Deitate, quia non est omne id quod est Deitas, cùm non sit Filius & Spiritus S.

575. Sed contra hanc Respcionem adhuc urgetur. Quia Pater est quidem inadæquate tantum idem cum Trinario Personarum, sed tamen adæquate est idem cum natura divina sumpta secundum esse ab solutum: hoc est, ille ipse indivisibilis conceptus objectivus, qui exprimitur per nomen, *Natura*, torus quantus est idem cum Patre & etiam cum Filio. ergo vel adhuc locum habebit illud principium: *Quæ sunt eadem &c.* vel debet magis explicari illa inadæquatio.

576. Sexta responso formari posset ex doctrina Aureoli, in 1. dist. 1. a. 4. & dist. 2. p. 3. a. 4. & dist. 33. a. 3. quam ab omnibus alijs Doctoribus neglectam in theatrum produxit P. Antonius Perez, dist. 1. de Trin. c. 2. n. 48. & 56. vocans

acutissimam, & tanto ingenio dignam, quamvis eam ex quadruplici capite postmodum rejiciat. Postquam ergo doctrinam Aureoli verbis Authoris non nihil in compendiū redactis proposuerit, deinde eam quasi clariorem redditurus: *Placat*, inquit, *ad ysum scholæ familiarioris & brevius sententiam Aureoli proponere.* Identitas perfecta in genere est inseparabilitas re & ratione precedente scilicet objective: (per præcisionem objectivam intelligit illum conceptum, quo alterum ne quidem in oblique concipiatur) *hæc est dividenda in identitatem extremon, ratione cujus, quidquid vni inest, alteri inest, neesse est.* (& hanc vocat Aureolus Identitatem repetitionis) & in oppositam, *que solum in divinis reperitur: ex qua tanquam proprietatis necessarii consequitur, ut unum possit in recto significari, constituto altero extremo non in recto, sed in oblique. Diversa est virtusque identitas, sed aquæ distinctionem à parte rei excludunt, nam distinctio versatur semper interres habentes proprias unitates, quibus unaque est divisa in se, & divisa ab aliis, cum comparatione propriam unitatem habeat; at non est divisum ab alio, quod neque re neque mente potest ab ipso separari, quamvis concipiendi modus possit esse diversus secundum obliquum & rectum: posteriori genere identitatis personalis & essentia sunt idem, quia non possunt precdi mente ab invicem, nisi secundum constitutionem recte & obliqui, neque potest dici, Essentiam habere propriam unitatem comparatione Personalitatis aut entia: sed ex Personalitate & Essentia constituitur una simplex Persona.* Hæc P. Perez ad magis clarificandum (si verum est tamen) Aureolum.

577. Ex quibus potest breviter hæc distinctione ad solvenda argumenta confici. Quæcunque sunt eadem vni tertio identitate repetitionis, sunt eadem inter se, conceditur: quæ sunt eadem identitate omnimodo indistinctio, secula identitate repetitionis, negatur: sed Paternitas & Filiatio sunt eadem cum Essentia identitate repetitionis, negatur; hac secula, conceditur minor & negatur consequentia.

578. Contra hanc doctrinam, omisssis alijs, est. 1. quia per eam non ostenditur, quare in rebus creatis repugnet identitas omnimodo indistinctio & inseparabilitatis re & ratione, excludens identitatem repetitionis, & per consequens, quare non etiam possit dari duorum identitatis tertio, quae tamen non sunt idem inter se, v. g. quare non possint potentia intellectiva & voluntaria esse realiter ab invicem distinctæ, & tamen identitatem cum substantia Angeli, vel animæ. Secundum, juxta hanc doctrinam actus liberi Dei non possunt Deo esse adæquate intrinseci, quia sunt separabiles re, prout etiam notavit P. Perez. Tertiæ; Intellectus noster longè facilius fibi persuaderet, posse quatuor realiter distinctæ ab invicem esse ab invicem inseparabilia re & ratione, quam capiat, tria realiter distinctæ ab invicem esse idem cum quarto, à quo sunt inseparabilia: ergo intellectus ex naturali inclinatione non agnoscit aliam identitatem quam repetitionis, hoc est, quod

quod illa sola sint idem, quorum unicumque inter se, quod inest alteri. Quartò. Tres Persona dei factio sunt realiter distincte inter se, & tamen ab invicem inseparabiles re & ratione, ut fatetur & supponit Aureolus: ergo omnimoda inseparabilitas non infert identitatem inter se: & quidquid vlerius requirit Aureolus, vel requirit gratis, vel non conveniet identitati Personarum cum Natura divina, vel denique evadet Identitas repetitionis.

§. II.

Prior modus solvendi predicta Argumenta.

179. Solutio illorum Argumentorum vnicè determinanda est ex declaratione conceptus Identitatis, & offendendum, quomodo non sit contra conceptum Identitatis duorum praedicatorum, in ente infinita perfectionis, posse distinguere realiter in tertio, & sic (ut communiter jam dici solet) eidē rei secundum diversas formalitates praedicata contradictione convenire; vel melius: (ut ego supra existimavi) duas formalitates Identificatas esse rationem idem affirmandi & negandi, v.g. negandū quod Paternitas communicetur in ratione Paternitatis, & simul affirmandi, quod Paternitas communicetur in ratione Naturæ, cum qua identificatur, ut fuis supra declaravi.

Vlerius, quia non omnibus praedicatis dividis hoc convenit, ut respectu cuiuscunque possint distinguere realiter in tertio, & ideo respectu plurium praedicatorum non minus locum habeant principia Metaphysica, quam habeant in creatis, ideo etiam declarandum est discrimen inter praedicatio capacis & non capacia hujusmodi distinctionis in tertio, seu affirmationis & negationis.

180. Horum omnium conciliationem comodam subministrant ea, que circa praesentem difficultatem ceteris profundiū speculator est, & felicitus allectus aliquoties jam laudatus P. Antonius Perez, cuius vestigij inservit P. Esperanza, Sylvester Maurus in Log. de Universalib. quest. 30. ¶ 31. aliisque Romani, neque in ipsa dissentient (quavis videri velit) P. Aldrete Tō. 2. dist. 3. s. 2. 3. 4. Quia tamen eadem veritas potest diversis modis proponi, prout cuiusque genius fert, mihi quoque licet meum lequi: quod praecondere volui, ne, si quid fortassis minus accommodare dixerim, & in meo sensu minus sapienter abundaverim, citatis authoribus adscribatur, sed mihi.

181. Primò ergo advertendum est, discrimen fundamentalē inter ens finitum & infinitum in perfectione, esse, quod ens finitum ex eo datur fratum, quod si limitate perfectionis, adeoque carens alijs perfectionibus, quas si haberet, esset ens estimabilius quam sine illis. Ens vero infinitum in perfectione est, cuius estimabilitas crescere non potest per cuiuscunque conceptus objectivi accelerationem. Hinc complexum ex Deo & creature non est quid estimabilius quam Deus

sine creatura, & una divina Persona non est minus estimabilis quam tota Trinitas.

182. Secundò observandum est, quod ad hoc ut A. identificetur cum B. debeat A. & B. simul non habere plus estimabilitatis, quam habeat vel B. secundum se, vel A. secundum se, realiter à parte rei. Ratio est, quia ad Identitatem requiritur ut unum sit alterum, & recte unum de altero affirmetur: atqui ut unum sit alterum, requiritur utique, ne unum habeat aliquam estimabilitatem, quam alterum non habeat: ergo &c. Ratio ulterior est, quia Identitas est summa communicatio duorum praedicatorum inter se: sed si unum haberet estimabilitatem, quam non haberet alterum, hoc ipso non communicaret se summè, quia non communicaret alteri totam suam estimabilitatem; sive: quia non communicaret se alteri ex communicatione, quae non minus verificaret hanc propositionem, A. est B. quam hanc: A. est A. sive, ut loquitur P. Esperanza, quia non communicaret se alteri sicut se sibi ipsi, quā tamen phrasē non libenter vixit, quia nimis infuetum est dicere, aliquid se sibi communicare sub eodem formalissime conceperit, nam *communicans* concipitur instar dantis, adeoque cum respectu ad accipientem, sed hæc est quæstio de nomine.

183. Tertiò observandum est, hac duo inter se converti: communicari alteri summè, & communicari alteri secundum omnem suam estimabilitatem: vnde consequens est, ad identitatem duorum praedicatorum non magis unum quam alterum requiri, & si unum sufficiat, etiam alterum sufficere. Itaque

184. Quartò observandum est, ad Identitatem ut sic in genere & requiri & sufficere communicationem summam, & secundum totam estimabilitatem, ita ut si A. taliter se communicet B. ut utrumque simul non sit quid magis estimabile quam singula, tunc recte dici, illa esse idem, & unum de altero posse affirmari. Quod hæc communicatio requiratur, jam est ostensum: quod autem sufficiat probatur. Quia vbi est una eademque estimabilitas, est una eademque Entitas: ergo & Identitas; quia haec voces; Identitas, & eadem Entitas, sunt synonymæ.

185. Confirmatur. Unitas seu Identitas specifica ideo est major unitas, quam unitas generica, quia magis accedit ad unitatem numericam, quæ denique est summa unitas & identitas: sed ideo magis accedit, quia maior est communicatio in specie, quam est communicatio in genere, hoc est, major est consensus & convenientia in praedicatis inter ea quæ differunt solum specie, quam inter ea quæ differunt genere: ergo summa communicatio infert summam unitatem & identitatem.

186. Quintò denique observandum est aliud discrimen inter perfectionem finitam & infinitam. Omnis perfectio finita per sui communicationem non solum perficit id cui se communicat, sed vicissim etiam perficitur, & redditur estimabilius.

bilius. At verò ens infinitè perfectum, habens omnem perfectionem simpliciter simplicem, potest intelligi se communicans alteri prædicato seu formalitati, vt illud perficiat, reddatq; infinitè perfectum, absq; eo quòd ab illo reciprocè perficiatur. Ratio est, quia hoc ipso quòd sit infinitè perfectum, nullius accessione si melius aut estimabilis.

§87. Ex his observationibus eruitur imprimis ratio, quā conciliantur in Deo, qua in creaturis conciliari non possunt, nempe quòd duo prædicata Identificata possint distinguere realiter in tertio, quatenus (vt communiter dici solet) fundant prædicata contradicitoria; v. g. *communicari, non communicari, produci, non produci &c.* Stat enim summa communicatio, adeoque Identitas inter Naturam divinam & Paternitatem v. g. cum hoc, quòd Natura divina pariter se infinitè, adeoque summè communicet Filiationi, absque eo quòd illi communicet Paternitatem, cui etiam est natura infinitè communicata: cùm enim essentia divina tantum perficiat Paternitatem, sed non perficiatur reciprocè, adhuc secundūm omnem estimabilitatem suam se communicabit Filiationi, etiamsi Paternitatem illi non communicet. Cef- sat itaque in Deo ratio repugnante Identitatis cum virtuali distinctione, que militat in creaturis, nempe Perfectibilitas.

§88. Secundo, eruitur ratio, quare inter attributa absoluta divina non possit intercedere virtualis distinctio intrinseca, sicut intercedit inter Essentiam & Personalitates. Ratio inquam est, quia attributa absoluta sunt Perfectiones simpliciter simples, quarum vel vna deficiente deficit conceptus *Entis infiniti* sibi sufficiens, & habent omnen estimabilitatem, nec vltius perfectibilis: jam ergo, si vna ab altera virtualiter intrinsecè distingueretur, hoc ipso vna alteri aliquod prædicatum non communicaret, nempe illud in quo dispareat, & illud esset Perfectio simpliciter simplex, adeoque pars infinitae estimabilitatis: ergo jam non se communicaret secundūm omnem estimabilitatem, adeoque nec communicatione summa; ergo non daretur identitas: ergo non daretur distinctio virtualis, sed realis. Hæc ratio non procedit contra Identitatem Naturæ cum Personalitatibus, vt patet; nam Personalitates communicant se naturæ divinæ, non vt illi aliquam estimabilitatem conferant, sed vt eam accipiant: inò fortassis rectius quis diceret, Personalitates non se communicare Naturæ, sed accipere naturam communicatam, quia tò communicate dicit; suam estimabilitatem alteri communem facere, cùm ergo Personalitates non habeant propriam estimabilitatem, sed totam accipiant à Natura, non est absurdum dicere, inter Naturam & Personalitates esse communicationem non mutuam: neque enim de conceptu communicationis vt sic, est: esse mutuam; quia Deus dicitur se communicare creaturis, non item creature se communicare Deo: itaque ad Identitatem sufficiet communicatio illius quod habet pro-

priam estimabilitatem; sed hæc erit lis de modo loquendi. Cùm ergo omnes tres Personalitates accipiant sibi communicatam eandem infinitam estimabilitatem naturæ, ideo in ea ratione sunt vnum, scilicet, vnu Deus.

§89. Deducitur. 3. Duplicem dari speciem Identitatis inter prædicata divina. Aliqua enim identificantur communicatione summa, tam formaliter quam materialiter, sive, vt loquuntur Authores allegati, tam Intensivè quam Extensivè; & ab ijsdem vocatur Identitas adæquata (P. Sylvester Maurus vocat cum Aureolo Identitatem Repetitionis) quando nimur omnia, tam perfectiva quam non perfectiva prædicata communicaunt: talis identitas intercedit inter attributa absoluta, quorum singula identificantur cum omnibus & singulis Personis, & hanc identitatem sibi invicem communicant; quia huic communicationi nulla obstat oppositio relativa, qualis obstat, quòd minus Natura divina possit communicare Paternitatem Filiationi, & Spirationem acti- vam Spirationi passivæ &c. Alia Identificantur communicatione summa formaliter quidem, sed non materialiter: sive intensivè quidem, sed non extensivè: talis intercedit inter Naturam & Personalitates; quia Natura ita se communicat Filiationi, vt tamen illi non communicet Paternitatem. Hæc duas species Identitatis convenient in hoc, quòd utraque sit summa formaliter, seu quod tam estimabilitatem.

§90. Ex hac Identitatis declaratione, respondeatur nunc in forma ad argumenta superius facta. Et quidem illa propositio: *Essentia est Pater*: distinguitur hoc modo: Essentia est Pater Identitate & communicatione summa formaliter tantum seu intensivâ, concedit: Identitate & communicatione summa etiam materialiter, & extensivè, negatur. Eodem modo cum proportione distinguenda sunt reliqua propositiones.

Hac responsive vtrumque effet contra Gentiles aut hæreticos, feriū impugnantes hoc mysterium, quia desumpta est ex ratione quasi à priori, & ex declaratione Identitatis.

§91. Contra illos autem, qui hujusmodi argumentis vtuntur ad exigandam formam syllogisticam, supponentes interim Mysterij hujus veritatem, responderi potest cum distinctione, quā utitur Cardinalis Pallavicinus c. 53. n. 408. ad solvendum hoc argumentum.

Pater adæquatè est Essentia.
Essentia adæquatè est Filius.
Ergo Pater adæquatè est Filius.

Distinguitur citatus Author majorem: *Pater adæquatè est Essentia, Identitate Entitatis (id est Naturæ) concedit: Identitate terminorum conceptibilium seu suppositi, negat.* Eodem modo distinctè minore, distinguit etiam consequens: *Pater est Filius identitate Entitatis, sed realiter ab eo distinguitur distinctione terminorum, concedit consequentiam, identitate terminorum adcep- que suppositi, negat consequentiam.*

§92. Hanc

192. Hanc responsonem ideo retuli, quia in ea plante recte supponitur, non esse opus admittere, praedicata contradictionia verificari de Essentia & Paternitate. Nam data responso considerit, quod eo sensu quo Paternitas non est Filius, nempe identitate suppositi, eodem sensu Essentia non sit Filius: & econtra, eo sensu quo Essentia est Filius, nempe Identitate Entitatis, eodem sensu Pater sit Filius. Hec erat ipsissima mens mea, quando superius ostendere conatus sum, quod non verificant contradictionia; & hinc in tradita ibi doctrina, ob hujus authoris estimationem, libenter perfito, quidquid alij judicaverint. Quin etiam intelligo, Hispanum Theologum sapientiam infra, in eadem esse sententia, quod non admittenda predicata contradictionia, nec dum tamen legendi copia facta est.

193. Deducitur ex dictis, quo sensu sit vel non sit metaphysicè evidens illud axioma: *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.* Est, inquam, metaphysicè evidens, quod quando duo sunt eadem vni tertio communicatione formaliter & materialiter summam, sunt eadem inter se: & quia haec sola communicatio summa potest intercedere in creaturis, ut probatum & declaratum est, ideo in creaturis semper est metaphysicè evidens illud axioma, & non est opus declaratio- ne aut distinctionis; in Deo autem ut locum habet, adhibenda est distinctionis & declaratio-

194. Porro quia Deus est Ens infinita perfectionis, contra cuius conceptum non est, posse communicari summam formaliter alicui predicato, quin illi communicetur summam materialiter, item, posse communicari perfectivè, quin communiceatur perfectibiliter: & simul etiam fides doceat, hoc defacto fieri in Trinitate, dederunt, quod ratione naturali neque sit evidens, posse in

595. Postquam declaratum est, quod Mysterium Trinitatis non adverteretur naturali rationi, breviter etiam videndum est, quomodo sit eidem naturali rationi conforme.

Primo ergo naturali rationi conforme est, quod non detur in Deo ullum exercitium vitalis præterquam intellectus & voluntatis: omne enim aliud vitale exercitium, ut sensationes, vegetationes, motus localis, includunt formaliter imperfectionem, non item Intellectus & Voluntas: & sic jam excluduntur à Deo omnia alia predicata perfectibilia, quæ non habent rationem Intellectus, ut habeat filiationem, aut voluntatis, ut habeat spiratio passiva.

596. Secundò est naturali rationi conforme, quod Intelligens & Volens intelligendo & volendo non mere recipiat, sed agat, & detur realis distinctio inter producens & productum;

haec datur inter Patrem & Filium, inter Spiritum & Spiratum.

597. Tertiò est naturali rationi conforme, quod detur in Deo Producere Volitionis origina- tæ etiam ab Intellectu producta, & non à solo primo principio improducta: hoc modo Spiritus S. non à solo Patre, sed etiam à Verbo procedit.

CAPUT II.

DE PROCESSIONIBVS, RELATIONIBVS, ET NOTIONIBVS DIVINIS IN GENERE.

CONTROVERSIA I.

An, & quot dentur in DEO Processiones.

198. Fundamentum multiplicandi Personas divinas est, quod alia ab alia procedat; processio autem sine reali distinctione non datur. Processio est Emanatio & Origo unius ab alio.

199. Dividitur autem Origo in Activam & Passivam, ad similitudinem actionis & passionis, que concipiuntur intervenire inter Causam & Effectum, seclusis tamen imperfectionibus de-

pendentia unius ab alio, & mutationis. Origo activa concipiatur inesse principio producenti, Origo passiva termino producto. Et quamvis communior philosophorum opinio sit, in rebus creatis non distingui actionem à passione, recipique in termino, non in principio, de divinis tamen Processionibus aliud dicendum est, quia in Deo sunt penitus inseparabilia haec duo: *Producere: & Posse producere.* & Principio producenti est utrum-

est utrumque essentiale: ac proinde denominabitur *Producens* ab aliquo suo constitutivo non minus, quam denominatur *Potens producere*. & par modo, quia termino est essentiale, *Producere*, ideo etiam denominabitur *productus*, ab aliquo suo constitutivo.

600. Quæstio est, an haec Processiones fiant per Intellectum & Voluntatem. Cui quæstioni resolvenda perinde est, sive admittatur Virtualis distinctio inter Intellectum & Voluntatem sive negetur. Disputatur enim quæstio in eo sensu, in quo recte dicimus, cognitionem creatam procedere ab Intellectu, & non à voluntate, aut potentia locomotiva, aut visiva, &c. etiam haec omnes potentias identificantur inter se, & ne quidem virtualiter distinguantur. Quæstio itaque est, an secunda Persona habeat speciale prædicatum, quod non habet tertia Persona, vi cuius dicitur potius Intellectio, quam Volatio: & econtra tertia Persona dicitur potius Volatio, quam Intellectio.

601. Hieronymus Zancklius, hereticus Heidelbergensis, apud Valentiam dixit, temerarium esse axioma Theologorum, quod Filius procedat per Intellectum, & Spiritus Sanctus per Voluntatem.

602. Durandus docuit, neutram Processionem fieri propriè per Intellectum & Voluntatem, sed per Naturam divinam quam talem. Ponit enim Naturam divinam esse priorem Intellectu & Voluntate, & in illo priori propter suam infinitatem esse generativam & Spiravitam sine vila parentia media. Quæ sententia ab alijs erroris, ab alijs temeritatis censurâ notatur.

603. Dicendum est. 1. Cum omnibus alijs scholasticis, processionem Secundæ Personæ esse per Intellectum, & processionem Spiritus S. esse per Voluntatem.

Probatur 1. Ex SS. litteris, vbi secunda Persona vocatur Verbum, & tertia Spiritus S. atque Amor. Verbum autem pertinet ad intellectum, & Amor ad Voluntatem.

604. Probatur. 2. Ex SS. Patribus. Gregorius Nazianzenus Orat. 36. Verbum, inquit, dicitur, quia ita se habet ad Patrem, vt sermo ad mentem, non modo propter generationem passionis omnis expertem, verum etiam propter conjunctionem ipsius cum Patre, vimque enunciari dicem.

605. S. Chrysostomus to. 5. orat. 9. Quemadmodum se habet sermo ad mentem, sic unigenitus DEVS Verbum se habet ad Patrem.

S. Augustinus lib. 15. de Trinit. c. 6. Illic intelligende conspicimus tanquam dicentes, Et Verbum ejus, id est Patrem & Filium, atque inde procedentem Charitatem virum communem, scilicet Spiritum S. & infra. Ecce! ergo Trinitas Sapientia scilicet, & Notitia sui, & Dilectionis sui, sic enim & in homine invenimus Trinitatem, id est, mentem & notitiam, quam se novit, & dilectionem quam se diligit.

S. Ambrosius in Monolog. c. 46. De aeterna memoria aeternum Verbum nascitur: sicut igitur

Verbum congrue intelligitur Proles, ita Memoria, rentis nomen aptissime suscepit.

606. Probatur. 3. Ratione. Productio-nes & Processiones divinarum Personarum sunt operations vitales, & immanentes: atque in Deo non datur alia vita, quam Intellectiva & Volitiva: ergo illæ ad hanc vitam pertinebunt.

607. Obicit Durandus. 1. Intelligere & velle sunt actus essentiales in Deo: Processiones sunt notionales: ergo non sunt Intellectio & Volatio. Distinguendo consequens: Non sunt Intellectio & Volatio essentiales, absoluta, communicabiles & improducta, concedo conseq: Non sunt Intellectio & Volatio notionales, relativa, & non communicabiles, sed producta, nego conquentiam.

608. Obicit. 2. Si divina processiones essent per Intellectum & Voluntatem, tunc etiam Filius generaret, & Spiritus S. spiraret, quia habent Intellectum & Voluntatem communem cum Patre. Retorqueretur argumentum in Durandum: habent enim etiam Naturam communem cum Patre: cur ergo non generant per Naturam, si Durandus vult Patrem generare? Est ergo difficultas communis, infra solvenda, quando agitur de Principio formalis Processionum.

609. Obicit. 3. Substantia intellectiva creata non generant quatenus intellectiva sunt, hoc enim habet se per accidens, vnde & non intellectivis convenient generare: ergo etiam in Deo debet generandi via alteri prædicta tribui. Negando consequentiam: quia Generationes divinae non debent convenire imperfectiones generationum creatarum, cuiusmodi est, generare & non quam intellectivum. Ob hanc imperfectiōnem solis substantijs corporeis convenient generare.

610. Dicendum. 2. Duas esse in Deo Processiones, vt fides docet. Ratio constat ex dictis. Duo sunt in Deo principia vitalia, Intellectus & Voluntas: non est autem maior ratio, cur unum sit secundum & non alterum: ergo utriusque debet sua respondere Procescio. Debem autem haec inter se realiter distinguere, quia secunditas Voluntatis ratione spirationis activa est communis duabus personis: secunditas autem Intellectus ratione generationis activa est propria patri: ergo terminus Generationis debet realiter distinguere à termino Spirationis.

Redditur etiam à S. Thoma hujus rei congruentia ex Richardo de S. Vict: Tot & non plures assertorū sunt processiones in divinis, quod requiruntur & sufficiunt ad absolvendum illum circulum, quem conficiunt operations intellectus & voluntatis creatæ: haec autem sunt duas.

Nam Intellectio oritur ab objecto, ab Intellectione Volitio, & hac iterum reddit ad objectum.

CON-

CONTROVERSIA II.

An, & quot dentur in DEO Relationes reales, & quomodo à Procesionibus differant.

610. **G**uilielmus Parisiensis tract. de Trinit. non solum in creaturis, sed etiam in DEO negat dari Relationes reales, vultque omnes relationes esse secundum Diū seu Rationis.

Dicendum est. 1. Dari in Deo propriè dicas & Reales Relationes. Probatur. 1. Ex Concilio Tolerano, vbi c. i. Confess: Fidei, dicitur, quod numerus Personarum ex Relatione colligatur. In Concilio Florentino sess: 18. post medium, §. Divina Substantia: Joannes Theologus ita loquitur. *Proprietates nequaquam communicabiles sunt, quod ex Relationis vi creditur evenire, & infra. Nil nisi Principij habitudo est, in qua hec duo considerantur, à quo aliquid, & ad quod aliud.* Ibid. §. Dixi quidem. *Sola inquit, Relatio apud omnes Grecos & Latinos Doctores divinā processione Personas multiplicat, ita ut non alia ratione, quam vi Relationis una Persona ab alia differat.* S. Athanasius Orat. 3. contra Arian. *Pater, inquit, propri ad Filium referitur, non ad creaturam.*

612. Dicendum. 2. Relationes non differe, saltem adequate à Procesionibus, nisi nostro concipiendi modo, quo concipimus Relationes creates Patris & Filii, amici ad amicum in fieri alios formæ resultantis ex ratione fundandi, que est ipsa Procesio seu Origo unius ab altero.

Dixi: *Saltem adequate. Nam vrum inadequate differat Relatio à Procesione, tanquam includit ab includente, est aliqua Doctorum diffensio, de modo loquendi potius quam de Re.*

613. Prima sententia docet, quod Procesiones actives non sint sola Relatio Paternitatis, vel Spirationis activa, sed formaliter includant etiam Intellectionem & Volitionem absolutam. Ia Vasquez, Arrubal, Tannerus.

614. Communior Sententia docet, solam Relationem esse adequate Procesionem. Ita S. Thomas q. 41. a. 1. ad 2. dicens, quod actus Notionales (hoc est Generatio & Spiratio activa) secundum modum significandi tantum differant à Relationibus, sed res sint omnino idem. Deinde approbat Sententiam Magistri, dicentes, quod Generatio & Nativitas alij nominibus dicantur Paternitatis & Filiatio.

615. Probatur assertio. Eadem est forma denominans Patrem, qua est denominans Genitorem: sed forma denominans Patrem, adequate non est aliud, quam Relatio Paternitatis: ergo etiam forma denominans Genitorem, est adequate Relatio Paternitatis: atque forma denominans Genitorem est Generatio activa: ergo Generatio activa & Relatio Paternitatis sunt ad-

equatè idem. Sanè ad significandum discrimen inter Spirationem activam & Relationem Spiratoria ne quidem diversa nomina sunt imposita.

616. Objiciunt. 1. Productio Verbi est locutio intellectualis: sed locutio intellectualis est ipsa intellectio: ergo & productio Verbi. Verum hoc argumento probaretur adaequata distinctione Relationis à Procesione, quia Relatio ne quidem inadæquate est formaliter id, quo Deus formaliter intelligit. 2. Distinguendo majorem; est locutio intellectualis quā loquens sibi ipse loquitur & intelligit, nego: quā loquitur alteri ut alteri, concedo majorem, & distinguo minorem: Locutio intellectualis quā Pater alteri loquitur, est ipsa Intellectio essentialis, nego, quā sibi loquitur, concedo minorem, & nego consequentiam. Nam, ut advertit Card. de Lugo, locutio quā alteri loquimur, non includit, sed presupponit Intellectionem, quā sibimes prius loquatut, & quam alteri per locutionem velit communicare. Hoc modo se habet productio Verbi divini: nam licet assimileetur nostro Verbo mentali, hoc est, Intellectioni quoad hoc, quod sit immanens, differt tamen, quod ordinetur ad hoc ut Filius intelligat, & sic assimilatur nostro Verbo externo.

617. Objiciunt. 2. Propositionem illam quā S. Augustinus, Hieronymus, & Bernardus videntur, quod Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto; & eodem modo volunt, quod Pater se intelligat Verbo. Atqui ha propositiones non posunt verificari, nisi ipsa intellectio, & voluntio essentialis, sit productio activa. Ergo &c. Verum hoc argumento probaretur, Intellectionem essentialiem esse formaliter & virtualiter ipsum Verbum, & Volitionem essentialiem Spiritum S. De propositionibus objectis optimè discutit ci-tatus author ex S. Thoma q. 37. a. 2. cum quo,

618. Observandum, illas propositiones in sensu strictè formaliter non esse veras, ob rationem jam insinuatam. Vnde S. Augustinus similem propositionem, quā dixerat, quod Pater est Sapientia Sapientiæ genitrix, retractavit lib. 1. Retract: c. 26. & lib. 6. de Trin. c. 1. & 2. & alibi. & quidem ad mentem S. Athanasij, Oratione contra Gregorius Sabellij, dicentes: Sapientia Patris est Filius, non ut in homine, vbi per Sapientiam est sapiens, sed ex sapiente sapientia illa ortum habet. Vnde aliqui apud S. Thomam arbitrati sunt, S. Augustinum etiam retractasse alteram propositionem de Spiritu S. Verum cum S. Thoma responderi potest, quod sicut Pater se & sua dicit Verbo, ita ut rō Verbo non tantum dativi, sed etiam ablative casus sit, ita etiam Pater Filio testetur suum amorem, seu affectivè manifestet Spiritu Sancto: adeoque quando dicitur Pater Filium amare Spiritu Sancto, non sit intelligendum in sensu formaliter, sed in ratione signi seu termini, vel, ut alij loquuntur, terminativè, sicut homo, qui ex interno amore amicum amplectitur vel osculatur, dicitur tali amplexu vel osculo diligere alterum, non formaliter, sed significativè seu terminativè. *hoc sen-*

hoc sensu dixit S. Bernadus serm. 8. in Cant. Spiratum S. esse osculum Patris ad Filium.

619. Dicendum. 3. Absoluē loquendo dantur in Deo quatuor Relationes. Ita communis contra quosdam antiquiores, Majorem, Ockam & Gabrielem, qui potius in modo loquendi, quam re ipsā dissentire videntur. Probatur Conclusio. Vbi sunt diversæ rationes fundandi, sunt diversæ Relationes oppositæ : sed sunt duas diversæ rationes fundandi, nempe duas Procesiones, quarum una est à solo Patre, altera à Patre & Filio per Spirationem activam utriq; communem : ergo prior ratio fundandi fundat duas Relationes oppositas, quarum una est Paternitas, altera Filiatio ; posterior fundat duas alias Relationes, quarum una est Spiratio activa, denominans Spiratorem, altera Spiratio passiva, denominans Spiratum.

620. Confirmatur. Pater & Filius referuntur ad Spiritum S. sed non referuntur sub conceptu Patris aut Filii, quia Spiritus S. nec est Filius Patris, nec Pater Filii: ergo referuntur aliâ Relatione : ergo sunt quatuor Relationes.

Observandum tamen est, in hac Conclusione præscindi, an, & quomodo omnes quatuor relationes ab invicem distinguantur, nam hæc est controversia realis, de qua jam dicetur.

CONTROVERSIA III.

Quænam intercedat distinctio inter Spirationem activam, & Relationes Paternitatis & Filiationis.

621. Spirationem activam realiter distingui à Spiratione passiva, tanquam Relatione sibi opposita, jam dictum est. Quæstio est, an à Paternitate & Filiatione aliquo modo distinguitur, nomine cogitante.

622. Prima Sententia est, distingui realiter, & sic dari in Deo realem quaternitatem. Ita Durandus. Secunda sententia docet, Spirationem activam esse quoddam complexum seu aggregatum ex Paternitate & Filiatione. Hæc sententia nullum habet classicum Authorem, nisi quod Arriaga fateatur, se in eam vehementer inclinare.

623. Dicendum est. 1. Spirationem activam non distingui realiter à Paternitate & Filiatione. Est adeo certa Conclusio, vt sententiam Durandi aliqui vocent erroneam, propter aperta verba Concilij Lateranensis, omnem in Deo quaternitatem damnantis. Nec juvat Durandum, quod præcipua intentio Concilij fuerit, damnare quaternitatem, cuius unum membrum esset ipsa Essentia : nam ex verbis illius deducitur, non dari quaternitatem Relationum : verba sunt. Ideo solummodo Trinitas est, non Quaternitas, quia quelibet trium Personarum est illa Res, videlicet Substantia, Essentia &c. : que causulis non esset bona, si staret sententia Durandi, quia identitas Personarum cum natura staret cum quaternitate Re-

lationum : imò debuisset Concilium dicere: *Ida* solummodo est Quaternitas, & non Quoniam, quia quelibet Relatio est illa res.

624. Confirmatur. Nam vt ipse Durandus facetur, in illo cap. damnatur Quaternitas Personarum. atqui si darentur quatuor relations realiter ab invicem distinctæ, darentur hoc ipso quatuor Personæ : nam Spiratio activa non minus est let incommunicabilis quam Paternitas, si enim est let communicabilis, identificaretur cum illa Persona, à qua, & cui communicaretur, quia illi non opponeretur relativè, & sic est let diaboli Personis communis, quod quidem est verissimum, vt dicimus ; sed adverterit sententia Durandi, ergo in sententia Durandi Spiratio activa est incommunicabilis : ergo est let quarta Personalitas.

625. Confirmatur. 2. Si Spiratio activa realiter distingueretur à Paternitate & Filiatione, deberet alterutra harum ab illa procedere, vel libet ab alterutra : non enim multiplicantur Relations nisi per oppositionem Procesionis: utrumque est falsum. ergo &c.

626. Fundamentum Durandi præcipuum est, quod existimet, pro reali diversitate terminorum debere multiplicari realiter relations ad illos terminos. Nam præterquam quod hoc principium etiam in creatis negetur à quælibet, est insuper specialis ratio in divinis, vbi nulla est Admittenda realis distinctio, quando nulla est Procesionis & Relationis oppositio : atqui Paternitati & Filiationi non opponitur processiva & relativè Spiratio activa : ergo non distinguuntur.

627. Dicendum. 2. Eandem numero spirationem activam esse in Patre & Filio, utrumque communem, & à Patre communicatam Fili, sicut illi communicatur Natura, ac proinde esse virtualiter intrinsecè distinctam tam à Natura quam à Paternitate & Filiatione. Ita quod principale punctum omnes Theologi supponunt, adeo vt teste Suarez lib. 5. c. 6. n. 5. plus quam terminari foret, ab hac sententia recedere, & Ruiz d: 18-s. 2. n. 7. dicat, oppositum esse error proximum.

628. Prob. 1. Quidquid est in Patre, secundum quod in ratione numerica consideratum, non opponitur Filio tanquam Producens Productum, illud idem numero communicat per identitatem Filio : sed Spiratio activa est in Patre, & per illum non opponitur Filio tanquam Producens Productum; Filius enim non spiratur: ergo sicut Naturam, ita eandem numero Spirationem activam communicat Filio.

629. Respondere conatur Arriaga. Licit Pater non opponatur Filio in ratione Spiratoris vt sic: opponitur tamen in ratione talis Spiratoris: sicut licet non opponatur in ratione Personæ vt sic: opponitur tamen in ratione talis Personæ: & sufficit hoc sufficit, vt Pater non habeat Personalitatem communem Filio, ita sufficit, vt nec habeat spirationem communem.

630. Verum

630. Verum hæc responsio neutiquam satisfacit, & est disparitas manifesta inter prædicatum Personæ & Spiratoris. Nam prædicatum Personæ repugnat idem numero communicari Filio realiter distincto: daretur enim in prædicato communicabili processus in infinitum. Nam Personalitas Patris secundum illam formalitatem, quæ realiter distinguitur à Filio, semper retinet rationem Personæ, & sic iterum abstrahit potest prædicatum communicabile, & ita in infinitum: quod cùm sit per se absurdum, vtique dicendum est, prædicatum Personæ, ita esse imbibitum in Paternitate, vt sicut hæc, ita & prædicatum Personæ sit incomunicabile. Nihil hujusmodi locum habet in prædicato Spiratoris, & Spiratio activa, si dicatur communicari Filio à Patre, & potest hæc sine ullo inconvenienti dici esse virtualiter intrinsecè distincta à Relatione Paternitatis & Filiationis, non autem ratio Personalitatis.

631. Confirmatur. Nam Pater communica Filio, quidquid habet, foliā gignendi facultate excepta, ut habet axioma Theologorum; Sed spiratio activa, formaliter loquendo, non est facultas gignendi: ergo communicatur Filio.

632. Probatur Conclusio. 2. Et efficacius ex Concilio Lugdunensi, relato in cap. vniaco de Summa Trinitate in 6. Vbi definitur contra hæreticos, vel negantes Spiritum S. procedere à Patri & Filio, vel assertentes procedere ab illistquam à duobus principijs; definitur, inquam, quod Spiritus S. ex Patre & Filio non tanquam duabus Principijs, sed tanquam ex uno Principio, non tanquam duabus Spirationibus, sed unica Spiratione procedit.

Respondere conatur iterum Arriaga, Concilium loqui de Spiratione passiva, quia Spirationem & Processionem pro eodem visurpat. Sed nescio an hac serio dici possint. Quis enim necit, non minus dari & dici processione activam, quam passivam? ergo etiam in Concilium pro eodem fumar, non sequitur, quod loquatur de Spiratione passiva. Deinde quæ necessitas fuisset definire, unicam esse in Deo spirationem passivam, cum nemo duas asseruerit? de spirationis autem activæ simplicitate vtique poterat dubitari, quando defacto Arriaga dubitat.

633. Confirmatur ex Florentino scsl. 24. docente, Patri & Filio esse unam potestatem spirandi: per Potestatem autem non intellexit Concilium Volitionem essentiale, de cuius vnitate communis Patri & Filio non erat dubium: intellexit ergo spirationem activam, quæ est, & recte vocatur Potestas & Virtus spirandi, eo quod posse spirare, & spirare sint inseparabilia.

634. Respondet iterum Arriaga, Spiratio nem activam nunquam vocari potestatem, cùm sit quasi Actio, & hoc ait esse apud omnes certum. Sed quomodo potest hoc esse apud omnes certum, cùm plures DD. (quos ego quoque sequar) doceant, Principium formale Quo, saltem partia-

le, esse ipsam Generationem & Spirationem activam? Deinde potestas spirandi & virtus spirandi sunt synonima: atqui ipse Arriaga vocat Spirationem activam Virtutem spirandi; nam disp. 51. s. 1. §. secundò posset: habet hæc formalia verba: *Et quidem certum est, Pares admisisse Virtutem spirandi, illam autem nos vocamus Relationem spirationis.*

635. Ex dictis deducitur. 1. Quomodo spiratio activa distinguitur tum à Natura divina, tum à Personalitatibus Patris & Filij. Distinguitur inquam virtualiter intrinsecè: à Natura quidem, quia Natura est tribus Personis communis, non item Spiratio activa, & sic distinguitur realiter in tertio, nempe in spiratione passiva, cum qua realiter identificatur Natura, Spiratio vero activa realiter ab eadem distinguitur. A Relatione Patris distinguitur etiam virtualiter, quia spiratio activa est communis Patri & Filio, non item Paternitas; & ob eandem rationem distinguitur etiam virtualiter à Filiatione, quæ proceditur realiter, non item Spiratio activa.

636. Deducitur. 2. Cur Theologi non assignant in Deo tot proprietates, quot sunt Relations, sed tantum tres. Nempe quia Spiratio activa est duabus Personis communis, & ideo non venit nomine Proprietatis, quæ debet vni Personæ tantum convenire.

CONTROVERSIA IV.

Quot, & quæ sint Notiones in Trinitate.

637. **N**Otiō apud Theologos consentanea Sanctis Patribus, aliud non est, quæ Nota, seu prædicatum vnius divinae Personæ, quo discernerit ab alia Persona.

Et quamvis rideant hæretici cum Valentino Gentile Italo, patrio Cosentino, negante vnitatem Essentia, suamque hæresin per Galliam, Germaniam & Poloniam spargente, ac denique Bernæ capitali supplicio affecto, quod hoc vocabulum non repertatur in S. Scriptura, ipsi tamen multò magis ridendi sunt, quod non advertant, abunde contineri Jo: 10. *Sicut novit me Pater, & ego nosco Patrem, & Matth. 11. Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.*

638. Quoad numerum Notionum loquendum est cum communissima sententia Theologorum; contra Scotum, & Gabrielem, esse quinque. Cum enim hujus numeri possit commoda reddi, esto aquæ commodè possent ad pauciores vel plures extendi, in tanto Mysterio à communis non est recedendum.

639. Solent ergo Notiones his vocibus significari. Innascibilitas (hoc est Improdicibilitas) Paternitas (& haec due convenienter soli primæ Personæ) Filiatio, Spiratio activa & passiva.

N

Objicies.

Objicies. 1. Imprudicitas convenit etiam Naturae divinae, & Spirationi activa, ergo non est Notio Persona. Responderet P. Elsparza q. 39. a. s. esse accipiendam Imprudicitatem prout coniunctam cum Incommunicabilitate.

640. Objicies. 2. Spiratio activa est communis duabus Personis: ergo non est Notio, sicut ob eandem rationem excluditur a numero Proprietatum. 3. Satis esse, quod si discreta duarum Personarum a tercia: neque est de ratione Notionis, quod conveniat vni soli, sicut est de ratione Proprietatis.

641. Replicabis. Ergo pari modo possent assignari Ingenerabilitas, & Inspirabilitas, quarum prima convenit Patri & Spiritui S. secunda Patri & Filio. 4. Negando paritatem, quia haec non sunt in re una simplex, sed duplex, & una tantum per abstractionem. Sed hinc Quares, quare non detur una simplex Ingenerabilitas & Inspirabilitas? Respondeo (vt alia plura taceam) hoc dici non posse: nam Ingenerabilitas si esset communis Patri & Spiritui S. deberet illam Spiritus S. accipere communicatam a suo Spiratore, qui est Pater & Filius: atque Filius eam non habet: ergo nec potest eam communicare. Quodammodo Inspirabilitatem vero, vel loquimur de Inspirabilitate incommunicabili, quae est ipsa Paternitas, & hoc ipso non potest esse communis Patri & Filio, vel de Inspirabilitate communicabili, & haec est ipsa Spiratio activa, quae communicatur Filio.

642. Denique, praescindendo ab hujusmodi instantijs, in genere responderi potest cum Ruiz & Esparza, quod ideo illa quinque Notiones potius quam aliae alijs nominibus significabiles ponantur, quod habeant principiam quandam vim ingenerandi in audiente apprehensionem specialem dignitatis in Personis divinis, & ideo per illas notificantur decentissime; quia decentius aliquid notificatur per ea, quae peculiariter spectant ad dignitatem illius.

643. Notiones a Relationibus non differunt virtualiter intrinsecè, differunt tamen nostro concipiendi modo, quatenus Relatio quæ talis comparatur ad unum terminum, & ad suum correlativem: Notio vero comparatur ad plures terminos, a quibus per notionem Persona discernitur.

CONTROVERSIA V.

Cur multiplicatio Proprietatum seu Relationum, multiplicet Personas, & non DEVM.

S. I.

Pereziana ratio discriminis rejicitur.

644. P. Antonius Perez dis. 4. de Trin. c. 1. a. n. 8. docet, d. scriben inter concretum Personam

& Dei, defundendum esse ex differentia Substantiarum Naturæ divinae ab alijs naturis: nempe quod alii Naturæ non sunt sibi primarium Rectum, sed Supposita sunt ipsarum primarium Rectum. Naturæ autem divina est sibi Rectum primarium: Personalites vero divinae seu supposita, sunt ejusdem Naturæ divinae Rectum secundarium, & virtualiter intrinsecè sunt illius obliquum.

645. Ex hoc fundamento deducit Author 1. dari in Deo subsistentiam absolutam & communem, indistinctam virtualiter intrinsecè à Deitate. Deducit. 2. Naturam divinam in priori signo, priusquam procedant ab ipsa Personalitez, esse non solum Deitatem, sed Deum. Hinc denique deducit 3. & reddit rationem, cur sit unus Deus formaliter: quia cum Deitas & Deus secundum rectum primarium sint idem, sicut una est Deitas, ita unus est Deus, non vero est una Persona, sed tres, quia vox Persona, significat Personalitatem, tanquam constitutivam Personæ, & quidem in Recto.

646. Hæc doctrina quoad modum loquendi est excogitata à citato Authore; quoad rem ipsam est ex parte defumpta ex Suarezio, lib. 4. de Trin. c. 14. n. 6. qui vocaverat immedietum significatum vocis Deus Naturam divinam ut subsistentiam subsistentiæ absolutam & communem.

Contra hanc doctrinam est. 1. Quia, ut infra videbimus, subsistentia absoluta & communis in Deo rectius negatur.

Contra est. 2. Quia ex hac doctrina sequitur, quod sicut est falsa hæc propositio: Deitas generat: ita etiam falsa est hæc: Deus generat: nam secundum Perezium Deus & Deitas sunt formaliter idem, consequens admitti non potest.

647. Respondere conatur Perez, negando sequelam. Nam nomen Deus, supponit in recto primario pro ipso Deo, qui formaliter nihil est aliud, quam ipsa Deitas: sed tamen debebat etiam per consequentiam quandam supponere in recto virtualiter intrinsecè secundariò pro suppositis divinis, & pro omni eo, quod est idem cum Deo & Deitate. Differt ergo nomen Deitas, à nomine Deus, quod nomen Deitas non significat supposita divina, tanquam eadem etiam materialiter cum ipsa, sed vel ab illis objectivè præcindit, vel in obliquo & indistinctè ita significat, ut omnia prædicata, quæ attribuantur nomini Deitas, immediate & formaliter ipsam afficiant, & de ipsa verificari oporteat.

648. Hæc tamen responsum non satisfacit ex dupli capite. Primum, quia esti vero ostendat, quod in aliquo sensu materiali sit vera propositio (quæ est ab omnibus admittenda) Deus generat, non tamen ostendit, quare non meliori jure, simpliciter & absolute, ac sine adjecta explicacione, & in sensu formalis ac primario, sit vera hæc: Deus non generat, quia in hoc sensu est vera hæc: Deitas non generat, quæ est illi synonyma in hujus Authoris doctrina. Secundo, non satisfacit responsum: quia præbet ansam audacibus, dicendi,

dicendi, quod licet accipiendo vocem *DEVS* in suppositione sua primaria & formalis, non sint Tres *Dij*, attamen in suppositione secundaria & materiali, possint dici tres *Dij*. Vnde non mereatur reprehensionem Marsilius, quod ausus sit dicere, non fore absurdum concedere tres Deos, si Ecclesia hunc loquendi modum toleraret: & tamen ipse Perez n. 3. fatetur, hanc sententiam esse absurdam: sed cur est absurdum? *Quia*, inquit, *Scriptura vnum Deum predican*, & multitudinem *Deorum paffim damnant*. Verum ad hoc duplacter responderet Marsilius. 1. diceret, non minus Scripturam predicare Deum generantem & Deum genitum: ergo neque haec propositiones deberent in sensu formalis & primario posse negari. Respondet. 2. Scripturam assertere vnum Deum in suppositione formalis & primaria, nec tamen propterea negare plures Deos in suppositione materiali & secundaria.

649. Contra doctrinam Perezij est. 3. Quero, unde habeat, quod multiplicatio recti secundarij non sufficiat, ut nomen *Deus* possit verificari & proferri pluraliter? Gratis hoc ab eo dici sic ostendo. In solo Deo (quod nunc pernitto adversario) & nunquam in creaturis, datur duplex Rectum primarium & secundarium, atque a nullo unquam S. Patre aut Theologo assignata est specialis regula pro Deo, multiplicandi vel non multiplicandi concreta ad multiplicariolum Recti, sed semper regula generali vis sunt. Non potest autem esse regula generalis hac, (in qua tamen se vincere fundat Perez) multiplicando solo recto secundario & non primario, non multiplicantur concreta: non dantur enim extra Deum recta secundaria. Fundatur ergo doctrina Perezij in principio propositus arbitrio, & ante hac in cogito.

650. Contra est. 4. Quia P. Perez denique faceri debet, posse ex regula generali multiplicandi concreta substantia, rationem reddi, cur non obstante Trinitate Personalitatum, sit unus *Devs*; ergo non est recurrendum ad duplex rectum, primarium & secundarium, haec tenus inconcinnum, quo nemo respergit, quando vnum *Deum* in Trinitate confessus est. Antecedens ostendo. Faretur P. Perez n. 11. quod si tres divine Personalitates assumerent unam humanitatem, effet unus homo, & non tres: quero, cur non essent tres, cum recta multiplicentur, neque hic statim rectum primarium aliud secundarium? Respondebit, hoc fieri propter regulas nominis substantivis, scilicet, quia humanitas est forma substantivae significativa, cuius multiplicatio requiriatur ad multiplicanda concreta substantiva. Benè est, ergo ex ha ipsa regula potest ratio reddi, cur sit unus *Devs*, & est vera communis que doctrina. quid ergo cogit ad novam regulam excogitandam?

651. Quinto, obiter observo, secundum P. Perez non solum non sufficere multiplicatio rem recti ad multiplicationem concretorum sub-

stantialium, (quod verum est) sed ne quidem requiri: docet enim, quod si Verbum assumeret duas humanitates, (quo casu rectum non multiplicaretur) essent duo homines. Ceterum hoc ab alijs communiter negatur, & cum hoc olim dixisset S. Thomas, postmodum in Summa 3. p. q. 3. a. 7. ad 2. retrahavit. Lubet ejus verba adscribere, quibus clarè continetur id ipsum, quod ego tertio & quarto loco Perezio objeci. Sed, inquit, non videtur esse verum (nempe fore duos homines) quia nominibus est vndum, secundum quod sunt ad significandum imposita; quod quidem est ex consideratione eorum NB. quæ apud nos sunt (ecce! quod requirat regulam generalem!) & ideo oportet circa modum significandi & consignificandi, considerare ea quæ apud nos sunt, in quibus nunquam nomen ab aliqua forma impositum pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum.

652. Sexto denique, si alia omnia abessent, ex hoc unico capite rejicienda esset Explicatio Perezij, quia fundamentum illius non subsistit. Fundamentum inquam est, quod nomen *DEVS* non sit nomen *suppositi seu Persona*, ut habet n. 9. dicens, Deum non esse formaliter Personam: sed rationem *Personæ*, sive in communi sive in particulari sumptam, esse extra primariam rationem Dei, sicut est extra rationem Deitatis. Hoc autem teste Ruiz de Trin. d. Trin. d. 78. s. 1. & 2. nemus Theologorum antea dixit, & est aperte contra S. Damascenum lib. 3. fidei c. 11. in fine. Deitas, inquit, *Naturam ostendit*, Pater autem *hypostasin*, quemadmodum & *humanitas Naturam*, Petrus *hypostasin*. Deus autem & commune *Natura significat*, & r̄nquamque *hypostason* denominat, nam Deus est NB. *divinam Naturam habens*, & *homo humanam*. Nihil apertius contra Perezium, & pro communi sententia paulo post tradenda dici posset.

§. II.

Explicatio Vasquezij.

653. Et plurimum opinio post Vasquez, concreta substantiva *Natura* supponere in recto pro sola *Natura*, nisi major dignitas Personalitatis obstat, prout contingit in Christo homine; sic enim salvatur veritas hujus propositionis: *Homo est DEVS*, quia Verbum habens humanitatem, est realiter Deitas, quæ est rectum concreti *Deus*. Exceptionem probant ex Aristotele, dicente, id esse aliquid, quod est præcipuum in illo. Verbum autem est præcipuum in homine qui est Christus: & ideo importatur in recto. Hoc supposito redditur ratio, cur multiplicentur in Deo Personæ, non vero *Devs*, quia rectum significatum nomine Deus, non multiplicatur; significatum vero nomine Personæ, multiplicatur.

654. Huic sententiae duo objicit P. Antonius Perez n. 4. Primum, quod secundum hanc rationem vera esset haec propositio: *Deitas generat*, non minus quam hæc: *DEVS generat*.

Objicit. 2. Ego, inquit, sum *Persona*, & homo, & tamen non sum *humanitas*, omnis etiam homo est suppositum

positum & Persona (vtique; cur enim ille, & non alij?) & tamen nullus homo est sua humanitas. ergo rectum hominis non est humanitas, & univerſim falſum est illud principium quod affumitur, nempe nomen concretum substantivum Naturae significare in recto ſolam naturam. Prior obiectio fortassis aliquid momenti habere poterit: ſecunda deficit, quod non probet alſumptum, quod adverſarij negant.

§. III.

Verior ratio discriminis assignatur.

655. Vero rem discriminis rationem ex communione Theologorum apud Ruiz d. 77. & seq. & Franciscum de Lugo, d. 20. c. 2. defumptam ex communi modo loquendi, illustravit Card. de Lugo de 13. de Incar. quam etiam approbat P. Antonius Perez n. 6. niſi quod exiftmet, vnitatem Dei eſe explicandam sine alligatione vlla ad communem modum loquendi. Nos tamen contrarium jugicamus cum S. Thoma paulo ante laudato, qui nos ad communem loquendi modum remisit. Ratio eſt, quia cum in re ipſa omnes conveniamus, nempe in Deo eſe vnam eſtentiam, & tres Personalitas, & quaqſio sit, cur potius dicenda ſint tres Personæ, quam tres Dij, non potest hujus diversitatis ratio melius aliunde defumi, quam ex communi vſurpatione nominum in singulari vel plurali, investigando regulam generalem.

656. Accedit, quod P. Perez pro sua singulari explicatione, ſupponat, dari in Deo ſubſtentiā abſolutam, quod cum ad minimū fit incertum, potius in re certissima declaranda eſt ab hujusmodi incerto principio abſtrahendum: hoc autem ſi fiat, nulla melior regula assignari potest, quam communis, ut fatetur P. Perez.

657. Itaque Cardinalis de Lugo facit diſcriſionem inter concreta ſubſtantialia seu ſubſtantiva, & Accidentalia, seu adjectiva. Ut multiplicentur concreta accidentalia, seu adjectiva, ſufficit & requiriunt multiplicari rectum seu illud quod à forma accidentalis denominatur, etiam illud ſignificetur tantum confusè, forma autem explicite. v. g. si Petrus haberet tres albedines, eſſe vnicum album, & quantumvis variatà albedine ſemper eſſet verum dicere; Hoc album eſt Petrus; etiam per rō hoc album ſubjectum ſignificetur confusè, & implicitè, albedo vero explicitè: hoc inquam non obſtante determinatio & designatio ſemper caderet ſupra rectum, & hoc ex communi modo loquendi: cuius fortalitatem fundatum eſt, quod termini adjectivi, licet ſignificant formaliter formam, ſignificant tamen eam per modum accidentis, & habitu à ſubjecto: cum autem accidens ſit ens in alio, seu adveniens alteri, jam ſupponit ſubjectum hoc aliquid constitutum, quod poſſit ac debet designari & determinari per ſignum illi appositum: ideo ly Hoc poſitum cum

album, determinat ſubjectum albedinis, quia ſubjectum ſignificatur ut ens constitutum & per ſe, cui albedo advenit.

658. Aliter ſe res habet in terminis ſubſtantivis, v.g. Homo: quia non ſignificat humanitatem ut habitam ſeu advenientein alteri, ſed ſubſtantivè, id eſt, ut conſtituentem primum illud ens, & ut primariam ſeu primariò intentam eſtentiam illius: ideo quando Humanitas ſignificatur formaliter & explicitè per terminum ſubſtantivum, determinario cadit ſupra Humanitatem formaliter & explicitè ſignificatam. Nunc ergo veniendo ad Concreta ſubſtantiva,

659. Dicendum eft, ad eorum multiplicationem requiri quidem multiplicationem recti, hoc tamen non ſufficeret (denuo etiam ſubſtantiam importari in recto, ab hoc enim nunc preſcindimus) ſed debere insuper multiplicari illud, quod ſignificatur determinatè, explicitè & formaliter. Hoc poſito,

660. Ratio cur ſit vnius Deus, non obſtante pluralitate Personalitatū, facile redditur. Vel enim vis, ſolam Naturam importari in recto, vel etiam ſubſtantiam: ſi primum: jam rectum non multiplicatur: ergo jam vnum requiritum deficit ad multiplicandos Deos. Si vero vis, in recto importari ſubſtantiam, deficit alterum requiritum, nempe multiplicatio illius quod ſignificatur per nomen DEVS determinate, explicitè & formaliter, nimurum Eſtentia divina ſea Deitas.

661. Quare ſecondum hanc explicatiōnem nil intereffit, quid importetur in recto: ſi enim Natura ex dupliči capite provenit quod non ſint plures Dij, nempe quia nec Rectum, nec formale ſeu explicitum ſignificatum multiplicatur. Si ſubſtantia ſufficit alterum deſeffe, nempe multiplicationem ſignificati formalis & expliciti.

662. Econtra redditur ratio ex eadem regula, cur multiplicentur Personæ: Quia & rectum hujus Concreti, & ſignificatum formale explicitum multiplicatur, hoc enim eft Personalitas ut patet, & omnes faciuntur.

663. Contra hanc Lugonis Regulam, quam etiam amplectitur P. Aldrete de Voluntate Dei disp. 9. s. 8. n. 9. & Philippus à SS. Trinit: d. 9. dub. 2. objeccerunt quidam. Hac Regula non eft vna indiſſibilis, ſed duplex, alia pro Concretis accidentalibus, alia pro ſubſtantialibus. Ergo alia magis generalis querenda eft. R. Regulam traditam, ſi recte intelligatur, eſſe vnam indiſſibilem tam pro Concretis ſubſtantialibus, quam pro Concretis accidentalibus. Regula ergo ſic formanda eft. Tunc ſolū multiplicantur Concreta, quando multiplicatur Rectum, & ſimil etiam ſignificatum designatum per adjectum pronomen Hic Hoc Hoc. Hac Regula faciliter applicatur Concretis accidentalibus, quia in his, ut ostendimus, Rectum, & ſignificatum determinatum ſeu designatum ſunt idem, & ideo mul-

ideo multiplicato uno, multiplicatur & alterum. In Concretis substancialibus applicatio regula pendet à diversitate sententiarum circa Rectum illorum. Et quidem in concretis Personalibus est expedita, quia etiam ibi Rectum & significatum determinatum sunt idem, nempe Personarum, sicut in Concretis accidentibus. At vero in concretis Naturae est quædam dissensio circa rectum, non autem circa significatum determinatum, ideo enim dicuntur Concreta Natura, quia Naturam formaliter & determinatè significant. Est inquit dissensio circa Rectum. Aliqui enim volunt, subsistentiam esse Rectum, & tunc quia potest Rectum multiplicari non multiplicato significato determinato, & econtra, ideo vnius multiplicatio non sufficit, sed oportet utrumque multiplicari. Hinc, si una divina subsistentia assumere plures humanitates, vel econtra plures subsistentias unam humanitatem, semper esset unus homo, & in primo casu una Persona, in secundo vero, plures Personæ, ut habet communis Sententia cum S. Thoma 3. p. q. 3. a. 6. ad 1. & art. 7. ad 2. At vero si singulæ Personæ singulas humanitates diversas assumerent, essent tres homines & tres Personæ, vt ex communi tradit Ruiz sect. 6. n. 6.

664. Est insuper inter Concreta Substantiva & adjectiva hoc discrimen, quod priorum significatum determinatum idem sit cum significato formal & explicito, in concretis vero accidentibus seu adjectivis, significatum determinatum sit distinctum à significato formal & explicito.

CONTROVERSIA VI.

Vtrum detur in DEO Subsistensia abso-luta, communis tribus Personis.

665. Prima sententia est, non dari in DEO tres subsistentias Relativas, sed unam absolutam, & omnibus tribus communem. Ita Durandus, Paludanus, Ferrarius.

Secunda admittit quatuor subsistentias, quoniam tres sunt relativæ, realiter ab invicem distinctæ, quarta vero sit absoluta, à Relativis non alter quam ipsa Natura, virtualiter intrinsecè distincta. Ita Cajetanus, Alvarez, Bannez, Zunel, Bellarminus, Suarez, Granadus, Ant. Perez, Philippus à SS. Trinitate. Tertia solas Relativas agnoscit. Valent, Vasquez, Albertinus, Tanner, Zuniga, Arrubal, Wandervek, Ruiz, Deikenius, Comptonius, Esperza.

666. Dicendum est. 1. Admittenda sunt tres subsistentiae Relativæ. Probatur. 1. Authoritate Concilij Chalcedonensis, quinta & septima synodi, vbi dicitur, Trinitatem esse divinam numeralibus subsistentiis, & Personalibus aequalitatis, & unam Deitatem in tribus subsistentiis esse adorandam. Aliorum etiam Conciliorum verba videri possunt apud Ruiz disp. 24. s. 2.

667. Probatur. 2. Ratione. Tres sunt in Deo Personæ: atqui explicitum & formale significatum Personæ, est Personalitas seu subsistens: ergo multiplicatis Personis debent multiplicari subsistentiæ. Porro Personæ divinae non differunt nisi per Relationes: ergo earum subsistentiæ sunt Relationes: sed Relationes realiter ab invicem distinctæ sunt tres: ergo & tres subsistentiæ.

668. DICO. 2. Non est afferenda subsistensia absoluta in Deo. Probatur. 1. Authoritate Patrum. Justinus in expositione Fidei de Trinitate: *Quatenus inquit, Pater & Filius & Spiritus S. unius Deitatis cognoscendo subsistentias, quatenus autem DEVS Essentiam communem Subsistenterunt &c.* S. Damascenus in Epist. de Trifagio. *Non est autem, inquit, ipsorum communis una hypostasis. Deitas autem communis est trium hypostasum una existens.*

669. Omitto alia, quæ faciliter possunt explicari, quod solum negant subsistentiæ unitatem in sensu Sabellij, hoc est, realiter identificantis tres subsistentias. Nihilominus optimè observat Ruiz, quod quando Concilia loquuntur de subsistentiis, semper assignent tres Relativas, numquam autem aliquam absolutam, quod signum est, non agnoscit Patres prædicatum aliquod speciale subsistentiæ convenire Naturæ prout virtualiter distinctæ à subsistentiis Relativis.

Probatur. 2. Authoritate S. Thomæ q. 40. a. 3. *Remota, inquit proprietate Personalis per intellectum, tollitur intellectus hypostasis.* Nota obiter S. Thomam uti hypothesi impossibili ad investigandum conceptum formalem rei, & partem constitutivam illius, quem tamen argumentandi modum quidam Recentiores putant esse mirabiliter levem.

670. Probatur. 3. Ratione. Natura divina prout virtualiter contradistincta à Relationibus, non est Persona, ut fatentur adversarii contra Durandum, qui dicit, esse Semipersonam & Semisuppositum: ergo non habet subsistentiam absolutam. Probatur Conseq. Vbi non repertur effectus formalis specialis alicujus forma, non datur illa forma: sed effectus formalis specialis subsistentiæ est: constituere Personam: ergo si Natura divina, prout virtualiter distincta à Relationibus, non est Persona, seu suppositum, non habet subsistentiam.

671. Probatur. 4. Effectus formalis subsistentia ut sic, est, esse ultimum terminum & complementum substancialie Naturæ: atqui ea quæ in Deo sunt absolute, non sunt hujusmodi ultimum complementum, cum admittant, immò exigant ulterius complementum, nempe subsistentias relativas: ergo nihil abfolium potest in Deo habere rationem formalem subsistentiæ.

Objiciunt. 1. Authoritatem Agathonis Papæ dicentis: *Confitemur Trium Subsistenterum seu Personarum unam subsistentiam.* 2. Esse mendum, emendatum postea in alijs Conciliorum exempla.

exemplaribus, vbi pro *Subsistentiam* legitur: *Substantiam*: alioquin esset falsa Pontificis proposicio, etiamsi daretur substantia absoluta, neque enim esset articulus fidei, dari substantiam absolutam.

672. Objiciunt. 2. Auctoritatem S. Hieronymi dicentis: *Taceantur tres hypothæses. Si placet, & una teneatur.* &c. Ex his verbis non magis probatur vna substantia absoluta, quam tres Relativæ impugnentur. Responso certa est, tunc temporis significacionem hypothæsis non sufficie propria illam quam modo habet, ad significandum ultimum terminum substantiæ ut contradistinctum ab ipsa Natura: sed idem significat *Subsistentiam*, quod *Substantia*. Videatur P. Ruiz, *diss. 32. s. 8. & 9.*

673. Objiciunt. 3. Subsistere est Perfectio simpliciter simplex: atqui Personalites non sunt Perfectiones simpliciter simplices: ergo debet admitti substantia absoluta. Respondeat Ruiz negando minorem, & fusè conatur ostendere, singulas Personalites esse Perfectiones simpliciter simplices, adeo ut essentia divina in ratione Entis infinitè perfecti, formaliter constitutatur per singulas Personalites, sine quibus esset imperfecta. Verum ex supra dictis de Identitate, non potest à nobis recipi hæc doctrina; ostendimus enim, quod Relaciones sunt prædicta tantum perfectibilia, non perfectiva.

674. Alter responderet Derkennius & Comptonus, quod licet singula Personalites non sint perfectio simpliciter simplex, tota tamen Trinitas, seu hoc quod est, aliquam habere substantiam, sit perfectio simpliciter simplex. Verum nec hæc responso placet, nisi fiat quæstio de nomine. Nam singula Personæ habent omnes perfectiones simpliciter simplices sibi communes, & Essentia divina ut virtualiter distincta à Relationibus, habet omnes perfectiones simpliciter simplices. Radix ergo Personalitatum est perfectio simpliciter simplex, quia melius est esse trinum radicaliter, quam non esse, quamvis non sit melius esse formaliter Trinum, quam non esse, quia Trinitas non est melior quam Paternitas, quam non est Trina. Quod etiam expressit S. Augustinus serm. 38. de temp.: *Tantus inquit, solus est Pater, vel solus Filius, vel solus spiritus S. quantus est simul Pater & Filius & Spiritus S. & Concil. Tolet. XI. in profesi. fidei: nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus.* & D. Thomas q. 42. a. 4. ad. 2. *Æqualitas.* inquit, attenditur secundum magnitudinem, magnitudo autem in divinis significat perfectionem Naturæ, & ad essentiam pertinet.

675. Ad Objectionem ergo respondeo, distinguendo majorem: Subsistere virtualiter, eminenter seu radicaliter, hoc est, habere in se virtutem identificandi sibi prædicta opposita, & incomunicabilia, est perfectio simpliciter simplex, concedo: in alio sensu nego: verum esse hujusmodi radicem, non est formaliter substantia.

Objic. 4. Deitas etiam prout contradicitur virtualiter intrinsecè à Personalitatibus, illa Deus: ergo est Ens substantia. Antecedens conantur probare ex Concilio Rhemensi, dicente: *Credimus simpliciter, Naturam Divinitatis esse Deum, nec aliquo sensu Catholico posse negari, quia divinitas sit Deus, & Deus divinitas.* Respondent rectè Comptonus & Derkennius ex Ruiz, Mentem Concilij suissimam, damnare Gilberti propositiones, quibus inducere volebat distinctionem realem inter Naturam & Personalitates.

676. Objici posset. 5. Deus innoscit nobis lumine naturæ esse Ens substantia: aqui non innoscunt nobis lumine naturæ substantia Relativæ: ergo innoscit nobis Deus secundum aliquam substantiam absolutam. Argumentum probaret, quod substantia absoluta constitueret Deum in ratione Persona: nec enim Deus aliiter nobis naturæ lumine innoscit substantia, quam Persona. Respondeatur distinguendo minorem. Non innoscunt nobis Relaciones seu substantia Relativæ secundum conceptum formalem Relationis, hoc est, secundum esse *Ad*, concedo: non innoscunt secundum conceptum formalem substantia, præscindendo ab una vel tribus, & secundum esse *In*. adeoque secundum prædicatum absolutum præcise, nego minorem. Innoscit ergo nobis substantia divina lumine Naturæ, sicut innoscit nobis ratio Personæ, & tamen adversarij negant, Deitatem ut virtualiter distinctionem à Relationibus esse Personam.

Objic. 6. Actiones sunt suppositorum: sed Relaciones sunt actiones: ergo procedunt à supposito, seu à Natura substantie. Distinguendo maiorem. Actiones ad extram seu actiones non reddentes ipsam Naturam substantem, translat, fecus nego.

CONTROVERSIA VII.

Quoniam sit Principium formale Quod divinarum Procesionum.

677. Cœrum est. 1. Principium *Quod*, sive Totale Generationis, est totam Personalitatem Patris, & Principium *Quod* Spirationis passivæ, esse Patris & Filii Personam. Certum est. 2. contra Durandum & Scotum, ipsam actualen Intellectionem essentiale pertinere ad principium formale *Quod* Pater generat, & voluntatem actualen essentiale pertinere ad Principium formale *Quod* Pater & Filius Spiritum sanctum spirantem, qui constant ex dictis, quod Verbum procedat per Intellectum, & Spiritus S. per Voluntatem.

678. Controversia est, an sola Intellectio & Volitio essentialis sit ejusmodi principium formale *Quod*, an vero superaddenda sit ipsa Relationem Paternitatis & Spirationis activæ, tanquam constitutiva Principij proximi. Conveniunt autem Theologi contra Ockam & Gabrielem, requiri Relationem saltem ut conditionem: & ratio est manifesta: alioquin non solus Pater, sed etiam Filius & Spiritus S. haberent omne quod requiritur.

quiritur ad generandum & spirandum : cur ergo non generarent & spirarent, si ne quidem conditio aliqua deest?

679. Questio superest, quomodo Relatio requiratur, an praeceps ut Conditio, ad hoc ut Intellectio, prout in Patre existens, generet, & non vi existens in Filio, eò quod in Filio desit illa conditio, nempe Paternitas ; vel an requiratur ut Principium formale Quo, sive deinde sit Principiu[m] adequatum, sive inadæquatum, in quo iterum est differentia, de qua postea.

680. Prima Sententia est, Relationem Partematis (idem est cum proportione de Relatione Spiratoris) requiri solùm ut Conditionem, & non vi Principium. Ita Molina, Suarez, Praepositus, Tanner, Arrizaga. Qui tamen (nescio an memor eorum que hic disputat de praesenti punto) postea in alijs occasionibus non semel Relations vocat Virtutem producendi, & quidem expressè discepto. 1. Secundò posset. vbi ait: *Et quidem certum est, Pater admissis virutem spirandi ; illam autem nos vocamus Relationem Spiratoris.* hic autem totus est in eo, ut probet, quod Relatio sit mera Conditio, & non virtus.

681. Secunda Sententia docet, Relations pertinere ad rationem Principij. Authores autem inter se differunt, fortassis in solo modo loquendi. Plerique sentire videntur, Principium formale Quo, non esse solam Intellectionem, sed simul cum Relatione, ita ut Intellectio essentialis & Paternitas simul ex aequo sint proximum principium formale; cum hoc tamen discrimine, quod Intellectio sit tantum Principium virtuale, quia non nisi virtualiter distinguitur à termino productionis, nempe Verbo, at vero Paternitas sit Principium reale, quod realiter distinguitur. Ita Flavanius, Artubal, citans Albertum Magnum, Richardson, Henr. Bonaventuram & Durandum, eandem tener Valentia, qui primus illam illustravit. Alij volunt, Relationem importari quidem ut constitutivam & complevitivam Principij, sed minus principaliter & in obliquo. Ita loquitur S. Thomas q. 41. a. 5. quem sequuntur communiter Thomista sepe Philippo à SS. Trinit. discepto. 11. dub. 3. & 4. & noster P. Ruiz d. 100. s. 3. & 5. Hos omnes conatur conciliare Card. de Lugo, docens, Intellectionem & Volitionem esse Principium formale Quo radicale seu remorum, Relations vero formale Quo proximum. Nam, inquit, sicut in ingreditur principium totale calefaciendi, qui est ignis ipse, & principium formale substantiale Quo, scilicet forma; & datur principium formale accidentale, scilicet calor, sic, inquit, possumus in Deo distinguere Principium totale Quod, qui est Pater, & principium formale radicale Quo, quod est Intellectio, aut volitio essentialis, & denique principium formale Quo proximum, quod est Relatio Patris vel Spiratoris. Rursum possumus distinguere inter principium proximum respectu Productionis activa, & respectu Productionis passiva: respectu activa productionis (qua in Deo

distinguenda est realiter à passiva) principium formale proximum Quo est sola Intellectionio & Volitio, inter quas & inter Productiones activas nihil mediatur, sed Generatio activa oritur immediatè virtualiter ab Intellectione ut à Principio immediato: Principium vero Processionis passiva includit quidem Intellectionem & Volitionem, & deinde Relationes, sed has ut Principium formale Quo. Hanc doctrinam esse ex mente Patrum ac Theologorum, probatur. Imprimis enim Sancti Patres de Principio formalis Processionum diversimode locuti sunt; verum in nostra hac secunda sententia, facile conciliantur, in prima sententia nullo modo. Multi ex sanctis Patribus dicunt, Verbum procedere ex substantia Patris, & ex essentia Personæ producentis: hæc testimonia videri possent favere adversariis, sed facile explicantur. Et quidem Suarez & Arrubal dicunt, eos non fuisse locutos de Principio formalis, aequali, & proximo, sed solùm afferere voluisse, quod Verbum non sit productum ex nihilo. Locuti sunt ergo de Principio radicali Quo, sicut ignis rectissime dicitur per suam formam calefacere, vel generate alium ignem.

682. Deinde vero Patres afferunt, Principium seu potentiam generandi esse relationem. Vtrumque loquendi modum invenire licet in Concilio Florentino: nam Sess. 18. Joannes Theologus, qui contra Græcos disputationabat, nomine cæterorum Patrum sic loquitur. *Ita ut Persona sit producens & generans, Principium autem Quo ipsa Persona generat, sit id quod solum communicabile est.* Pater ergo generativum principium est, & suppositum quoddam significat, divina autem substantia, quæ cum Patre realiter idem est, non quidem generat, sed est principium quo generatio fit, & similia repetit Sess. 19. quæ verba debent intelligi de principio formalis proximo respectu generationis activæ & radicali respectu generationis passivæ, ut possint concordari cum illis quæ habentur Sess. 19. post medium & in genere: vbi postquam idem Theologus dixisset, Substantiam esse Principium per quod generat Pater, subiungit: *Propterea autem non sequitur, ut hæc substantia secundum suum esse commune & absolutum, principium sit per Quod.*

683. Ex his verbis infertur hæc consequentia. Si Pater ita generat per suam substantiam, ut tamen hæc substantia non secundum esse commune & absolutum sit principium per quod: ergo secundum esse proprium & relativum seu notionale divina Substantia est Principium per quod Pater generat. Hanc consequentiam advertit Ruiz, addens eodem sensu eundem Theologum prius dixisse: *Non tamen secundum absolutam ejus considerationem: aitque in hoc, sicut & in cæteris secutum esse doctrinam D. Thomæ, magisque receptam à nobilioribus Scholasticis.*

684. S. Damascenus lib. de duabus Christi voluntatibus. *Omnia, inquit, quæ habet Pater, sunt Filii, sola gignendi vi excepta.* atqui sola relatio est excepta: ergo relatio est vis gignendi.

S. Atha-

S. Athanasius Dialogo de Trinit. contra A-nimatos afferit, *Patrem hypothasi sua gignere*: qua verba non sunt intelligenda de hypothasi ut est *Generatio activa* (de hac enim non dubitabatur) sed de virtute & principio proximo. Veniamus ad S. Thomam. Et quidem in 1. dist. 7. a. 2. vbi querit, an potentia generandi sit relatio, docet in C. Essentiam, secundum quod est Paternitas, esse principium Generationis. Cum, inquit, proprietas realiter sit *Essentia*, aliquis actus egreditur ab essentia, secundum quod est ipsa Paternitas: *O ipse eius est generare*: unde principium generationis est essentiale sub ratione Relationis. & sic quidem habet in primo scripto. In secundo vero scripto eodem articulo ad 2. sic loquitur. *Quamvis potentia secundum se sit communis, tamen potentia generandi activae propria est Patris, non ratione potentiae secundum se, sed ordinis ad actum notionalem, quia potentia generandi prout dicit ordinem ad actum, non tantum dicit potentiam, sed potentiam sub ratione proprietatis, quae est Paternitas.*

685. Hic locus non solum est efficax ad praesens institutum, sed etiam ad confirmandam doctrinam quam supra tradidi, nempe non esse necesse dicere, de Natura & Proprietatibus verificari contradictionia, sed concedi posse, quod quidquid dicitur de Relatione, possit etiam dici de Natura, propter identitatem cum Relatione. Illi Autores, qui dicunt verificari contradictionia: Produci, & non produci: deberent in presenti etiam dicere, verificari contradictionia: *esse Principium reale generationis, & non esse principium reale generationis*. Nam sicut volunt, naturam non produci, ita volunt, naturam non esse principium reale: & sicut Filiatio producitur, ita Paternitas est Principium reale. At vero S. Thomas non ita loquitur, sed fatetur, quod de ipsa etiam Essentia dici possit esse principium, sed: *sub ratione Relationis*. sicut nos supra diximus, Naturam produci: sed: sub ratione Relationis. Sed haec incidenter.

686. Ad locum adductum responderemus. S. Thomam in Summa correxisse hanc sententiam. q. 41. a. 5. Sed hoc non recte dicitur. Nam, ut bene advertit Arrubal & Lugo, D. Thomas hoc articulo loquitur de principio radicali, ut colligitur ex argumentis quibus vtitur, quia de hoc solo procedunt: fundant enim in hoc, quod omne generans generet aliud sibi simile in principio generationis, v.g. homo hominem: atque hoc non est verum, nisi de principio radicali, scilicet de forma substantiali; nam quoad potentiam accidentalem & proximam, evidens est, filium non semper esse similem patri. Et nisi sic explicandus esset D. Thomas, contradiceret sibi in eadem Summa: nam q. 36. a. 4. ad 2. expresse docet, quod quando Pater & Filius dicuntur unum Principium, & non duo Spiritus Sancti, designetur una proprietas, quae est forma designata per nomen. Ecce! afferit, Relationem Spiratoris designari tanquam formam per nomen Principij.

687. In eodem articulo primo dixerat, Vtatem spirativam esse quodammodo Naturam cum proprietate. Ad hunc locum, dissimilato priore, respondeat Arriaga, esse intelligentum cum proprietate tanquam conditione.

688. Sed contra. Intentio S. Thomae era, salvare, quomodo Pater & Filius sint unum Principium *Quod*, non obstante dualitate Relationis: atqui ad hoc salvandum non sufficeret unitas conditionis, v.g. si (quod secundum doctrinam Arriaga fieri potest) in Petro & Paulo ponetur eadem cognitio de bonitate objecti, & vterque illud objectum amaret, non propterea esset unum principium amandi, licet esset una conditio ad virtutem amorem, scilicet cognitione replicata, que in sententia Arriaga est tantum conditio ad amorem. Itaque S. Thomas loquitur de unitate Principij proximi, quod est proprietas utriusque communis, nempe Relationis Spiratoris; quare sicut proper unitatem Naturae Pater & Filius sunt unus Deus, ita proper unitatem Principij seu Virtutis spirandi, sunt unus Spirator; & hic est genuinus sensus S. Thomae.

689. Ulterius libro 4. contra Gentes c. 11, ait: *Nullam ergo potentiam habet Pater quam non habet Filius: sed Pater habet ad Generare generationem potentiam, Filius autem ad Generari: quae sola Relatione differunt.*

Probatur nunc Conclusio Ratione. Primum: Inter Principium formale *Quo*, & terminum productum productione reali, debet esse realis distinctio; nam ratione hujus debet ipsum Principium *Quod*, realiter distinguui à termino, atqui in Parte, qui est Principium *Quod*, nihil distinguitur realiter à Filio nisi Paternitas: ergo Paternitas non est mera Conditio, sed Principiam formale *Quo*. Magis probatur. Nam sicut productio virtualis requirit distinctionem virtualium inter Principium *Quo*, & terminum, ita productio realis requirit distinctionem realem.

690. Respondent adversarij, primò, retorquento argumentum. Nam si principium formale proximum debet realiter distinguui: ergo multo magis principium formale radicale seu remotum: atqui hoc non distinguuntur realiter à termino: ergo nec est necesse distinguui principium proximum.

691. Sed contra. Principium remotum in Deo ideo non distinguuntur à termino, quia per ipsam productionem communicatur termino: omnino autem quod termino communicatur, identificatur cum illo: at vero principium proximum non communicatur termino, alioquin Filius haberet principium proximum generandi seipsum. Discremen hoc adversarijs quoque admittendum est, qui fatentur, Generationem activam debere realiter à termino distinguui: sublumo: atqui major est necessitas distinguendi principium, quam productionem activam, ut patet in creatis, vbi productio potest identificari cum termino, non item principium. Ergo etiam principium debet realiter distinguui à termino.

692. Respondent. 2. Negando majorem, quia sufficit (inquit) generationem activam, nempe relationem Paternitatis, realiter distingui à Generatione passiva, nempe à relatione Filij. Verum ex hoc ipso confirmo nostrum argumentum. In productionibus creatis ideo productio tam activa quam passiva, sive distinguuntur, sive non distinguuntur inter se, debent tamen realiter distinguiri à principio formalis quo, quia potentia producendi non est essentialiter connexa ipsi actuali productioni, seu quod idem est, rō producere non est essentialis ipsi principio: atque in divinis rō producere est essentiale principio: ergo non debet ab eo distinguiri ne quidem virtualiter intrinsecè, sicut non distinguemus in creatis, si est essentialex connexum principium productioni aequali.

693. Responder tandem aliter Arriaga, supponendo ex sua philosophia, posse aliquid se ipsum immediate producere, adeoque etiam aliud quid identificatum & virtualiter distinctum, si principium producens supponatur aliunde existens. In hac response putat Arriaga tandem esse silentium, & fundandam sententiam contraria.

694. Sed contra. 1. Fundamentum hoc falso est, vt ostenditur à modernis in physica, & præter Arriagam neminem, quod sciam, habet classicum Authorem. Nam licet Suarez id docuit Tomo Tertio in Tertiâ partem disp. 50. s. 4. ad finem, in Metaphysica tamen, quam postea scripti, videatur ab ea mente recessisse, dum docuit, de ratione omnis causæ esse; influere in aliud natura distinctum. ita habet disp. 12. Metaphys. s. 2.

695. Contra. 2. Demus esse verum illud principium, non servit tamen ad versarijs ullo modo in presenti puncto. Nam vt Suarez & ipse Arriaga docent, ideo potest aliquid intelligi se ipsum producens per secundam actionem, quia talis entitas saltem adhuc presupponetur pro priori natura ad actionem à se realiter procedentem, & ad se terminatam: quare necesse esset, vt saltem actio realiter distincta à principio producente & producto in illo casu intercederet, quo aliquid se ipsum producere, alioquin non esset vlla prioritas nature: atque in nostro casu, in sententia Arriaga, ita Intellectio divina producere realiter Filiationem, vt tamen nulla intercederet entitas realiter distincta ab Intellectione, respectu cuius posset dici verum & reale principium: ergo nihil facit ad rem principium ab Arriaga adversarijs suggestum.

696. Probatur nunc Conclusio. 2. Si Intellectio efficit ad quatum principium generatio-nis, sequeretur Filium non solum generari à Patre, sed etiam à seipso: consequens est absurdum: ergo &c. Probatur sequela. Illud omne suppositum dicitur producere terminum, in quo existit principium defacto producens illum terminum: atqui

in Filio existeret principium defacto producens Filium, nempe Intellectio essentialis: ergo &c.

697. Respondent, distinguendo probatōrem majoris: nisi desit aliqua conditio requisita, vt principium possit operari in tali supposito, concedunt, si desit conditio, negant. in Filio autem desit conditio qua reperitur in Patre, scilicet Partenitas, seu productio activa.

698. Declarat hoc Arriaga n. 17. exemplo. Demus, inquit, divinitus ponit à Deo eundem numerum calorem in igne Romano & in Pragensi. nullus negare poterit, esse utrobius rationem totam agendi, hæc enim est solus calor. Secundò, demus, hic Pragæ applicari igni A. stupam, igni vero B. habenti eundem calorem, non applicari Romæ eam stupam, quis poterit negare, quin ignis A. comburet eam stupam, non autem id praefabit ignis B. licet habeat eundem numero calorem, & idem numero principium *Quo* cum igne A. quia licet habeat eandem rationem formalem, non tamen procedit illa stupæ combustio ab eo calore vi in igne B. sed vt in igne A. approximato stupæ. Hac Arriaga.

699. Contra hæc omnia sic vrgeo. Ad hoc ut aliquod suppositum denominetur agere per aliquod principium in se existens, & defacto operans, non est necesse, vt conditio existat in illo ipso supposito, dummodo existat à parte rei, & sit sufficiens, vt principium possit operari. Nam iste effectus formalis: *operari per tale principium*, plus non dicit, quā: tale principium existere in tali supposito, & tale principium defacto operari: ergo etiam si conditio requisita ad operationem talis principij non existat in tali supposito, nihilominus tale suppositum denominabitur operari, si defacto à parte rei est posita conditio sufficiens, vt à parte rei tale principium operetur.

700. Declaratur in ipso exemplo quod attulit Arriaga; circa quem tamen obiter adverto, eum immerito dixisse, quod neino negare possit, solum calorem ignis esse totam rationem calefaciendi; hoc enim negat Oviedo & plurimi Recentiores, volentes, simul cum calore concurre-re formam ignis: sed demus, solum calorem calefacere, immo & stupam comburere (quod tamen Arriaga juxta sua principia negandum sufficit, cum nolit accidentia producere substantiam) Dico, quod in exemplo Arriagæ non magis ignis A. Pragensis denominetur comburere stupam, quām ignis B. Romanus. Pro quo

701. Adverte, hos duos effectus formales esse diversos: *Ignis B. comburit*: &: *Ignis B. comburit hic Pragæ*. & quidem in secunda propositione later aequivocatio; nam rō *Hic*, potest vel appellare existentiam localem ipsius Ignis, vel existentiam localem ipsius combustionis: in hoc posteriore sensu, dico, quod etiam ignis Romanus denominetur comburere stupam Pragæ applicata calori etiam in igne Romano existenti, nam sensus est: ignis Romæ existens per suum calorem

rem producit combustionem existentem in stupa Pragenſi seu Praga, ſicut ſi Deus elevaret me ad producendum in diſtans ignem in India, eſſet ve- rū dicere: ego produco ignem in India, non quidem ego existens in India produco ignem, ſed ego (vbi cunque tandem existens) produco ignem cum vibicatione Indica. Itaque, licet in caſu Arriaga ignis B. Romanus non producat combustionem Praga in primo ſenu, hoc eſt, vt existens Praga, in ſecondo tamen ſenu ibi producit de- nominativè non minus quā ipſe ignis Pragen- ſis, & hoc præcise ideo, quia calor exiftens in igne Romano, eſt Praga ſufficienter applicatus, & defacto comburit ſtupam: vnde fit, vt non magis denominet comburentem ignem Pragen- ſem quā Romanum, cum hoc ſolo diſcrimine, quod ignis Pragenſis etiam ut Praga exiftens com- burat, non item ignis Romanus: ſed hoc nihil facit ad effectum formalem de quo litigamus, nempe ut simpliciter & abſolutē denominetur ignis comburere.

702. Confirmatur.. Ponamus, quod De- uſ concurrat cum calore replicato in igne Pragen- ſi & Romano ad combustionem ſtupæ exiftens in India, cui neuter ignis eſt applicatus: quero, an in tali caſu ignis Pragenſis potius denominetur comburere, quā ignis Romanus? non utri- que: quero item, à qua forma proveniat vtriusque denominatio: non ab alia, quā quid illa combustion procedat à tali calore, & talis calor in- exiftat vtrique igni. arqui etiam in caſu Arriaga ignis Romanus habet hanc totam formam: ergo etiam haberet effectum formalem, qui eſt, comburere. Aliud ergo eſt, quod vibicatio ſit condi- tio, vt calor poſſit agere, & aliud, quod caſu quo agat, vibicatio ſit inſuper conditio, vt ignis de- nominetur agere: prius eſt verum, falſum po- ſterius.

703. Jam ad noſtrum propositum redeun- do, infero, quod si Intellectio divina eſſet adae- quatum principium Quo producendi Verbum, non ſolū Pater denominaretur *Producens Verbum*, ſed etiam iſipsum Verbum denominaretur producere ſeipſum. Solvamus nunc argumenta quæ objiciuntur.

704. Objicit Arriaga primò & principaliter. Verbum procedit per Intellec- tionem, & non Spiritus S. ergo Intellectio eſſentialis non eſt me- rum principium remotum & radicale. Probat conſequentiā. Nam ſi hoc ſufficeret, vt Verbum diceretur procedere per Intellec- tionem, etiam Spiritus S. procederet per Intellec- tionem, quia etiam Intellectio eſt principium remorum Spiritu- ſis S. quia eſt radix volitionis per quam procedit Spiritus S. *re*. Negando paritatem. Quia Ver- bum, non item Spiritus S. procedit per Intellec- tionem Notionalem, vt jam ſuprā dictum eſt, & iterum inſtrā dicetur.

705. Objiciunt. 2. In productione vi- voa terminus productus debet eſſe ſimilis pro- ducenti in principio formali: ſed Filius diuinus non eſt ſimilis Patri in Paternitate, ſed in Intel- lectu: ergo Intellectus, & non Paternitas eſt prin- cipium formale. *re*. Distinguendo maiorem: debet eſſe ſimilis principio formali radicali, con- cedo: proximo, nego: ſicut adverſarij negant eſſe ſimilem in conditione generandi.

706. Objiciunt. 3. Personalitas crea- non eſt operativa; ergo nec Personalitas incre-ata. Retorquo. Personalitas crea non eſt pro- ductio activa, ergo nec increata: mala con- sequentia ab vna Personalitate ad aliam. Itaque diſtinguo conſequens. Non eſt operativa for- maliter & præcise quā Personalitas eſt, concedo, quā ſimilis produc- tio activa eſt, nego.

708. Objiciunt. 4. In Patre nulla eſpo- tentia generandi, quæ non ſit in Filio: ſed Paternitas non eſt in Filio: ergo Paternitas non eſt potentia generandi. Major colligitur ex S. Au- gustino lib. 3. contra Maximinum Epist. 12. dicen- te, Filium non ideo non generare, quia non po- tut, ſed quia non oportuit. *re*. Negando Majo- rem. Oppoſitum probavimus testimonij ſupre- latis. S. Augustinus aequè eſt explicandus adver- ſarijs, qui docent, Filium non poſſe generare. Interpretatio eſt facilis. Voluit dicere S. Pater,

Filium non generare non ex defectu, ſeu im- potentia, aut imbecillitate, ſed ex necessaria Perfectione.

CAPVT

C A P V T III.

DE PROCESSIONIBVS IN SPECIE.

CONTROVERSIA I.

Quibus Rationibus declarari posit, Verbum esse Filium, & Generari, non item Spiritum S.

709. **C**um de Fide sit, secundam Personam Generari, non vero tertiam, quae ritur, quemadmodum discriminis ratio, fundata in definitione Generationis Viventis, & est hoc. Generatio est Origo Viventis & Viventis, principio coniuncto, in similitudinem natu-

rum. Hac definitio ideo reddit obscurum differentiam inter duas Processiones in ordine ad effectum formalem Geniti, quia quidquid reperitur in Processione Verbi, quod non reperitur in processione Spiritus S., vel videtur impertinens ad generationis conceptum, & sic non excluderetur per illud Spiritus S. Procescio à Generatione, vel videtur insufficiens, & sic non generaretur Verbum.

710. Ex hac difficultate, teste S. Athanasio, Epist. 2. de Spiritu S. Macedoniani hæretici sumebant ansam impugnandi Divinitatem Spiritus S. hoc dilemmate. Si Spiritus S. est Deus, vel procedit à solo Patre, vel à solo Filio, vel ab utroque simul: nihil horum dici potest. Non primum, quia sic esset Filius Patris, & Frater Verbi. Non secundum: sic enim esset Filius Filii & Nepos Patris. Non tertium, quia cum non possit habere duos Patres, altera persona deberet esse Mater.

711. In hoc Mysterio declarando jam olim Patres tantam agnoverè difficultatem, vt ingenuè facerentur, ignorare se Generationis modum, & discriminis rationem, eamque esse soli Deo notam; quin immò temeritatis & insaniae esse dixerunt, si quis investigare præsumat; quorum verba recitat Ruiz d. s. 1. Neque tamen eorum intentio fuit improbare humilem sobriumque conatum reddendi congruum Rationem huius Mysterij, sicut & aliorum, juxta monitum Apostoli Petri. jubantis nos paratos esse ad satisfaciendum omni poscenti Rationem eorum quæ speramus & credimus: sed solum improbarunt investigationem adeo contentiosam, vt acquiesceceret nolis vlli probabilitati, sed soli evidentiæ. vnde ipsimet PP. etiam præsentis Mysterij Rationem probabilem reddiderunt adversarijs, vt vide te licet apud eundem Ruiz disp. 8. s. 1.

713. Quapropter non possum probare consilium eorum, qui toti sunt (& non est difficile) in aliorum placitis impugnandis: nec volunt nisi vnicam explicationem admittere; cum potius laudabile videatur plures admittere, quarum etsi singula non plenè satisfaciant, simul tamen juncta rem eosque declarant, vt mereantur prudentem assensum. Quapropter celebriores omnes explications referre, easque quoad fieri potest, defendere constitui, eâ exceptâ, qua recurrit ad virtualem distinctionem inter Intellectum & Voluntatem, quam suprà rejicimus.

§. I.

Prima Ratio, desumpta ex unitate Personæ producentis Verbum, & dualitate Personarum producentium Spiritum Sanctum.

714. Rationem hanc insinuavit S. Augustinus lib. 15. de Trin. c. 27. Filium nullum esse duorum, nisi Patris & Matris. Vnde confici potest discursus hujusmodi. Quando ad generationem prolixi requiritur duplex persona, intervenit etiam duplex generatio partialis, partialitate substantiæ communicata, quatenus tam Pater quam Mater præcedit sibi partem materiæ, quâ constat deinde proles, & vi hujus duplicitis præcisionis fit per se loquendo, vt proles assimiletur utriusque, secundum diversas rationes in illis repertas, participans nimurum aliquid peculiare de Patre, & aliud peculiare de Matre, & sic evadit imago duorum quâ duorum, hoc est, non præcisè secundum aliquam rationem utriusque communem, adeoque procedit formaliter in similitudinem Naturæ duorum. Hinc est, quod si vel filius Patris, vel filius Matris materia animaretur, ea sufficeret ad generationem, sicut beatissima Virgo genuit Filium, ne confortio materiæ virilis.

Verbum itaque dicitur Generari, quia procedit in similitudinem producentis vnius qualis, evadens imago propria illius secundum peculiarem illius rationem, hoc est, secundum rationem producentis vnicè, & per virtutem sibi soli propriam, & nulli alteri communem. Spiritus S.

O 2

tus S. verò non generatur, quia procedit à duabus personis, non communicantibus diversum quid, sed prorū candem Naturam, nec producentibus per diversam virtutem, sed per eandem utriusque communem, & ideo non evadit imago duarum personarum, nisi secundum rationem communem. Hæc explicatio tribuitur etiam S. Anselmo in Monologio c. 52. Eandem amplectitur Magister Sentent. in 1. dist. 13. Turrianus Opus. 8. disp. 1. dub. 3. & tanquam sufficientem approbat Ant. Perez d. 3. c. 6. n. 87. Item Petavius lib. 7. c. 13. n. 9.

715. Ad hanc explicationem reduci potest duplex alia, non multum absimilis, aliorum Recentiorum. Primo aliqui in Verbo peculiarem similitudinem cum prima persona inde desumunt, quod Verbum in ratione *Producens*, assimiletur prima Personæ tanquam producenti adæquato, five, quod accipiat Naturam ut est virtualis radix processionis activæ, constituentis primam personam: Spiritus S. verò vi processionis assimiletur duabus Personis secundum aliquid utriusque commune, nempe secundum Spirationem activam. Generatione autem requirit ut origo sit in peculiarem similitudinem Naturæ.

716. Objici potest, ad veram generationem non requiri assimilationem peculiarem, sed sufficere assimilationem secundum rationem specificam Naturæ: unde etiam in humanis persona genita in nullo esset peculiarter similis generanti præ alijs hominibus, adhuc esset vera generatio filij: ergo non sufficienter excluditur Spiritus S. à ratione filij, esto Verbum adhuc peculiari ratione posset dici Filius.

717. Responderi potest, in omni generatione intervenire communicationem alicuius partis generantis, quæ communicatio est apta inducere peculiarem similitudinem, nisi per accidentem impediatur. Spiritus Sanctus verò necessariò procedit in similitudinem duarum Personarum secundum aliquid commune. Definitio ergo accipienda est de eo, quod per se fieri solet, vi processionis & communicationis.

718. Altera explicatio, huc reducibilis, est hæc. Ad rationem Filij spectat, ita procedere similem suo principio, ut in nullo sit illi dissimilis, nisi in forma denominante *Producens & Producendum*, vel (si haec denominations proveniunt ab eadem forma, ut sit in creatis) respiciatur diverso modo à forma denominante principium producens & terminum productum. Cum igitur in divinis Producio activa & passiva distinguantur, & prior denominat Principium producens, secunda terminum productum, hinc ad Filiationem in divinis requiritur, ut producens & producendum in nullo differant ab invicem, nisi in productione activa & passiva: & hoc quidem convenit Verbo, non verò Spiritui Sancto, qui insuper à suo Principio differt in hoc, quod Spiritus S. in omni ratione sit unus, Spirator autem sit quidem unus in ratione

Spiratoris, sed binus in ratione Personæ, quæ est notabilis dissimilitudo, pugnans cum ratione Filij.

719. Objicies. Etiam Christus Dominus habet aliquid quod non est in Beatissima Virgine, & tamen est illius Filius: ergo hoc non oblitus Filiationi. q. Christum nihil accepisse à B. Virgine, in quo sit dissimilis B. Virgini, sicut Spiritus S. accipit Spirationem passivam, dissimiliter Paternitati & Filiationi, à quibus illam accipit.

§. II.

Secunda Ratio, defumpta ex facunditate Verbi ad producendam aliam Personam.

720. Hæc ratio sic proponi potest. De conceptu Naturæ est, ut si principium motus, quare ut aliquid procedat in similitudinem Naturæ, prout requiritur ad Generationem Viventis, debet vi sua processionis accipere Naturam ut operativum. Verbum itaque procedit in similitudinem Naturæ, quia accipit Naturam ut Spiravam, non item Spiritus Sanctus. Hanc rationem amplectuntur Bonaventura, Alenfis, Major, Richardus de S. Victore, quos sequitur Zuniga, Hurtadus, Mendoza, Derkennius, & approbat tanquam sufficientem Antonius Perez, & Esparza.

721. Ad hanc explicationem reduci potest alia non minùs accommodata, nempe de ratione Filij esse, ut procedat in similitudinem Naturæ, primò saltem aptitudinaliter, hoc est, ut quantum est ex vi processionis, possit esse primogenitus, adeoque non essentialiter supponat altam similitudinem jam existentem, & per aliam processionem obtentam. Hoc convenit Verbo, non item Spiritui S. qui vi processionis supponit aliam Personam, jam procedentem in similitudinem naturæ, & eandem sibi secundo loco communicantem. Hujusmodi enim secunda essentialiter producit (inquit Ant. Perez n. 31.) solùm intenditur, ut similitudo jam constituta, producat amorem tantum similitudine dignum.

722. Objicitur. 1. Si facunditas esset de conceptu Filij, nec Verbum esset filius, qualiter sit facundum ad spirandum, non est tamen facundum ad generandum, prout sit in humanis.

Confirmatur. Mulus verè generatur, & tamen non accipit naturam facundam, quia Muli non generant, nec Mulae concipiunt. ergo non est de conceptu Filij accipere naturam facundam ad producendum simile in Natura.

723. q. 1. Eam solam facunditatem esse de filij divini conceptu, quæ non inferit secum imperfectionem; hujusmodi autem esset facunditas ad iterum generandum: cum enim in Deo idem sit: Posse, & agere ad intrâ, sequentur infinita generationes, quod esset maximè inconveniens, ut observavit S. Basilij lib. 5. contra Eu-

nom. c. 12. q. 2. De conceptu Naturæ Viven-
tis est, esse operativam ab intrinseco, & ideo vt
Verbum procedat in similitudinem Naturæ vi-
ventis, debet accipere Naturam operativam ab
intrinseco, hoc autem in divinis non potest esse
nisi ad producendam aliam Personam, commu-
nicando illi suam essentiam, quamvis in creatis
sufficiat accipere naturam quomodocunque ab
intrinseco operativam. Sic licet Mulus non ge-
neret, potest tamen alias operationes vitales ex-
ercere, & hoc sufficit, ut dicatur generari & pro-
cedere in similitudinem Naturæ Generantis.
Ceterum Theophrastus apud Vasquez tradit,
mulos in Asia generare. Illud certum videtur,
à Naturâ saltem intendi virtutem generandi,
quandoquidem masculos & feminas produ-
cit.

724. Objicitur. 2. Hæc explicatio est
aliena à mente Patrum Concilij Florentini, vbi
cum Græcis erat Latinis controversia, an Spiritus
S. à Filio etiam procedat, quod Græci negabant,
Latinī affirmabant, & tamen Græci adhuc Ver-
bum vt Filium afferabant, neque Latini argue-
bant Græcos ex hoc capite, quasi in eorum Sen-
tentia stare non posset concepsus Filij ob defectum
fæcunditatis; quod tamen Latini non debuissent
diffimulare, ne arguerentur oscitantis in propu-
gnando Fidei dogmata, omittendo clarum & fa-
cile argumentum.

725. Responderi potest. 1. cum Derken-
nio, Concilia non semper omnia atrulisse, qui-
bus aliena dogmata confelli possunt, sed ea, qui-
bus adversarios maximè premi posse putabant.
hujusmodi non fuisse præsens argumentum:
non enim constabat Patribus, utrum non aliâ ra-
tione posset Filatio Verbi defendi.

726. Responderi potest secundò. Immò
Concilium Florentinum videtur usum esse hoc
argumento, scilicet ultimâ, hæc enim sunt verba
Latinorum, contra Sententiam Græcorum.
Eridentes, (Græci,) Spiritum S. nequam ex Fi-
lio procedere, necesse est, ut intelligent Spiritum ex so-
lo P. ne procedere, & consequenter NB. non esse Fi-
lium, qua ultima verba non sunt intelligenda
quasi dicta essent de Spiritu S. quod non esset Filius:
potius enim debuissent dicere: & consequenter esse
filium: sed sunt intelligenda de Verbo, quod sci-
llet consequenter Verbum non esset Filius, adeo-
que ob defectum fæcunditatis.

Hic ergo locus adeo confirmat præsentem
explicationem, ut illi qui eam recipere recusant,
arbitrari textum esse corruptum, & omit-
tendum esse illud *NON*, quod tamen alii re-
futant.

727. Objicitur. 3. Priùs innouerit Filius
Dei quam Spiritus S. vt SS. Patres loquuntur:
sed hoc non posset intelligi, si conceptus Filij ha-
betur per fæcunditatem realem ad intrâ. Ergo.
¶ Distinguendo maiorem: priùs innouerit Filius,
quam innouerit Spiritus S. explicitè, concedo,

quām innouerit implicitè, nego: & dico, quod
sicut defacto notum est Verbum esse Filium, licet
necdum certò & explicitè notum sit, ob quam
maximè rationem sic vocatus sit, ita etiam prius-
quam innouerit dari in Deo tertiam Personam,
poterat quidem notum esse, Verbum esse Filium,
sed ignorari, an preciè ideo, quia procedit ab
uno, vel quia esset fæcundus ad intrâ.

728. Objicitur. 4. Personarum divina-
rum similitudo non est Notionalis, sed esentialis,
vt tradit S. Thomas i. p. q. 33. a. 2. sed Spiratio
activa est Notionalis: ergo similitudo Verbi cum
Patre non rectè desumitur à fæcunditate. ¶ Dist.
ma: Similitudo communis omnibus tribus Per-
sonis, & inducens formaliter æqualitatem Perfe-
ctionis, est esentialis & non notionalis, con-
cedo, similitudo specialis duarum personarum,
nego.

§. III.

Tertia explicatio, desumens Filiationem & Similitudine Intensionali.

729. Secundam in Trinitate Personam specialiter
vocari & esse Verbum, consentiunt DD. fundati
in S. Scriptura Jo. 1. Et Verbum caro factum
est: de quo eodem Verbo priùs dicere coperat:
In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,
& Deus erat Verbum. Et quidem ratio Verbi debet
in sensu proprio tribui secundæ Personæ, &
non Metaphorico, vt fusce contra Origenem ostendit
Ruiz dñs. 55. s. 5. Quodsi vnu aut alter Pa-
trum etiam Spiritum S. Verbum Filij vocavit, in
sensu Metaphorico accipiendus est, quatenus Fi-
lius mittendo Spiritum S. manifestat voluntatem
suam, vel alio sensu, vt apud eundem Authorem
videri potest.

730. Quia verò non potest ratio Verbi vo-
calis tribui divinæ Personæ, accipiendum vtique
est de Verbo Mentali, hoc est Intellectione, quæ
non raro Verbum, quo nobiscum ipsi loquimur,
nuncupatur. Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo.*
Sap. 2. *Dixerunt impi apud se non rectè cogitantes.*
Matth. 9. *dixerunt intra se: hic blasphemat.*

731. Ulterius eadem ratione vocatur se-
cunda Persona, Imago Patris; & quidem speciali
ratione, & non generali, quâ etiam Spiritus S.
vocatus est à Græcis Imago, quibus se Concilium
Florentinum aliquando accommodavit.

732. Ex eo itaque, quod secunda Persona
specialiter sit Verbum & Imago Dei, quod habe-
tur revelatum per Scripturas Sanctas, deducitur,
secundam Personam esse Intellectionem, sicut
tertia est Amor; & hoc sensu dicitur secunda pro-
cedere per Intellectum, tertia per Voluntatem,
etiam si Intellectus & Voluntas divina non nisi ex-
trinsecè & ratione nostrâ distinguantur; sicut no-
stra cognitiones dicuntur esse operationes Intel-
lectus, & non Voluntatis, etiam si Intellectus &
Voluntas nullo modo intrinsecè distinguantur,

O 3 nempe

nempe ob suum speciale tendendi modum, ut philosophi declarant.

733. Observandum tamen est discrimen inter hanc divinam Intellectionem (qua est Verbum) & Intellections nostras creatas; quod iste sint formas constituentes physicè Intelligentem, & objectum cognitum: Intellectio autem qua tres Personas divinas constituit intelligentes, non est Personalitas Verbi, sed est Perfectio essentialis absoluta, & communis, neque villo modo est producta.

734. Restat ergo, ut Verbum seu Intellectio Notionalis sit mera Intellectio passiva, seu objectiva, hoc est, objectivè representans omnia illa objecta, ex quorum cognitione procedit. Et licet hoc discrimen sit nobis captu difficultimum, ut meritò dixerit Cyrillus lib. 7. operis quod Thesaurus inscribitur c. 1. frustra nos mirari Evangelistam, & quasi magnum quid proprium tonasset, tonitru filium appellare, nisi Verbum quasi proprium mirabile & inauditum pronuntiasset: nihilominus

735. Ut aliquatenus pro modulo nostro Verbi hujus & Intellectionis passiva producionem capiamus, advertendum est ex alibi dictis, facunditatem communicandi suam Naturam, seclusis imperfectionibus, esse Perfectionem simplificiter simplicem: omnis autem communicatio realis fundatur in aliqua distinctione reali: non potest autem natura divina communicari producendo aliam naturam divinam similem: neque potest dari distinctio virtualis, nisi fundetur in distinctione reali in tertio, ut suo loco probatum est: quare vi seclusa omni imperfectione posset in Deo esse realis productio communicativa divina Naturæ, oporebat essentiam divinam habere vim emanandi virtualiter primam personalitatem, tanquam principium formale Quo, proximum, hoc est, Processionem activam, cui responderet Processio passiva realiter distincta.

736. Ulterius, quia Deus est Natura Intellectualis spiritualis, de cuius ratione est, ut prima ejus operatio procedat ab Intellectu, in Deo autem Intellectus & Intellectio identificantur etiam virtualiter, ideo prima ejus operatio ad intr' debet esse ab Intellectione essentiali quā tali, hoc est, in modo tendendi debebat esse similis nostris intellectionibus quoad hoc speciale prædicatum, quod respiceret Intelligentem specialiter quā tam, & formaliter procederet ad representandum objectum cognitionis tanquam similitudine illius intentionalis. In quo tendendi modo differt Verbum à Spiritu Sancto, sicut differt Cognitio ab Amore; nam licet amor etiam aliquo modo repræsentet objectum, non vocatur tamen similitudo objecti specialiter sicut Cognitio, quia non producitur in hunc finem, ut in producente existat similitudo objecti, sed potius ex præexistente similitudine in hunc finem producita procedit, tanquam impetus quidam, & ideo vocatur tertia

Persona specialiter *Spiritus & Amor*. His observatis,

737. Restat quæstio, An, & quomodo ex hoc discrimine deducatur Generatio Verbi, & non Spiritus Sancti, adeoque Verbum sit verè Filius, non item Spiritus Sanctus. Negant hinc posse deduci Card. de Lugo, Arriaga, Derkennius & alij. Affirmant verò rectius Vasquez, & plerique antiqui, si rem ipsam potius, quam verba spectemus, ut colligere licet ex Ruiz, diff. 6. tota, & me quidem judice est S. Thomæ q. 27. a. 2. in C. vbi sic concludit. *Igitur processio Verbi in divisionis habet rationem Generationis*, procedit enim per modum Intelligibilis actionis, quæ est operatio vite, & à principio conjuncto, & secundum rationem similitudinis. *Quia conceptio Intellectus est similitudine intellectus & in eadem Natura existens*. *Quia in Deo idem est*: Intelligere, & Esse. Plura dabimus post SS. Patres.

738. Probatur imprimis Authoritate Scripturæ. Io. i. vbi planè videntur pro eodem accipi ratio Verbi & ratio Filii, dum dicitur. *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti à Patre, ad Romanos 8. Quos praedestinavit conformes firi imaginis Filii sui*. Sanctorum Patrum cendemus Sententiam, mihi est indubitatum.

S. Athanasius Epist. decret. Synodi Nicæna: *Quodsi, inquit, eum Imaginem nominem, Filium hoc ipso eum esse indicaveris. Quid enim si simile DEO, nisi sua ipsius progenies*. Ecce! quod in similitudinem intentionalem reducat rationem Filii.

739. Eusebius Cesariensis lib. 4. Demonstrationis Evangelica c. 2. Non immerito, inquit, oracula Theologici loquentia Deum genium illum enuntiant, tanquam eum qui divine Nature sub. NB. in seipso ferat imaginem, propter quam & Deum quoque & esse illum & dici, ejus videlicet, quæ quod primum est referit, expressæ similitudinæ gratia. Ecce! quomodo Spiritum Sanctum excludat à Generatione præcisè ex eo, quod non sit Deus ratione similitudinis: atqui est Deus ratione identitatis: ergo intelligit similitudinem intentionalem.

740. Clemens Romanus Ep. i. ad Jacob. Deus Pater, inquit, secreti Sacramenti vocabulum est, cuius verè Filius est Verbum, & Speculum, & Charactr, & Imago vivens Patris viventis, in omnibus Patri similis.

Nicetas ad Orat. 42. Nazianzeni n. 19. *Imago*, inquit, est vivi archetypi, & viva ipsa, longeque maiorem similitudinem habet, quam sit ea, quia Sit Adamus referit, vel quæ quidquid gignitur, id à quo generatur exprimit. Notanda sunt hæc verba propter illos, qui ut videbimus, vincere ferè hanc sententiam improbant, quasi similitudo intentionalis sit tantum metaphoricè similitudo, insufficiens ad generationem. Quod autem loquatur de intentionali similitudine, audi eundem. *Quam* *igitur*

igitur rationem habet definitio ad definitum, eandem
Filius ad Patrem, ipsum enim declarat, quemadmodum
definitio definitum. Quamobrem Christus dicebat s.
qui me intellexit (hoc enim significat, qui videt me)
Patrem quoque intellexit.

743. Hilarius lib. 7. de Trinit. *Quod ergo*
imago est, et proficit, ut Deum Patrem unigeniti Dei
significat nativitas, significat autem ut forma & imago
unigeniti Dei. & lib. 9. Perfecta Nativitas perfectam
imaginem praefat. & lib. de Synodis ad Can. 3. Orienta-
lium. Hoc est, inquit, esse Filium, paternae simi-
litudine formam veritatem coimaginatae in se Naturae per-
filiis similitudine retulisse.

742. Augustinus lib. 5. quæstionum in Deu-
teronom. quæst. 4. ait, Patrem esse Prototypon, &
Filium esse imaginem expressam. Plures PP. vide-
te licet apud Petavium lib. 7. c. 14. toto, vbi hanc
sententiam alios omnibus præfert, sicut & Anton.
Perez, Card. Pallav. Espanza.

743. Redeo nunc ad authoritatem S. Thomæ,
cuius aliqua verba jam retulimus ex Summa &
proprio quæstionis loco; nunc alia dabimus. Ita-
que libro 4. contra Gentes c. 11. & 19. *Cum autem,*
inquit, ostensum sit, quod amatum in amante non est
secundum similitudinem speciei, sicut intellectum in in-
telligenti, omne autem quod procedit ab altero per mo-
dum geniti, procedit secundum similitudinem speciei &
generis: relinquitur, quod processus rei ad hoc quod
est in voluntate, sicut amatum in amante, non sit per
modum generationis. Quam doctrinam repetit in
Summa q. 27. a. 4. in C. Processo autem (loquitur
de Spiritu S.) qua attenditur secundum rationem vo-
lontatis, non consideratur secundum rationem similitu-
dinis, sed magis secundum rationem impellentis & mo-
nitus in aliqd, & ideo quod procedit in divinis per
modum amoris, non procedit ut genitum, vel ut Filius,
sed magis procedit ut Spiritus, quo nomine quædam
vitalis motio & impulsus designatur.

Denique objectionum solutio erit comple-
ta hujus sententia probatio.

744. Objiciunt ergo. 1. Similitudo Inten-
tionalis non sufficit ad rationem Generatio-
nis & Filii: sed talis est similitudo Verbi: ergo
per hanc non defenditur ejus Generatio. Major
par ex cognitione, quia Angelus cognoscit se-
ipsum quia tametsi intentionaliter similis Angelo,
non proprie dici potest ejus filius. 2. Defini-
tionem Generationis cognitioni Angelica primò
ideo non convenire, quod non fiat ejus produ-
ctio à principio coniuncto per aliquam suæ sub-
stantie communicationem, prout ad Generatio-
nem requiritur. Verbum autem accipit ipsam
individuali Naturam Principij producentis. Se-
cundò, ad Generationem requiritur origo suppo-
siti viventi à supposito vivente realiter distincio:
Cognitione Angelica non est suppositum; Verbum
est suppositum distinctum, ut patet. Tertiò, ad
Generationem viventis requiritur, ut terminus
secundum id, secundum quod procedit in simi-
litudinem sui principij, sit substantialis, quod

non convenit cognitioni Angelice, sed Verbo.
Quid ergo mirum, si cognitione Angelica non
possit dici Filius, aut Generari, possit autem
Verbum? & sic habetur triplex disparitas & mo-
dus distinguendi majorem propositionem objec-
tionis.

745. Respondetur ulterius, aliter distin-
guendo. Similitudo Intentionalis non sufficit,
quando excludit similitudinem realem per defi-
citum & imperfectionem, concedo: quando ex-
cludit sine imperfectione, eò quod illi commu-
nicetur communicatione formaliter summa tota
perfectio Principij producentis, nego majorem:
& eodem modo distinctâ minore; negatur conse-
quentia.

746. Objiciunt. 2. Similitudo Intentio-
nalis est tantum Metaphorice similitudo: atqui
definitione Generationis loquitur de similitudine
propriæ dictæ: ergo non bene applicatur Verbo.
¶ 1. Adversarios nullam penitus similitudinem
assignare, quia loco similitudinis substituunt I-
dentitatem numericam Naturæ: Similitudo autem
est inter distincta. ¶ 2. Negando quod
similitudo intentionalis sit Metaphorice similitudo,
quin potius, ut bene animadvertis Antonius
Perez, similitudo intentionalis est forma & men-
sura extrinseca similitudinis physicae; in tantum
enim aliqua comprehendimus esse similia, in quan-
tum possunt vñ cognitione, abstrahente ratio-
nem communem, fieri vnum extrinsecè, ut traducit
Philosophus de vñiversalibus: item dicimus
A. esse simile B. quia experimur cognitionem ipsius
A. esse similem cognitioni ipsius B. & per conse-
quens supponimus cognitionem ipsius A. esse si-
milem ipsi A. Sanè mihi semper (abstrahendo
à præsenti quæstione) indubitatum fuit, quod
cognitione sit Imago propriæ dictæ objecti, & qui-
dem magis quam Imago picta: atqui de ratione
Imaginis est, esse similitudinem, definitur enim
Imago, similitudo procedens ab eo cuius est simili-
tudo, in hunc finem, ut illud repræsenter; &
ideo omnis Imago est similitudo, sed non econ-
verso.

747. Dices. Verbum potius est similitudo
Paternitatis quam Naturæ, quia realiter procedit
& distinguitur à Paternitate: atqui Paternitas ut
sic non est ipsa Naturæ: ergo non procedit Ver-
bum in similitudinem Naturæ potius quam ali-
cujus quod virtualiter non est Naturæ. ¶ Philosophos ideo in definitione Generationis posu-
isti, *Similitudinem in Naturæ*, quia non agno-
verunt alium modum producendi similitudinem
substantialem sui, nisi producendo naturam di-
stinctam. Quid si agnivissent productionem sub-
stantiae similis intentionaliter cum identitate Na-
tura (qua in solo Deo reperitur) contenti fuissent
dicere: *in similitudinem Producentis*.

748. Objiciunt. 3. Esto sufficiat simili-
tudo Intentionalis, & sic possit explicari Generatio
Verbi, certum tamen est, eam non requiri ad Ge-
nerationem;

nerationem ; adeoque ex hoc capite non declaratur , cur Produ^ctio Spiritus Sancti non sit Generatio : nam et si declaretur non habere hanc similitudinem , non propterea caret aliquo requi-
sito ad generationem . Antecedens patet : Nam Filius hominis non est similitudo intentionalis Patris sui , ergo similitudo intentionalis non requiritur ad rationem Filij . *q. Ad Generationem* requiri alterutram similitudinem , videlicet , ut productum secundum quod est productum , sit vel simile Realiter & Physisce , vel intentionaliter : atqui Spiritui Sancto neutra similitudo convenit ; non Realis , quia non accipit Naturam realiter distinetam ; Spiratio autem passiva est physicè dissimilis Spirationi activæ . Non etiam convenient similitudo intentionalis , ut ipsi adverfarij concedunt , & jam declaratum est , quia amor non est Imago objecti amati : nam licet illud aliquo modo repræsenter , non procedit tamen ex intentione assimilandi , sed ex tali similitudine præcedente & supposita procedit . item , ut observat Pallavicinus Cardinalis , perfectio amoris non desumitur ex representatione objecti sicut Perfectio cognitionis .

749. Lubet h̄c verba quādam referre ex P. Antonio Perez , in gratiam eorum , qui cūm ceteroquin Magistro suo tanquam oraculo inhā-
reant , respūnt tamen vñm Hypotheseon im-
possibilium , quas ex eodem dicere potuerint . Itaque c. 4. n. 70. circa medium , ut confirmaret , similitudinem intentionalem non esse impertinentem ad rationem Filij : *Finge* , inquit , *tibi Fi- lium hominis esse hominem* , & effe simul secundum suam substantiam cognitionem sūi *& patris* , quis non videat , patrem hunc melius manere repræsentatum in hoc filio , quām nunc accidit : ergo magis effet filius . En ! hypothesin impossibilem de bonitate consequentia non sum sollicitus .

CONTROVERSIA II.

Ex quorum Objectorum cognitione pro- cedat Verbum .

750. **S**ensus Quæstionis est , quānam objecta re- spiciat illa Intellectio absolute , ex qua tanquam Principio radicali procedit Verbum ; adeoque quānam objecta repræsenter Verbum . Eadem quæstio cum proportione procedit de Spiritu Sancto , ex quorum objectorum Amore procedat .

751. Certum autem est , ad minimūm pro-
cedere ex cognitione omnium attributorum ab-
solutorum & essentialium , & per consequens , ex cognitione creaturatum ut possibilium , quatenus attributa absoluta dicunt respectum & ordinem ad illas . Ratio est , quia ut supra vidimus , Ob-
jectum directum & formale divina Intellectio-
nis , est ipsa Essentia Dei , prout complectens

omnes perfectiones simpliciter simplices : ergo vel ex harum cognitione , vel ex nulla Verbum procedit .

752. Dubitat. 1. Vtrum Verbum pro-
cedat ex cognitione omnium trium Personarum . Negativa tribuitur Scoto , & ex parte Vasque-
zio , neganti Verbum procedere ex cognitione Spiritus Sancti .

753. Dicendum tamen est , Verbum pro-
cedere ex cognitione omnium trium Personarum . Probatur . 1. Ex dictis , quia tres Personæ cognoscunt cognitione essentiali & absoluta in Dei-
tate , tanquam fonte & origine virtuali illarum , ut patet ex dictis . Atqui Verbum procedit ex cognitione totius Deitatis : ergo &c . Probatur . 2. Verbum procedit ex cognitione comprehen-
sione DEI : atqui Cognitio comprehensiva tem-
natur ad omnes tres Personas : ergo Verbum pro-
cedit ex cognitione omnium trium Personarum , & ita senserunt SS . Patres apud Ruiz *disp. 6.* & 63 .

754. Objicitur . Paternitas est prior ori-
gine quam Filiatio & Spiratio passiva . Ergo Ver-
bum non potest procedere nisi ex cognitione il-
lorum objectorum , quæ Paternitas in illo priori
Originis cognoscit . Atqui in illo priori origi-
nis non cognoscit Filiationem & Spirationem pa-
ssivam , quia nondum existunt : ergo Verbum non procedit ex harum cognitione . 2. Dif-
tinguendo subsumptum . Non cognoscit illas vi-
existentes in sua radice ut essentialiter produc-
tiva , & motivo formalis cognoscendi totam Tri-
nitatem , adeoque indirecte , nego ; non cognoscit ut existentes directe & immediate , concedo . Hanc responsionem , quam ante hac dedi , ap-
probat h̄c P. Antonius Perez *disp. 2. de Trinit. c. 11.* n. 195 . vbi etiam concepissimus verbis docet , al-
ter se habere statum Conditionatum ad Scientiam Medium , quam se habeat Spiritus S . (& eadem effi-
ratio de creaturis possibilibus) ad sui cognitionem : nempe quia status conditionatus est ratio formalis , & motivum Scientiae Mediae , exhibens concursum intentionalem in Scientiam Medium , & hoc , ait , colligi ex propositione caufali ; quod ideo Deus videt futurum conditionatè , quia effi-
tuturum conditionatè .

755. Respondetur . 2. Aliter distinguen-
do . Intellectio essentialis non potest in illo priori
originis , in quo , prout existens in Patre , præ-
cedit ceteras Personas , non potest inquam co-
gnoscere ceteras Personas prout existentes in illo
priori , concedo : prout existentes in posteriori
originis . Nego . Neque enim hac prioritas ori-
ginis est sicut prioritas Naturæ : cuius discrimen
declarat Card. Pallavicinus c. 58. n. 440 . Signa
Naturæ , inquit , nihil aliud sunt , quam varie co-
gnitiones , quarum aliqua ita inveniuntur unum tan-
quam positum & existens (quod dicitur esse in
priori signo) ut dirigat in ordine ad positionem
alterius , quod dicitur advenire in posteriore signo .
At hoc

At hoc non haber locum nisi in ijs, quæ habent in eisdem necessitatem vel independentiam in existendo: in illis enim est considerare principium prout indifferens ad coëxistendum vel non coëxistendum rei quæ ad ipsum consequitur. & ita debet posse dari aliqua perfecta cognitio ipsius principij, qua non certificet de existentia rei à tali principio manantis, sed potius moveat illud agens liberum, cuius est hanc contingentiam determinare ad volendam talem existentiam. Hoc am est intelligentum juxta ea quæ supra diximus, agentes de identitate virtuali decretorum divinorum. At, cum in divinis omnia sint æquè necessaria & independentia ab arbitrio cujuscunque, non datur cognitione intuitiva certificans de uno, & non de omnibus, argue adeo omnia sunt in eodem signo primo & antecedente ad universalia signa. Illa ergo prioritas Originis, quam habet Pater respectu Filii, nil aliud est, quam fundamentum ex origine desumptum, incipiendi numerationem potius ab illo quam ab hoc. Cùm enim non possimus omnia immediate per cognitionem attingere, postulat Naturæ ordo, ut incipiamus ab eo, à quo cetera oriuntur, utpote præstant nobis aptam viam ad reliqua cognoscenda. Ita Pallavicinus.

Dubitatur 2. Et difficiens, an Verbum procedere ex cognitione futurorum tam absolute quam conditionatorum.

756. Dicendum est. 1. Verbum quod ad formalitatem suam necessariam, non procedere ex cognitione futurorum. Ratio est manifesta. Quia illa formalitas procederet eodem modo, etiamsi non essent futura ea, quæ sunt futura, ergo ut sic non est cognitione passiva & representativa futurorum quæ talium: atqui est representativa omnium eorum, ex quorum cognitione procedit: ergo secundum formalitatem necessariam non procedit ex cognitione futurorum. Vtterius, Verbum præcedit ipsa decreta libera, utpore procedentia à tota Trinitate. ergo etiam procedit Visionem futurorum.

757. DICO. 2. Probabilius est, Verbum procedere ex cognitione futurorum secundum aliquam terminationem virtualiter intrinsecè distinctam, quæ representantur objecta futura. Hac est reipsa Sententia Alensis, Bonaventuræ, D. Thomæ, Valentia, Zunigæ, Arriagæ, ut facit Derkennius, qui contrariam teneret. Eadem sequitur Antonius Perez & Comptonus, videlicet esse Sanctorum Patrum apud Zunigam, assertum, Patrem loqui Verbo omnia quæ scit, & Verbum representare omnia quæ sunt in divina Scientia.

758. Ratio autem est. Quia Verbum accipit à Patre Scientiam contingentem, sicut accipit Scientiam essentialē: atqui hanc accipit per productionem alicuius terminationis necessariae: ergo illam accipit per productionem terminationis contingentis. Pari modo in Paternitate sunt super-

addenda hujusmodi relativæ terminations contingentes, virtualiter intrinsecè distinctæ. quæ omnia sine illo inconvenient aut speciali difficultate admittuntur, admissis semel in Deitate terminationibus contingentibus, ut iterum factetur Derkennius.

759. Ex hac Sententia fieri potest argumentum ad probandum, Decretum Intentionis & Executionis, & visionem futurorum non distinguere virtualiter intrinsecè. Si enim hæc decreta virtualiter intrinsecè distinguerentur, sequeretur, Spiritum S. quoad omnes terminations prius completem esse quam Verbum, & per consequens, Spiritum Sanctum habere aliquam terminationem à solo Patre: quam sequelam erit Arriaga concedat, virtus bonitate consequentia, est tamen contra sensum aliorum, & teste Derkennio per se absurdum, qui etiam clarè rejicit effugia Zunigæ. Sequela autem probatur. Quia si decretum Intentionis præcedit virtualiter intrinsecè Scientiam visionis, jam yī hujus decreti producetur in Spiritu S. terminatio correspondens, quæ erit ultimum illius complementum: Verbum autem complebitur à terminatione producenda per visionem subsequentem, ut facile patet consideranti: ergo vera est sequela.

CONTROVERSIA III.

Vtrum, si Spiritus S. non procederet à Filio, distingueretur ab illo.

760. **Q**uestio hæc procedit sub hypothesi impossibili, quā tanquam vtili ad arguendum vñi sunt Theologi Concilij Flörentini contra Græcos, assertentes, Spiritum Sanctum non procedere à Filio, & tamen realiter distingui ab eodem.

761. Vt aurem hypothesis vtilis sit, non debet ita formari, ut retineatur hic Filius & hic Spiritus Sanctus, & simul ponatur ille carere virtute spirandi, & iste processione passivam, essentialiter responente hunc Filium; in hac enim hypothesi includerentur formaliter contradictiones, saltem in sententia communi, quod Spiratio activa sit constitutiva hujus Filii, & quod hæc Spiratio passiva respiciat spirationem activam ut communem duabus Personis.

762. Hypothesis ergo hoc modo formanda est. Fingamus, in Deo dari productionem Verbi sine communicatione Spirationis activæ, & Spirationem passivam à sola prima Persona procedere, queritur, an tunc Persona spirata realiter distingueretur à Verbo, seu à secunda Persona; hoc est: essentne tunc duas tantum, vel tres Personæ? Vel sic. Ponamus aliquem ignorare Processionem tertię Personæ à duabus, & tantum agnoscerem vnam Personam productivam seu operativam ad intra: queritur an talis adhuc posset cum

set cum fundamento afferere, primam Personam producere duas Personas, vnam per Intellectum, alteram per voluntatem?

763. Affirmant Scotistæ. Negant alij cum S. Thoma, cum quibus & nobis sentiendum est.

Probatur. 1. Authoritate Patrum Latino-sum Concilij Florentini, arguentum semper contra Græcos, & inferentium processionem Spiritus S. à Filio ex eo, quod realiter distinguitur ab illo: qua consequentia non est legitima, si vñica & adæquata ratio distinguendi Filium à Spiritu Sancto, non est hujus processio ab illo.

764. Probatur. 2. Ex receptissimo Theologorum axiome: In Deo omnia sunt vnum, vbi non obviat Originis oppositio: atqui in data hypothesi non obviaret originis oppositio. Ergo Spiritus S. & Filius essent vna & non duas Personæ.

765. Objicitur. 1. Authoritas S. Anselmi de Processione Spiritus S. dicentis, Filium & Spiritum S. ipsa distinctione Nativitatis & Processionis referri ad invicem, vt alios ab invicem: ergo si abest Spiratio activa, adhuc referentur ad invicem, quia Nativitas non est Spiratio activa. 2. S. Anselmum loqui de Nativitate & Spiratione defacto existentibus, & secundum has utique ad invicem referuntur, quia hec Filiatio est essentialiter acceptio Spirationis activæ, & sic opponitur etiam Spirationi passiva, vt magis declarabitur in solutione ultimæ objectionis.

766. Objicitur. 2. Producio Verbi est Generatio; & productio Spiritus Sancti non est generatio in illa hypothesi: ergo de illis adhuc verificantur contradictiones: ergo distinguuntur realiter ab invicem, quia non distinguuntur in tertio. 2. Cum plures explicaciones Generationis Verbi fundentur in processione Spiritus S. à Verbo, secundum illas explicaciones (quas paulò ante retulimus) falsum erit primum membrum antecedentis, nempe quod in illa hypothesi nulla daretur Generatio. In alijs vero explicationibus non recurrentibus ad facultatem spirandi, concessò primo membro, falsum erit secundum membrum antecedentis, in sensu reali: Tunc enim Verbum & Spiritus S. essent vna Persona genita, procedens per Intellectum & Voluntatem, & esset Intellectio genita cum amore spirato, sicut tunc virtus generandi esset virtus spirandi etiam virtualiter.

767. Objicitur. 3. Constitutivum Filii est sola Filiatio prout contradictum virtualiter à Spiratione activa: atqui in hypothesi data maneret Filiatio: ergo & constitutivum Filii. Sed constitutivum rei est ejusdem distinctivum: ergo adhuc maneret distinctivum Filii à quocunque alio: ergo & à Spiritu Sancto. 2. Negando quod in data hypothesi maneret hec Filiatio, quia hec Filiatio formaliter constituitur per acceptancem

Spirationis activa: Filiatio autem quæ ponit in hypothesi, non est talis acceptio, vt supra dictum est.

768. Objicitur. 4. Si Spiritus S. procederet à solo Filio, adhuc distingueretur realiter à Patre: ergo pariter si procederet à solo Patre, adhuc distingueretur realiter à Filio. 2. Nogando consequentiam & paritatem. In prior casu adhuc opponeretur relativè Pater Spiritum Sancto, tanquam Principium mediatum non communicatum: & quia impossibile est, duo esse sibi reciprocè principia productiva, ergo hoc ipso quod ponatur Filius produci à Patre, ponitur etiam, Patrem distingui realiter ab omni illo, quod producitur à Filio.

769. Objicitur. 5. Repugnat dari in Deo duas productiones totales ad cundem terminum, esset enim altera essentialiter superflua: atque Generatio & Spiratio activa sunt productiones totales: ergo earum termini semper sunt realiter distincti. 2. Argumentum faltare à filio qui est defacto, ad eum qui est in hypothesis facta. Defacto sunt productiones totales, in casu hypothesis esset vñica, & tunc esset alia spiratio activa, soli Patri propria: ergo & alia spiratio passiva.

770. Objicitur. 6. & præcipue. Filiatio & Spiratio passiva non opponuntur relativè: non enim respicit Filius qui defacto est Spiritum S. per Filiationem, sed per Spirationem activam, & tamen Filius distinguitur nunc à Spiritu S. non solum per Spirationem activam, sed etiam per Filiationem: ergo in casu hypothesis posset etiam distinguiri, licet Filius non habet oppositionem relativam cum processione Spiritus Sancti.

771. Ex hoc inferunt adversarij, Concilia, quando dicunt, in Deo non dari distinctionem realem, nisi vbi intercedit oppositio relationis, non esse intelligenda secundum rigorem verborum, hoc est, inter solas relations oppositas dari distinctionem realem, sed inter omnes relations etiam disparatas, & non oppositas. Verum hoc ultimum est manifeste falsum, nam relatio Spirationis activæ, non distinguitur à Paternitate & Filiatione, & tamen sunt relations disparatas.

772. Ad objectionem ipsam varie sunt excogitatæ responses. Et quidem Arriaga libenter persuaderet alij, non posse illam solvi, nisi supponendo sententiam suprà à nobis rejectam, videlicet, quod Principium formale quod sit sola Volitio essentialis. Quare n. 33. Repondendum est, inquit, huic difficultati ex principijs P. Suarez & nostris, Principium Quod productivum Spiritus S. non includere Spirationem activam, sed solam Paternitatem & Filiationem cum Volitione. Respondeat ergo, Paternitatem & Filiationem opponi Spiritui S. tanquam Principium Quod, oppositio enim propriè reperitur inter Principium Quod, & inter terminum productum. Rejecientur nobis

da nobis est hoc responso, quā parte supponit principium nobis minus probabile, ceterū inlinar responsonem sufficientem, quam paulo pōst ex Card. Pallavicino dabimus.

773. Respondent alij. Relationes Filiatio-nis & Spirationis passiva, licet non opponantur ut correlations, opponi tamen ut constitutivas correlativorum, quia Filiatio constituit Filium, qui est Spirator. Sed hanc responsonem ener-vat Lugo; qui etiam Deitas constituit Patrem, neque tamen propterea Filiatio distinguitur à Deitate, sed à sola Relatione Paternitatis: ergo similiiter licet Filiatio constituat Filium, non propterea debet Spiratio passiva distinguī à Filiatio, sed sufficeret distinguī à Spiratione activa, per quam Filius formaliter constituitur in ratio-ne correlative ad Spiritum Sanctum.

774. Confirmatur. Spiratio activa, esto constitutus Filium, non tamen opponitur Paternitati: ergo pari modo, licet Filiatio constituerat Spiritorem, non propterea habet oppositionem cum Spiratione passiva, sed satis erit huic oppo-ni Spirationem activam.

775. Respondent alij. 3. Processionem Spiritus Sancti opponi immediate quidem cum sola Spiratione activa, mediata vero cum Filiatio, tanquam cum Subsistente seu supposito spirante, quia Natura originis est, non solum opponi cum virtute agentis, sed etiam cum suppo-sito agente ut *Quod*. Ita P. Arrubal. Hæc responso posset impugnari instantia. Nam in Christo principium producens humanitatem, non opponitur cum supposito producti, cùm sit ipsum suppositum: ergo non semper opponitur supposi-tum producens cum re producta. Verum su-finem posse hanc responsonem patebit ex dicen-dis.

776. Respondent. 4. alij cum Suarez lib. 7. c. 4. n. 9. supponendo ex Metaphysica, ratione terminandi relationem & correlationem formaliter saltem ab invieem distinguī: vnde sequitur, relationem non solum opponi correlations, sed etiam & multo magis opponi termino secundum rationem terminandi: cùm ergo Relatio Spiritus Sancti terminetur ad Patrem & Fi-lium, à quibus procedit, ideo non solum oppo-nitur Spirationi activa, quæ est correlatio, sed etiam Paternitati & Filiationi.

Sed contra est: Nam ratio terminandi Spirationem passivam, non est Paternitas & Filiatio, sed virtus spirandi: passio enim respicit suum principium formale tanquam terminum: v. g. Intellectus respicit potentiam intellectivam, non autem Personalitatem tanquam rationem termini: arqui Paternitas & Filiatio non sunt vir-tus spirandi: ergo ex hoc capite non sunt ratio terminandi relationem spirationis passiva. His ergo reiectis

777. Due restant solutiones duorum Car-dinalium, quæ forte coincidunt, & objectioni sa-

tisfaciunt. Prima est Card. de Lugo, cui adstipulatur Zuniga q. 40. d. 15. dub. 6. in fine. Docet ergo, Filiationem etiam prout distinctam à Spi-ratione activa, opponi processioni Spiritus Sancti mediate & implicitè, quia Filiatio est processio,

quā Filius accipit, quidquid Pater habet, exceptā Paternitate, atque adeo est acceptio ipsa illorum quæ Filio communicantur: ergo est etiam accep-tio activa Spirationis quæ Filio communicatur: ergo ipsa Filiatio prout virtualiter distincta à Spiratione activa, habet oppositionem cum Spiratione passiva. Probatur consequentia, quia non minus opponitur Spiritus Sanctus acceptio spirationis activæ, quam ipsi Spirationi accepta, si-cut enim repugnat, Spiritum S. esse spiratorem, ita repugnat esse accipientem spirationem activam, quia non potest accipere id quod non po-test habere. Hæc ratio applicatur etiam Paternitati, quia prout distincta à Spiratione activa, est datio seu communicatio activa Spirationis, quam Pater communicat Filio, & per consequens op-ponitur Spiritui Sancto, qui sicut non potest spirare, ita non potest dare virtutem spirandi seu Spirationem activam, nemo enim dat quod non habet. Quare Pater non solum ratione Spirationis activa, sed etiam ratione Paternitatis op-ponitur mediata Spiritui Sancto.

778. Huic solutioni opponit se, vt folet, Arriaga, & Objicit 1. Quia gratis dicitur Filiatio esse acceptio Spirationis activæ: sicut enim in Filio ipsa Filiatio est actualis receptio sui, cur eodem modo Spiratio activa non erit receptio sui? aut cur id munus tribuendum est Filiationi? Respondeatur tamen facile; negando paritatem. Spiratio enim activa non est acceptio, quia est res accepta seu communicata: sicut ergo Filiatio est acceptio Naturæ, quia Natura est communica-ta, ita etiam est acceptio Spirationis activæ, quia hæc est communicata. Filiatio autem non communicatur sed producitur, quare ita est ac-ceptio sui, vt etiam sit acceptio eorum quæ illi dantur seu communicantur. Quid autem Spi-rationi activa non possit dici sui ipsius acceptio, etiam ex eo liquet, quia alioquin etiam Pater diceretur eam accipere.


779. Objicit. 2. Quia etiam si Filiatio es-set receptio Spirationis activæ, & simul esset identificata cum Spiritu S. non propterea Spiritus S. denominaret Recipiens; sicut defacto licet Angelus recipiat sui creationem, non propterea denominatur *Producens*, quia non omnem denominationem tribuit forma subjecto. 2. Si Filiatio identificaretur cum Spiratione passiva, vel distingueretur ab ea saltem virtualiter, vel non. si non? tunc falsum est antecedens objectionis: sicut enim Filiatio, ita & Spiratio passiva esset tunc receptio & recipiens: si vero distingueretur vir-tualiter; tunc Spirationi passiva communicaretur Filiatio per productionem spirationis passiva, ad-eq; communicaretur receptio Spirationis activæ:

P 2
ergo

ergo nihil deesset, quominus tam denominaret recipientem, sicut Spiratio activa, quia communicatur Filio, denominat spirantem: Deinde est prorsus inintelligibile, quod Spirationi passiva, quae est formalissima exclusio Spirations activae, communicetur receptio Spirations activae: cui bono communicaretur Spiritui Sancto receptio forma sibi incomunicabilis, & a se formaliter exclusa? falso ergo est antecedens. Instantia allata ab Arriaga non facit ad rem: à Physicis redditur specialis ratio cur actio non denominet agens omne suum modicum, ob diversum resipendi modum.

780. Objicit. 3. Supponendo Sententiam, quam ait esse multorum (fortassis non est nisi trium, Turriani, Vasquez & Tanneri, quorum priores duo instar viius reputandi sunt) quod ipsa Intellectio sit actualis productio Filiationis: unde sequitur, quod sit actualis receptio Filiationis, & tamen non omnes tres Personae, quibus est communis, sunt recipientes Filiationem. n. Negando suppositum. Deinde, transmissio supposito, nego illatum: Non enim productio activa, sed passiva dicitur receptio. Nihil ergo enervant objectiones Arriagæ responsionem Lungenis.

781. Altera responsio est Cardinalis Pallavicini, quod Paternitas & Filiatio opponuntur Spirationi passiva ideo, quia licet in rebus creatis possit producens & productum realiter distinguere & opponi, absque eo quod opponantur in ratione suppositi, prout contingit in Christo, hoc ramen non potest fieri in Deo ad intram, vbi Producens & Productum debent opponi penes vestrum constitutivum & distinctivum suppositi. Disparitas est, quia in creatis non solum suppositalitas produci potest, sed etiam Natura, & ideo mirum non est, quod Deitatis producens & Humanitatis producta idem possit esse suppositum: at vero in Spiritu S. nihil est producibile nisi Spiratio passiva, quæ est constitutivum formale tertia persona quæ talis, & consequenter ejusdem distinctiva ab omni alio supposito quæ tali; adeoque etiam à suppositis Spirantibus: atque supposita spirantia quæ talia constituantur per Paternitatem & Filiationem, tanquam per constitutiva incommunicabilia: ergo suppositum productum opponitur suppositis productibus secundum Personalitatem, quæ est Paternitas & Filiatio. Hanc solutionem breviter etiam adhibet P. Philippus à Sanctissima Trinitate. disp. 8. dub. 2. in fine.



LIBRI

LIBRI PRIMI
 TRACTATUS III.
 DE ANGELIS.
 CAPVT PRIMVM.
 DE NATVRA ANGELORVM.
 CONTROVERSIA I.

Vtrum Angelorum Existentia posset Naturalibus Rationibus demonstrari.

781. **B**Ex suppositione, quod Deus aliquid ad extra producere voluerit, fuisse Deo necessarium producere substantias pure spirituales, nullam cum corpore tanquam parte constitutiva coniunctionem habentes, tribus vel quatuor argumentis non ingeniore minus, quam operose deductis, evincere conatur P. Martinus Esparza; & quamvis non expressè dicat esse Metaphysicas demonstrationes, ita tamen proponit, vitalesse videri possent, & quibusdā videantur.

Ego tamen, illis diu expensis, exstimo vim congruentiarum non excedere. Hujus opinionis est etiam P. Derkennius d. i. c. i. §. 2. qui hoc pronuntiat de argomento S. Thomae, ceterum refert, sed idem utique dicturus de illis, quia vel ad argumentum S. Thomae referuntur, vt agnoscat P. Esparza, vel faciliorem habent solutionem, vt videbimus.

782. DICO 1. Possibilitas Angelorum videatur positivè efficaciter probari posse, saltem ex suppositione possibilis animæ rationalis, ita ut intellectus bene dispositus, si non Metaphysica, saltem Morali necessitate inducatur ad assentendum. Probatio erit hujusmodi. Evidens est, à creaturis participari divinas perfectiones simpliciter simplices: ergo rationabiliter negari aut in dubium vocari non potest, omnem illam perfectionem simpliciter simplicem esse communicabilem creaturis, qua in suo formalis conceperit non dicit Infinitatem: qua enim potest esse Ratio de una potius quam altera? At-

qui esse substantiam intellectualē purē spiritualem, completam, est perfectio simpliciter simplex, nullam involvens contradictionem, cùm datur in Deo: & hæc in suo conceptu formalī non includit Infinitatem, sive, non est prædicatum ex suo conceptu soli Enti Infinito competens, sicut est Immenitas, Omnipotētia &c. Ergo est communicabile creaturis, atque talis creatura erit Angelus. Ergo. Quod prædicatum *Substantia spiritualis complete* non includat in suo conceptu formalī rationem Entis Infiniti, videtur ex terminis clarum, & probari potest. si enim includeret Infinitatem, ideo includeret, quia nobilissimum illius prædicatum; esse intellectivum, independenter à sensib⁹; esset proprium solius Dei: sed hoc rationabiliter dici non potest: nam rō esse intellectivum dependenter à sensib⁹: seu: principium spirituale intellectivum esse incompletum, & in operando indigere corpore, est quid difficilius perceptibile, quam esse intellectivum independenter à sensib⁹: quia spirituale opponitur corporeo: ergo ejus conjungibilitas & dependentia à corpore, est caput difficultior: quia omne oppositum fugit potius à suo opposito, quam ut illud appetat, eoque indiget: ergo si supponimus, quod rō Intellectivum ut sic, possit communicari principio creato Incompleto, & indigo corporis, facilius & à fortiori cogimur afflere, posse communicari rō Intellectivum, absque indigenita corporis.

784. DICO 2. Ex suppositione, quod Deus voluerit aliiquid ad extra producere, fuit Meta-

Metaphysicè necessitatus ad producendam aliquam Substantiam Intellectivam. Ratio est manifesta. Quia non potest Deus operari nisi ex intentione Gloria suæ, atqui non aliter potest ex creaturis gloriam consequi, nisi se in illis manifestando, ut inde cognoscatur, & glorificetur: atqui non potest glorificari & cognosci nisi à substantia Intellectiva: ergo &c. In re clara, & huc non pertinente, non vacat immorari.

785. DICO. 3. Ex eadem suppositione voluntatis divinae ad aliquid creandum, non infertur ullo modo necessitas Metaphysica producendi substantias completas omnino incorporeas. Referam argumenta Recentiorum, quibus id præstare conati sunt; & ostendam non præstari.

786. Primum argumentum est desumptum ex S. Thoma, quod Cajetanus format hoc modo. *Necessè est universum esse perfectum: ergo perfectè simile Deo*, (quantum creatura potest esse simili Deo, quoad gradum perfectionis) *ergo simile DEO secundum intellectivam naturam.* (qui est gradus supremus possibilis, esto intra hunc gradum sine multiplicabiles perfectiones specificæ in infinitum.) ergo *necessè est ponere aliquam creaturam incorpoream.* Antecedens patet. Prima vero consequentia probatur: quia *perfectio universi consistit in assimilatione ad Deum;* quod probatur: quia est præcipue intenta inter omnia in rebus ipsis creatis à Deo. Secunda vero consequentia probatur: quia *Deus agit secundum intellectum & voluntatem.* Tertia vero consequentia probatur, eò quod *intellectus nullius corporis est actus.*

787. Hoc argumentum tametsi evincat id quod in secunda Conclusione posuimus, nempe fuisse necesse creari aliquam substantiam Intellectivam, eò quod sine hujus similitudine cum Deo, nulla alterius creature similitudo esset amabilis à Deo, (& hoc solum directe intendisse S. Thomam fatetur Cajetanus) non evincit tamen productionem necessariam Angelorum. Falsum enim est, quod Deus fuerit necessitatus ex hypothesi alicuius rei producenda, producere substantiam perfectè similem Deo, quantum possibilis est quoad gradum perfectionis, alioquin fuisse Deus necessitatus ad ponendum statum elevationis & Unionem hypostaticam, hoc est, Substantiam cui indispensabiliter debetur. *Visio Dei & Beatitudo supernaturalis.* Talis certè substantia esset utique similior Deo quam quicunque Angelus; esset etiam hac substantia in gradu superiori quam sit Angelus. Nam Regula distinguendi gradus, quam tradunt hi ipsi Recentiores, hic locum haberet: Illa enim differunt gradu, & non tantum specie, quorum predicatum differentialē est nobilis quam predicatum quocunque, in quo cum alio convenienter. atqui esse substantiam cui debatur Visio Dei, & comprehensio omnium rerum etiam supernaturalium, & cognitio futurorum &c. habet hujusmodi predicatum differentialē; quia sicut esse sensitivum est nobilis quam Vivere ut sic,

& ideo Brutum est in superiore gradu ad plantas, ita esse substantiam intuitivam essentiae divinae, impeccabilem &c. est perfectius quam esse Intellectivam ut sic.

788. Sicut ergo Deus potuisset nolle summum Elevationis & Unionem hypostaticam, (quod quidem aliqui Moderni alibi refutandi ob similes ratiunculas in dubium vocare aucti sumptuosa) potuisset Deus, volendo Unionem hypostaticam, & Personam Christi, nolle Angelos, eò quod velle Naturam assumptam esse omnium naturarum supremam, etiam quoad suam perfectionem essentiale, nec de ea dici posse: *Moralis et paulo minus ab Angelis.* Sane non est evidens, hac non potuisset velle Deum.

789. Illud Principium: *Omnis causando intendit sibi assimilare effectum;* proceditque ad causas univocas, quoad & quovadas & Intellectuales nullam habet evidentiam, nisi quoad similitudinem in ratione cognoscendi, hoc est, ut effectus si similius Ideæ, qua est in intellectu agenti, non autem quoad similitudinem in ratione essendi. Et hæc circa primum argumentum Recentiorum.

790. Alterum argumentum. Universum hoc (idem dicendum de qualibet collectione rerum creabilium à Deo) est undeque perfectum intrinsecè ex sua natura, hoc ipso quia est opus Dei: adeoque nihil illi deesse potest eorum, in quibus esset ineptum ad suum finem secundum, ac nihil illi perperam inesse debet. Rursum ad perfectionem operis divini adæquato sumptu, seu universi cuiusvis, spectat specialiter, ut in eo emineat omne genus perfectionum absolute possibilium, atque in vicem compossible. Quia opus respectivo perfectum dicitur illud locum, in quo appareat tota perfectio praæexistens in causa, totaque Artificis peritia. Cum igitur Deus continet in se essentialiter ac individuum genus perfectionis, necesse utique est ex natura rei, ut in effectu adæquo, seu in qualibet tota collectione rerum à Deo producta, dentur entitates & perfectiones omnis generis.

791. Antequam ulterius progrediamur, dico, hoc presuppositum imprimis non esse evidens. Quia non est evidens, nullam esse possibilem creaturam, qua non exigat ex intrinsico prædicato existentiam Angelorum, & tamen hoc deberet esse evidens, si evidens esset, non posse à Deo quidquam creari, qui crecent omnes gradus possibilis perfectionum in statu perfecto. Item non est evidens, effectum adæquatum debere continere perfectiones omnis generis, & manifestare totam artificis peritiam. Quia cum Deus sit artifex liber, ita ut potuisset esse artifex in actu primo, & tamen nihil creare in quo offenseret suam peritiam, ideo non potest esse evidens quod supposito, quod velit aliquid creare, debet totam suam peritiam manifestare.

792. Deinde dico, hoc presuppositum videlicet fallum. Summum & omnium admirabilissimum artificium est Unionem hypostaticam, ejusque per-

per elevationis statum manifestatio & falsum est, nullum Vniversum esse possibile, in quo non existat Vno hypostatica & status elevationis. Si ergo Deus hanc peritiam potest occultare, quidni & peritiam faciendi Angelos?

793. Ulterius. Demus, Deum necessariò debere manifestare etiam peritiam faciendi Angelos, non est tamen evidens, quod debeat manifestare producendo Angelos, supereffet enim aliud modus eam manifestandi, sicut defacto manifestavit peritiam faciendi Vnionem hypostaticam spiritualem inter Verbum & Naturam Angelicam, quando Deus revelavit, aut certè revelatione potuit, se quidem potuisse etiam efficere, ut Angelo diceretur: *Filius meus es tu. sed noluisse*, sic ergo potuisse primo homini revelare, se quidem potuisse etiam Angelos ipso superiores creare, sed noluisse. Imò cum primus homo potuisse naturali lumine cognoscere possibiliterem Angelorum, jam sufficienter in ipsa productione hominis manifestasset Deus peritiam faciendi Angelos.

794. Pergamus nunc in argumento Recentiorum. Finis omnium creaturarum est Gloriam Dei. Atqui hic finis obtineri nequaquam potest, nisi inducis in Vniversum substantijs Intellectualibus, & quidem pure spiritualibus. Neque enim Natura Intellectus corporea est sufficiens, ad tribuendam Deo totam illam laudem & gloriam, ad quam vniuersum creatum ipsaque natura intellectualis corporea est apta movere, quantum est de se, quia Natura Intellectualis corporea nihil cognoscere potest ex Natura rei, nisi dependenter à sensu, praestantissimas veritates tantum enigmatis, inadäquatè ac imperfectè etiam in statu separationis. Cùm ergo laus & gloria conditoris derivabilis ex creaturis commenlaturent perfectioni cognitionis circa ipsas suborta ex vi motiva earundem, concluditur, res creates non posse naturaliter consequi perfectè & adäquate suum istum præcipuum finem laudis & gloriae Creatoris, nisi dentur Angeli, qui illas, tum singulas seorsim, tum omnium simul ordinem mutuant & harmoniam, totamque pulchritudinem adäquatè cognoscere & comprehendere possint. Quia non datis hujusmodi substantijs, non posset reduci in actum secundum, & ideo perperam existeret vis motiva, qua inest creaturis ad cognitionem comprehensivam tum vniuersiisque ex illis seorsim, tum omnium collectivè, atque ordinis mutui, & pulchritudinis ex omnium proportione, connexione, & justa correspondientia consurgentis cum virtute inducendi æqualem illi cognitioni delectationem. alioquin Deus egisset instar Musici exhibentis Musicam surdis, aut Pictoris exhibentis picturam cœlos.

795. Circa hunc discursum, Dico primò, falsum esse quod Deus pro fine creationis hujus Vniversi habuerit, multò minus quod debuerit habere Gloriam & Laudem, quæ posset resultare

ex cognitione naturali Angelica supremi Angeli. Cùm enim Deus statim ab initio constituerit Angelos in statu elevationis, Laus quam intendit, non erat laus procedens ex cognitione Naturali, sed ex cognitione Supernaturali.

796. Secundò Dico, falsum esse, quod propterera perperam existeret vis motiva creaturarum corporearum, si non cognosceretur tota harmonia & correspondentia omnium in ratione vienii artificij, per cognitionem vnam indivisibillem. Nam singularum creaturarum vis motiva ad cognitionem sui præcisè, est illa ipsa, quæ concurredit ad cognitionem complexi ex pluribus: vt ergo non sit perperam facta, satis est quod singulæ partes Vniversi possint exercere hanc suam vim respectu intellectus humani, modò concurrendo sibi, modò cum his, modò cum illis. & sic Deus non exhibuisset picturam cœcis, alioquin ineptè dixisset Seneca c. 32. de otio Sapientis. Curiosum nobis naturam ingenium dedisse, & artis sibi ac pulchritudinis sua conscientiam spectatores nos tanis rerum spectaculis gennisse, perditura fructum sui, si tam magna, tam clara, tam subtiliter ducta solitudini ostenderet. Ecce iudicio Seneca satish Naturæ spectari ab homine, vt non dicatur in solitudine vel cœcis artem suam exhibuisse.

797. Confirmatur à pari. Si fuissest statutus elevationis institutus, & non fuissest Incarnatum Verbum, quod fieri potuisse nunc ex communi doctrina suppono, & est doctrina S. Thomæ 22. q. 1. a. 3. ad 2. (quamvis sciam, Recentiores, contra quos agimus, in oppositum propendere) non propterera in habitibus supernaturalibus existisset perperam aliqua virtus activa, etiam si tunc nullus actus supernaturalis circa Vnionem hypostaticam exerceri potuerit, quia nimurum eadem virtus activa exercita fuissest circa alia objecta, quæ modò exercetur etiam circa Vnionem hypostaticam: ergo etiam si creaturæ corporeæ nullam vim motivam exerceant circa Intellectum Angelicum, non propterera haberent vim motivam perperam factam, quia candem exerceant circa Intellectum Humanum.

798. Imò, res corporeæ defacto per eandem vim activam concurrunt ad actus supernaturales Fidei, per quam concurrunt ad actus naturales, nempe producendo species naturales, quæ deinde ab habitu Fidei elevantur ut concurrant ad actus supernaturales, vt sud loco dicam, vbi etiam refectionem sententiam horum Recentiorum, docentium, quod habitus Fidei sit Species impressa: hoc supposito, si res hæ corporeæ existisset in statu puræ Naturæ, non propterera existisset perperam aliqua vis activa, etiam si tunc non potuerint concurrere ad actus supernaturales: ergo nec defacto vlla vis activa corporum perperam existeret, etiam si non possent ad vllam Angelicam cognitionem concutere ex defectu Angelorum.

799. Hinc obiter observo, P. Suarez diff. 35. Metaph. bonitate consequentiæ convictum admisisse,

admisit, pari necessitate debuisse produci Vniōnem hypostaticam, & Angelos, eò quòd argumenta pro Angelis procedant etiam in Vniōne hypostatica; quam sequelam, vt pote absurdam, vt Recentiores declinarent, configerunt ad suum *Perperam*, dando nimirum hanc disparitatem, quòd Angelis non creatis daretur in reliquo creaturis aliqua vis activa perperam; non item si non daretur Vnio hypostatica: sed jam ostensum est, vel in vtroque vel in neutro casu fore aliquam virtutem perperam factam. Bona est ergo consequentia, sed falsum consequens, & quia falsum ex vero sequi non potest, oportet argumenta allata pro existentia Angelorum, continere aliquid falsum.

800. Tertiò libenter intelligerem ex his Recentioribus, quisnam ille Angelus fuerit, à quo Deus laudari voluit & velle debuit, ex cognitione naturali comprehensiva totius vniuersi quoad omnes species illius? Non potuit esse alius quām Angelus supremus, præfertim in Sententia Thomistarum, de immultiplicabilitate Angelorum intra eandem speciem, & etiam eorum, qui saltem defacto putant supremos Angelos omnes differre specie, & non posse duo specie diversa esse æqualis perfectionis. Quero jam quo tempore Lucifer (qui putatur fuisse supremus Angelus) eam cognitionem habuerit, quo Deus laudem illam ab eo exspectare potuerit, cùm via ipsius fuerit brevissima, ita vt in sententia hortum Recentiorum, fuerit brevior quācumque particula discernibili temporis? vnde consequens est, fuisse eum damnatum dum Mundus adhuc esset imperfectissimus & informissimus: Fuerunt enim Angeli statim à principio creati. quomodo tunc ex vi motiva totius vniuersi, nondum existentes, potuit comprehendivè intueri artificium D^{EI}? In se certè hoc non potuit comprehendere, cùm illud non continet formaliter aut eminenter. Recentiores, his argumentis nimium fidentes, eò deduc̄t fuisse vidi, vt faterentur se propendere in sententiam S. Augustini, quòd Deus omnia simul creaverit: certè hoc ad minimum connaturalius futurum fuisse: vnde consequens est, quòd Deus in successiva productione, & eorum quæ primo die fecit, immutatione, non egerit officium perfecti Artificis; Vel si hæc successiva operatio etiam artificiosa fuit, & tamen connaturalius debuissent omnia simul fieri, jam Lucifer in via totum artificium non cognovit. Ergo Deus sine suo frustratus est. Absit!

801. Ultimum argumentum pro necessaria Existentiā Angelorum desimunt hi Recentiores ex dirigibilitate rerum corporearum, quam merita vel demerita, in præmium aut pœnam quandoque requirunt, ab homine autem præstari non potest: ergo Angelii necessarij sunt. Distingo. supposito quòd Deus nolit illas mutationes extraordinarias efficere immediate solus, transeat, secus nego, & dico, nullum futurum esse miraculum, si Deus immediate solus ea

efficeret, quamvis congruum fuerit facere per Angelos: sicut Deus liberè & independenter ab omni intrinseca exigentia gubernat hunc auctilum hominem per hujus aut illius speciei aut Chorū Angelum. Absolvo, & in compendio dico, quid mihi in hac re videatur.

802. Artificium, quod Deus in condendo hoc Mundo sibi proposuit, non consistit præcili in intrinseca exigentia mutua partium, que est finita, sed est aliquo modo infinitum, quia procedit ex cognitione infinita non solum possibilium, sed etiam futurorum sub conditione, adeoque in conducentia ad illum finem soli Deo & Humaniti Christi notum, quem Deus intendit non præcisè per productionem harum specimen, sed insuper in exclusione aliarum possibilium, non habentium quidem intrinsecam repugnantiam cum speciebus praesentibus, sed extrinsecam, hoc est, non habentium illam aptitudinem conducendi ad finem à Deo liberimè intentum, sed potius repugnantiam cum illo. In Exemplo: (non requiritur autem in exemplis veritas:) multorum philosophorum opinione, Deus potuisset condere vniuersum ex Materi prima per seipsum quanta: voluit condere ex materia habente quantitatem distinctam; ut licet locus esset miraculo Eucharistico. & sic de mille alijs. Item ordinavit Deus præcedentis ad subsequentia, vel procuranda vel impedienda, quæ pendent ex libero hominum & Angelorum arbitrio, quæ quia sunt futura plura & plura in infinitum per totam æternitatem, ideo artificium divinum in condendo Vniuerso non potest cognosci totum per modum vnius, nisi à cognitione cognoscente hæc omnia, qualem extra humanitatem Christi nulla creatura habet.

In statu pura Naturæ, vel etiam in statu Elevationis, si Christus non venisset, à nullo intellectu adæquatè hoc artificium comprehensum fuisset, & hoc cædit in laudem Dei, posse facere artificium, cuius cognitione adæquata non debetur vli pura creaturæ cujuscunq; meriti illius. In istis ergo statibus Deus tum hominibus tum Angelis ad beatitudinem destinatis, in præmium concessisse minorem vel maiorem comprehensionem hujus artificij, pro diversitate meritorum, sicut modò concedit cognitionem intuitivam perfectiore vel imperfectiore suæ omnipotentia & scientia. Et quidem hæc mihi videntur probabilius dici, quām, quòd Deus fuisse Metaphysicæ necessitatus, vel ad nihil producendum hujus vniuersi, vel ad producendum Luciferum, statim aeternum damnandum. Potius enim dicendum esset, Deum fuisse necessitatum vel ad nihil producendum, vel ad impedendum lapsum Luciferi; ne fine suo frustatur hoc est, laude resultante ex contemplatione comprehensionis totius artificij. Cùm ergo hoc si aperire falsum, multò minus verum erit, Deum fuisse necessitatum vel ad producendum Luciferum statim damnandum, vel ad nihil producendum.

dom. Ergo etiam Luciferum non produxit, ex parte omnibus productis, nihil perperam fecerit. Certe mihi nunquam persuadebitur, quod lapsus praevisus Luciferi non potuisse Deum absterre a creatione Luciferi, nisi simul abferreret a productione Vniversi.

CONTROVERSSIA II.

*Vtrum Angelus possit esse compositus quo-
ad Naturam ex Materia & Forma.*

Afirmant esse possibilem Alensis, Bonavent. Richardus, Aureolus, Stephanus de Bubalis, Card. de Lugo, Arriaga.

803. DICO, probabilitas non esse possibilem. Ita S. Thomas hic q. 50. a. 2. & q. 6. de potent. a. 6. ad 4. & opusc. 15. c. 18. vbi dicit hanc fuisse sententiam Dionysij Areopag., & alij multi. Probant aliqui. 1. Anima Humana, cum separatur a corpore, manet sine villa materia, arqui quicunque possibilis Angelus est perfectior Animâ Rationali, & invariabiliter manet semper ad eum modum, quo anima manet post separationem a corpore: ergo quicunque possibilis est expers materiae. In hoc argumento tacite supponitur, quod omnis compositio arguat minorem perfectionem vniuersi, comparatione alterius non habentis hujusmodi compositionem, quod non est vniuersum verum, nisi, ceteris paribus, potest enim aliquando simplicitas qua inest vni, compensari in altero: v.g. etiam Calum, vt multi volunt, sit corpus complex, adhuc tamen est imperfectius quovis Animali: item licet Persona Christi habeat maiorem compositionem quam purus homo, quatenus etiam includit Naturam divinam, vel saltem in sententia ponente Subsistentiam creatam negavimus, et tamen perfectior.

804. Probant alij cum S. Thoma. Intellectio est operatio propositi immaterialis, vt appareat ex objecto primo ac per se intelligibili: quia per Intellectionem abstractuntur ipsa etiam objecta in se à parte rei individualia ac materialia ab omnibus conditionibus individuantibus ac materialibus; ita vt quae materialia ac individualia sunt in se, existant in intellectu vniuersaliter ac omnino immaterialiter: ergo substantia purè intellectualis, qualis est omnis Angelus, ex suo conceptu est omnino immaterialis, adeoque essentialiter simplex.

805. Non assequor vim argumenti. Vel enim est sermo de immaterialitate & simplicitate physica & intrinseca ipsius Intellectionis, vel de immaterialitate & simplicitate objectiva, hoc est, quod Intellectio sit Imago rei immaterialis & simplicis: ex primo non potest legitimè inferri simplicitas ipsius substantiae cognoscens; nam etiam Intellectio humana est physicè simplex, hoc est, non composita ex subiecto & forma, sicut & omnes sensations, & tamen homo & bruta sunt substantiaz composite. Si vero sermo sit de

simplicitate objectiva, tunc in argumento assumentur quod esset probandum, nempe quod cognitio Angelica omnia representet cum simplicitate: hoc enim negabunt adversarij, & dicent, quod siq[ue] homo propter compositionem ex corpore & anima omnia cognoscit instar corporis, ita substantia illa, de qua disputamus, omnia cognoscere instar rei compositæ: quemadmodum defacto Angeli cognitione naturali cognoscunt Deum instar substantiaz composita, propter compositionem quam habent ex natura & substantia, aliisque accidentibus.

806. Probant alij. 3. Omne quod est gratia alterius, est corporum, omnis Materia est gratia alterius; ergo est corporea: ergo nulla potest esse spiritualis. R. Distinguendo majorem. Omne quod est gratia alterius tanquam sui perfectivi, & compotitivi secum entis quod sit gratia sui, est corporeum, nego; aliter, concedo maiorem. & concessa minore distinguo consequens: Ergo omnis materia qua ita est gratia formæ, vt vna cum forma constituit ens, quod etiam est gratia alterius, est corporea, concedo, secus, nego consequentiam. Ut ergo Conclusio probetur efficacius

807. Supponendum est. 1. Illud omne merito censi implicare, quod si daretur, nullam haberet estimabilem utilitatem ad aliquem finem à natura intentum, nec ipsum posset habere rationem propter se intenti. Ratio est, quia illud quod à Natura nec vt finis, nec vt medium potest intendi, est essentialiter superfluum, & indecens Vniversum, vel rectius, authorem Vniversi, tanquam artificem essentialiter sapientissimum, nec potentem aliquid indecorum operari, sed solum illud, quod est idoneum ad ejus sapientiam commendandam, vt jam alibi dictum est.

808. Supponendum. 2. Quod omnis pars, quæ talis, debeat posse intendi propter totum, & per consequens illud omne quod essentialiter ordinatur ad componendum aliquod totum, essentialiter habeat rationem medij, & quidem si est tale, vt non habeat villam estimabilitatem, aut amabilitatem, nisi per ordinem ad totum, habet rationem puri medij, ita vt si altera compars, adeoque ipsum totum implicaret, etiam illud implicaret. hujusmodi est materia prima.

809. Supponendum. 3. Animæ humanæ cum materia conjunctionem, vnicè intendi potuisse propter operationes, quas Anima exercere non potest, nisi dependenter ab organis sensorijs, quorum beneficio recipit species, & concursum objectorum, & quibus destrutis impeditur ab hujusmodi operationibus. Porro hæc organa oportebat esse extensa & impenetrabilia, cum certa figura, situ &c. vnde consequens erat, vt Anima rationalis peteret conjunctionem cum materia corporea: ac proinde si Anima rationalis non posset elicere vias operationes beneficio organorum, nec conjuncta corpori alias operationes exercere

Q

exercere posset, quas non eadem facilitate eliceret sine corpore, profecto & insipienter & dure egil-
set Natura, alligando ad tempus animam corpori,
& velut carceri vel vinculis mancipando sine cul-
pa sua, unde aggravaretur sine vlo emolu-
mento.

810. Supponendum. 4. Omne substantiam spiritualem possibilem esse intellectivam,
cujus probationes huc non spectant. His suppositis

Probatur Conclusio. Substantia Intellectualis in tantum potest constare ex materia & forma,
in quantum materia servit ad elicendas opera-
tiones dependentes ab organis: sed substantia
pure spiritualis nullas elicit hujusmodi opera-
tiones: ergo nulla substantia pure spiritualis po-
test constare Materia:

DICES. Defacto Angeli recipiunt species intentionales, ad cognoscenda objecta cor-
porea, & tamen carent organis: ergo adhuc in-
telligi posset, quā ratione materia spiritualis de-
serviret Angelo, ad recipiendas species objecto-
rum corpororum, etiam si carent organis.

811. Verum ex hac replica confirmatur potius probatio. Si enim defacto Angeli ad spe-
cies illas recipiendas non habent opus subjecto
distincto à forma; ergo si daretur substantia com-
posita, forma ipsa, utpote nobilior quam anima
humana, esset sufficientissima ad recipiendas spe-
cies: ergo adhuc materia esset tota inutilis.

CONTROVERSIA III.

*Vtrum Angeli sint ex intrinseca ratione
naturaliter indestruibilis.*

812. Prima opinio vult Angelos esse naturaliter,
& sine vlo miraculo, destruibilis à Deo,
adeoque solum extinsecè, hoc est, supposito se-
mel decreto divino non destruendi, esse indestru-
ibilis. Ita Vasquez & Martinonius.

813. Secunda asserta, fore miraculum &
contra naturam Angelicam, si destruerentur,
adeoque ex intrinseca ratione habere jus ad per-
petuam conservationem, eo modo quo Deus
per Iustitiam Providentiam tenetur satisfacere
exigentias rerum, ut partim superius declaratum
est, partim de Incarnatione dicetur. Ita communi-
nis cum S. Thoma.

814. Tertia sententia singularis est P. Ar-
riaga, assertoris, Angelos, qui defacto existunt,
esse ex intrinseca ratione indestruibilis, & hoc
vincere probari posse ex Patrum testimonij, & ex
congruentia, quia non repugnat Angelus connat-
uraliter aeternum exigens durare: est autem
omnino cogitandum, quod Deus defacto pro-
duxerit Angelos tales, cum defacto decreverit
nunquam destruere. Nihilominus existimat in-
super esse possibles Angelos, qui non habeant
hujusmodi exigentiam durandi aeternum, aut vlo
certo tempore. Item esse possibles Angelos,
qui tantum exigant durare per annum, aut Men-

sem. Horum omnium reddit rationem sibi fa-
miliarem, quia non potest ostendi clara repu-
gnantia.

815. Dicendum & sentendum est cum se-
cunda sententia, quā efficaciter infertur excep-
tis Leonis X. in Conc. Lateran: scilicet 8. vbi dam-
nantur, qui dicunt, Animam hominis esse mor-
alem: quā tamen Angeli sunt perfectiores.

816. Non omnes tamen rationes quā af-
feruntur, convincunt intellectum. P. De-
kennius probat hoc modo. Omne Ens, quod
ex Natura sua à solo Deo in esse & conservari
pender, naturā suā indestruibile est, nam enim
Deus influxum conservativum subtrahere posset,
per hoc tamen non esset propriè causa definitio,
sed solum non esset causa conservationis; licet
antequam res sit, Deus propriè loquendo non est
causa ipsius non esse rei, sed tantum non est causa
ipsius esse. Hec tamen probatio, dum vim
facit in modo loquendi, non attingit scopum
controversia. Adversarij plus non contendunt
quam desitionem conservationis non fore mira-
culosum, sive deinde Deus diceretur causa defi-
tionis sive non.

817. P. Martinus Esperanza ultra communem
probationem, postea referendam, tres alias ad-
ducit, quarum due priores ab adversarij non
difficulter eludi possent, nisi magis promoveren-
tur. Probat ergo. 1. Angelus naturaliter co-
gnoscit, possibilem semper esse vltiorem sui
conservationem, eamque ita sibi propositam nat-
uraliter appetit. Quia vnumquodque naturali
necessitate propender in suum esse & conserva-
tionem, quantum possibile est, tam per appeti-
tum elicitem, si haber intellectum, quam per
innatum. Ne igitur perperam & ad puram tor-
turam indita sit Angelo talis cognitio & appeti-
tio, necesse est, ut ejus substantia sit naturaliter
indestruibilis, aeternumque manens.

818. Responsuri sunt adversarij, Angelos
cognoscere quidem possibilem suam conserva-
tionem aeternam, sed hanc sibi esse indebitam,
& merum Beneficium Dei: appetere erant illam,
sed sine tortura, sicut appetunt alia beneficia,
quorum spem magnam habent, v.g. perseveran-
tiā in bono: & sicut homo ex fide cognoscens
visionem Dei possibilem, appetit eam, sed sine
tortura. Quin immò ea cum tortura appetimus,
qua nobis debentur & negantur. Neque fati-
faceres instantiae date, si dices, aliam rationem
esse ipsius existentia, quia cum sit fundamentum
omnium bonorum, magis torqueret ejus appeti-
tus, quam appetitus aliorum bonorum, quibus
negatis adhuc tamen gaudenter Angelī bono ex-
istentia. Nam Visio beatifica appetitur non so-
lum ut in se bona, sed etiam, quia est exclusiva
summæ miseria, cum homo sit in statu necessi-
tatis habendi vel visionem Beatificam, vel aet-
ernam miseriā, quam magis abominatur, quam
ipsam annihilationem: ergo deberet ejus appeti-
tus magis torquere, quam appetitus existentia.

819. Altera

819. Altera probatio ejusdem Authoris est hæc: Angelus per Intellectionem cognoscit veritates necessarias ac indefectibiles, abstrahentes à loco & tempore, atque per amorem ad easdem afficiuntur: ergo natura Angelica est intrinsecè indefectibilis naturaliter. Est hoc argumentum eam S. Thomæ, secundo loco positum: de primo eius argumento pronuntiat P. Esparza, se ejus efficaciam non allequi. Liceat mihi id ipsum dicere de presenti. Et imprimis enervari potest ex principijs P. Esparza, qui docet, Veritates objectivas aternas realiter non esse aliud, quām ipsam aternitatem Dei; unde sic argumentari licet. Angelus non cognoscit naturaliter intuitivè aternitatem Dei, sed solum abstractivè, sicut ejusdem Immenitatem, Infinitatem &c. ergo eodem modo & non aliter cognoscit veritates aternas: ergo sicut ex cognitione naturali abstractiva Immenitatis, non arguitur Angelus esse naturaliter Immenitus: ita ex cognitione aternitatis & aternarum veritatum, non licet inferre, esse naturaliter aternum. Item sicut ex eo quod veritates aternae sint essentialiter & indispensabiliter aeterna, non tantum à parte post, sed etiam à parte ante, non licet inferre, Angelum esse indispensabiliter aeternum à parte ante, ita nec inferri legitimè poterit, esse aeternum à parte post.

820. Melius idem Author probat Conclusionem ex potestate Angelorum operandi honestè vel in honeste. Nempe Angelis debetur ex natura rei potestas proxima ad actiones tum lethaliter peccaminosas, tum honestas & meritorias: arquioribus debetur ex natura rei pœna aeterna, & posterioribus premium aeternum; cum ergo non possit Angelus existere sine alterutra illarum operationum, repugnat etiam naturaliter, ut definatur aliquando esse, postquam semel exsistit. Fundamentum hujus probationis declarabitur in tractatu de merito.

821. Probatur denique sufficienter & clare Conclusio argumento communi. Omnis res semel producta, tamdiu connaturaliter exigit durare, quandom nullum ponitur illi contrarium, exigens directè vel indirectè destructionem illius: atqui Angelus nullum habet contrarium, exigens destructionem illius: ergo &c. Major probatur. Natura enim non intendit unquam per se & propter se malum, cuiusmodi est desitio rei praexistentis, sed semper agendo intendit aliquod bonum, esto quandoque illud obtineri non posse, nisi simul aliquid destruatur, propter incompossibilitatem eorumdem. Minor vero etiam probatur. Nam Angelus non est compitus ex materia receptiva formarum contraria, ut patet ex precedente controversia: sed neque potest ab agente creato produci aliquod accidentis, exigens destructionem Angeli: nam ad hujusmodi accidentis productionem presupponetur ipse Angelus, utpote concurrens sustentative. Neque potest Angelus destrui ex re-

motione causæ conservativæ: conservatur enim à solo Deo, ubique præfente, & nunquam deficiente. Denique non potest Angelus deficere, sicut quædam censentur deficere, dum incipit deficere finis ad quem vnicè ordinantur ut medium: Angelus enim est productus gratiæ sui: ergo non est excogitabile caput, ex quo Angelus naturaliter destrui posset.

822. Objicies. 1. Deus nullâ morali necessitate tenetur ad conservandum hoc Universum, sed eâdem facilitate & indifferentiâ in actu primo posset totum Universum destruere, quâ ille conservat: ergo quid Angelii non destruantur, provenit ex mero libero Dei decreto. 2. Distinguendo consequens: provenit ex libero Dei decreto conformi ramen exigentia naturali Angelorum, concedo: ex decreto nullam supponente hujusmodi exigentiam, nego consequentiam. Aliter etiam distinguui potest. Provenit ex libero decreto, prout libertas opponitur necessitati, concedo: prout opponitur Justitia providentiali, attendenti exigentias rerum, nego consequentiam: Sicut ergo Deus dicitur liberè concurrens cum igne ad comburendum, quia posset suspendere concursum, sicut fecit cum igne Babylonico, & tamen concurrit ex Justitia providentiali, & secundum leges naturæ, ac exigentiam ignis, forâque miraculum, si non concurredet, ita quoque liberè conservat Angelos: quâ paritate usus est etiam Cyrilus lib. 8. thesaur. c. 2. Quæ naturis, inquit, insunt, ea respectu Dei nihil sunt. quare sicut ignis combustivus quidem est, sed non Deo, sic etiam Angelus immortalis quidem est, sed non Deo. Itaque non opponuntur inter se, sed bene cohærent hæc duo: esse in actu primo indifferentem, nullaque necessitate teneri ad conservandos Angelos; & dari in Angelis exigentiam conservationis, quam Deus ut Author naturæ attendit absque illa imperfectione, ut in superioribus dictum est.

823. Objiciuntur. 2. Quædam dicta Patrum, quibus asserunt, Angelos non Naturâ, sed Gratiâ esse Immortales. 3. Illos locutos esse contra asserentes, esse Immortales essentialiter, & hoc sensu usurpassæ nomen Natura.

CONTROVERSIA IV.

*Vtrum Angeli possint inter se differre
Species.*

824. Circa differentiam Angelorum inter se, quatuor quarti solent. 1. An sint possibles plures Angeli Species diversi. 2. An suppositâ possibiliitate, defacto aliqui Angeli Species differant. 3. An sint possibles plures Angeli solo numero inter se diversi, & ejusdem speciei infinita. 4. An posita possibiliitate diversitatis solum numerica, defacto sint producti plures ejusdem Speciei. Non est autem intentionis aut instituti mei, instituere questionem philosophicam,

de di-

Q²

de diversitate specifica rerum in genere, neque cupio alicui opinioni recepta & probabili praedictum afferre. Circa primum quasitum Prima Sententia negat esse possibiles Angelos specie diversos. Ita Guilielmus Parisiensis, Albertus Magnus, & Card. Pallavicinus.

825. Dicendum tamen cum ceteris est, esse possibiles Angelos Specie diversos. Probatur Conclusio, obseruando cum Card. de Lugo, quod, quando volumus explorare, utrum A. & B. differant specie, neque tamen volumus nos alligare ad aliquam Regulam Metaphysicam, paucis etiam doctissimis perspectam, & suis etiam Authoribus dubiam (cum tamen differentia specifica ut plurimum etiam a rudibus & indoctis agnoscantur) debere nos A. & B. comparare cum duobus, de quibus apud omnes constat esse specie diversa, ob differentiam valde estimabilem quam habent, fundatam in aliquo intrinseco praedicato. Quando ergo inter A. & B. evidenter est non minor differentia, quam inter illa cum quibus comparamus, dicentur evidenter specie differre: si vero tantum probabilitas est tanta differentia, probabile erit specie differre; si dubia est, erit quoque dubium an differant specie, quemadmodum rationem saepe habemus in materijs moralibus & practicis. Hoc supposito,

826. Probatur Conclusio. Posunt duo Angeli inter se differre quoad vim & modum intelligentiendi tam estimabili differentia, quanta est v.g. inter equum & leonem, quoad vim & modum operandi vitaliter operationes cuivis proprias: ergo posunt differre specie. Consequentia tenet, quia nemo negat, equum & leonem differre specie. Antecedens probatur. Potest unus Angelus ex intrinseca ratione exigere species tum universaliores, tum Nobiliorum objectorum, tum motivi perfectioris, tum clariiores, magisque discretivas, quam alter: & quia posunt species rerum crescere & decrescere quoad perfectionem in infinitum, ideo potest quoque Angelo dato dari perfectior & imperfectior: atqui hujusmodi differentia est utique estimabiliior, quam differentia qua est inter equum & leonem quoad huiusmodi differentiam & rugibilitatem: ergo &c.

827. Nota, me non desumere differentiam specificam praecise & vnicè à specierum universalitate, hoc est, potentium representare simul plura objecta, ut quidam RR. faciunt. hinc enim sequeretur, tandem deveniri posse ad Angelum imperfectissimum omnium possibilium, cui scilicet deberetur solum species singularis, hoc est unius objecti representativa.

828. Contrariam Sententiam fundat Card. Pallavicinus in principio philosophico, seu Regula à se concinnata de differentia specifica rerum. Ea enim vult solum specie differre, quae differunt secundum praedicatum magis speciale & praincipium quod est in illis: quia praedicatum principium est velut forma rei, cui cetera sub-

serviunt: forma autem & species sunt quasi synonima. Ulterius; praedicatum principium quod est in Angelo, est, quod intelligat secundum se totum, per cognitionem innatam, & perfectam in primo sua existentia instanti: atqui hoc praedicatum est omnibus Angelis possibilibus commune: ergo omnes species convenientur. Illud vero in quo differunt, nempe minore vel maiore simplicitate specierum ad cognoscenda plura vel pauciora, habet se solum ut plus & minus, adeoque est differentia merè materialis & numerica; quia plus & minus sunt praedita transcendentalia, & recipientia mensuram estimabilitatis ab eo praedicato cui convenienter tanquam à forma. Est enim parvum in praedicato excellenti, est plus quam est magnum in vulgari: ergo differre secundum plus & minus est differre numero, quia est differre in praedicato aliquo secundo, supponente aliud primum, à quo desumit suam excellentiam. Hac ille.

829. Respondeo, negando fundamentum hujus doctrinae, & regulam differentia specificae. Omnimodum hominum iudicio Canis differt specie ab Equo, & tamen eodem communis iudicio in utroque praedicatum principium non est huiusmodi differentia latrabilitas, sed animalitas, quae est praedicatum genericum. Falsum ergo est, quod praedicatum differentiale sit praedicatum principium. Scio, Card. Pallavicinum dicere, quod huiusmodi differentia latrabilitas sunt praedita secunda, fundata in praedicato aliquo primo: sit ita, sed unde nobis constare potest, quod sit praedicatum nobilioris animalitatis: deberet utique se per effectum nobiliorem sensationibus manifestaret, qualis tamen nullus appetere. Neque obstat, quod differentia dicatur esse forma Generis, tanquam materia: forma autem sit pulchrior materia, quia est quasi species. Nam haec nomina non se fundant universaliter in excessu perfectionis praediti differentialis supra praedicatum genericum, sed in eo, quod praedicatum differentiale contrahat & determinet genus ad certam speciem in consideratione metaphysica, sicut forma contrahit & determinat materiam primam in consideratione physica.

830. Objic: 2. Differentia æqualiter & adæquatè dividentes aliquod genus, debent etiam esse æquales, hoc est, in eodem gradu linea prædicamentalis: atqui hoc non verificatur, si possint esse Angeli specie distincti: ergo &c. Minor probatur. Nam genus substantia intellectualis, dividitur in substantiam intellectualem corpoream & incorpoream: corporea autem est homo, nec potest dari substantia intellectualis corporeia specie distincta ab homine: ergo si possint esse Angeli specie diversi, jam continetur sub Genere, adeoque non sub specie infima: ergo substantia intellectualis incorporea non esset in eodem gradu, quo est substantia intellectualis corporea. Ad hoc argumentum non pauci responderent, non implicare substantiam intellectualis

etiam

qualem corpoream specie distinctam ab homine. Sed abstrahendo ab hoc, nego majorem objectio-
nis; instantiam do duplificem. prima sit, si divi-
datu substantia corporea in Intellectualem & non
in intellectualem. secunda: si dividatur Animal in
rationale & irrationale: in utraque alterum di-
visionis membrum latius patet.

831. Objic. 3. Posse cognoscere plus &
minus; est solum differre secundum plus & minus;
aqui Angeli solum differunt secundum posse
cognoscere plus & minus: ergo solum differunt
secundum plus & minus: vltierius: differre so-
lum secundum plus & minus non est differre spe-
cie, vt patet in magis & minus albo, in visione
vel cognitione attingente plures vel pauciores
homines: ergo. 82. Negando minorem: vel
distinguendo. differunt secundum posse cognos-
cere plus & minus per diversum motivum for-
male, concedo, aliter nego minorem: item dif-
funt Angeli, quod vnu exigit posse eadem
specie cognoscere plures rerum species, & etiam
nobiliores quam possit alter, & possit etiam a
pluribus discernere illa objecta qua non compre-
hendit &c. hoc autem non est praeceps excedere se-
cundum plus & minus, prout album vt duo ex-
ditur albo vt quatuor, vt per se patet: quia id
per quod excedit, non est ejusdem estimationis
cum eo, cui superadditur excessus. & haec de pri-
mo quod. Circa secundum non supereft lis
scholastica: convenienti enim DD. dari diversas
species Angelorum: qua autem circa Hierarchias
& Chorus dubitari poscent, apud Scripturam In-
terpretes videri posunt.

CONTROVERSIA V.

Vrum Angeli posint intra eandem spe-
ciem multiplicari.

832. Negant communis Thomista, tribuentes
cam S. Thomam, quos ex nostris fecutus
est Grandus. Dicendum tamen est, possibiles
esse duos Angelos solo numero differentes. Ad-
verte, ad hanc conclusionem sufficere, si potuissit
Deus loco Michaelis producere aliud ejusdem
speciei, etiam nec simul nec successivè illos posset
producere: sicut etiam repugnat dñs duratio-
nes ejusdem subjecti & ejusdem classis simul aut
successivè existere, non propterea repugnat esse
plures ejusdem rationis possibiles, quia una po-
tuisse loco alterius produci. Sententia est communi-
cis, cui ex Thomista adhaerent Ferriensis,
Capreolus, Bannez, Zumel, Ripa, & alij.

833. Quod attinet ad S. Thomam, is sub-
oblitore locutus est hoc articulo. 4. in C. vbi
videtur afferere, impossibilem esse differentiam
metu individuali Angelorum. Verum ipsi
Thomista volunt esse intelligendum de potentia
ordinaria, quia non caret probabili fundamen-
to, connaturalius esse, si omnes Angeli different
specie, quam si aliqui solo numero. Colligitur

autem haec interpretatio ex toto discursu D. Tho-
mas: dicit enim, perinde esse impossibile, dari
duos Angelos ejusdem speciei, sicut impossibile
est, dari plures albedines separatas: atqui hoc
non est impossibile de potentia absoluta. Dein-
de D. Thomas disserit contrarium tenet, opusc.
10. §. vult. vbi in solutione primæ objectionis
Averrois, ad finem ait: Valde ruditur argumen-
tantur, ad ostendendum, quod Deus facere non posset,
quod sint multi Intellectus ejusdem speciei, credentes
hoc implicare contradictionem: & ibidem ait, quod
licet substantiae separatae non habeant in sua natura
causam distinctionis, nec naturalem cursum multiplicati-
onis, possint tamen sortiri multiplicationem ex su-
pernaturali causa, nec esset implicatio contradic-
tionis.

834. Quamvis ad hanc conclusionem a-
struendam plerisque sufficiat solvere argumenta
contraria, eò quod potentia divina nihil denegandum sit, cuius non possit reddi ratio impli-
cantia; & nostro concipiendi modo non ideo
(inquit S. Thomas) res non implicat, quia Deus
potest facere, sed ideo Deus potest facere, quia
non implicat, nihilominus argumenta positiva
faciunt, vt ad solutiones objectionum recipien-
das facilius inducamur.

835. P. Martinus Esparza conclusionem
sic probat. Si quid obstat multiplications nu-
merica Angelorum intra eandem speciem, ob-
stat eorum perfectio, qua illis convenit ex ge-
nere suo; sed haec non obstat: nam Angelus
quantumvis perfectus, plus distat à perfectione
Dei, quam ab imperfectione materia corporearum;
nam à Deo distat infinitè, à materia tantum finite:
ergo potius cogitandum est, esse multiplicabiles
numero sicut materia, quam immultiplicabiles sicut
Deus. Verum hoc argumentum vt cunque sol-
vetur dicendo, quod sicut non obstante minor
Angelorum distantia à materia quam à Deo,
nihilominus Angelus ex essentia sua habet & par-
ticipat perfectionem indivisibilitatis in partes in-
tegrales, quam materia non habet, ita etiam eadē
minore distantia non obstante, participet
perfectiōem immultiplicabilitatis, & adhuc distat
à Deo infinitè, quia sunt infinitè multiplicabiles
in specie.

836. Probo ergo Conclusionem impug-
nando directe fundamentum adversariorum,
desumptum ex participabilitate divinarum perfe-
ctionum, vnde concludunt, quod, cum Angeli
vt pote perpetui & immortales, non egeant virtute
propagativa sua speciei, sicut sublunaria, ideo
potius debuerint participare perfectionem divinæ
immultiplicabilitatis: ad quod postea responde-
bimus, nunc autem

837. Argumentor hoc modo. Eò usque
solum possunt creature assimilari primo Enti, quo-
vsque talis assimilatio est gloriosa primo Enti:
sed assimilatio excludens multiplicabilitatem in-
tra speciem, non est gloriosa primo Enti, quin
potius multiplicabilitas est illi gloriosa: ergo
Angeli

Q. 3

Angeli non possunt assimilari Deo in praedicto immultiplicabilitatis. Minor probatur. Omnis perfectio divina participabilis à creaturis, est entitativè perfectio infinita: ergo debet esse participabilis participabilitate summa, quā Major exco-gitari non potest: ergo debet esse participabilis infinites, hoc est, non toties, quin plures: ergo perfectio specifica quam participat v. g. Michaēl, est æqualiter participabilis à pluribus in infinitum. Probatur penultima consequentia. Nam sicut ex Infinitate Dei provenit, ut à nulla creatura possit ita participari, quin ab alia possit magis & melius participari, ita ab infinite cuiusvis perfectionis particularis etiam ut participabilis est à Michaële, provenire debet, ut possit à pluribus participari.

838. Pro confirmatione argumenti obser-vandum est, non posse ab adversarijs nominari ullam perfectionem divinam, quæ non possit à pluribus solo numero differentibus participari: neque possunt dicere, ipsam immultiplicabilitatem intra eandem speciem esse hanc perfectio-nem; hoc enim dicendo contradicerent fibi, dum volunt hanc immultiplicabilitatem ab omni-bus Angelis participari, qui prouide hoc pradicato non differunt specie. Praterea Immul-tiplicabilitas divina non est perfectio quadam specialis seu particularis, qualis est Justitia, Liberalitas &c. sed est prædicatum transcendens, hoc est, afficiens omnia prædicta particularia Dei: sicut enim aternitas, & Immensitas reddit omnia prædicta Dei aeterna, immensa, ita Immul-tiplicabilitas reddit omnia divina prædicata im-multiplicabilia. Cūm itaque adversarij, non possint ullam divinam perfectionem particularē nominare, per cuius participationem Michaēl differat necessariò specie ab omnibus alijs, inanis illorum persuasio & imaginatio est, latere in Mi-chäle tāle prædicatum immuplicabile: omnia ergo prædicta participabilia sunt participabilia infinites, quia cuius inest ratio infinitæ partici-pabilitatis.

839. Objiciunt adversarij. 1. Authorita-tem Aristotelis, pluribus in locis, vbi videtur asserere, quod sicut species rerum desumitur à for-ma, ita Individuum desumatur à Materia. Sen-sus est, quod illa differentia individualiter dun-taxat, quæ vnicè different per materiam diversitatem, eo quod vnum habeat Materiam A, alterum Materiam B. specialiter autem quoad Angelos docuisse videtur 12. Metaph. t. 49. eos non posse differre solo numero, ex eo principio, quod quæ sunt numero plura, habeant materiam: Angeli autem non habent materiam. Eandem Aristotelis opinionem videtur approbasse S. Thomas.

840. Respondet recte P. Esparza, Philo-sophum non esse in questionibus de Angelis cur-andum, nec esse tutum ei adhærere, illisque principijs niti, quibus ipse doctrinam suam in-a-dificavit, propter plures crassos errores ejus circa Intelligentias, quos omnes Catholicoli Docto-res fatentur ab eo commissos. Circa authorita-

tem S. Thomæ jam aliquid dictum est supra: ad-dit P. Esparza, quod S. Thomas noluerit corri-gere Aristotelem in hoc puncto circa principium Individuationis seu differentia individualis, co-quod non esset res pertinens ad fidem.

841. Quod attinet ad textum ex 12. Met- allatum, cui vnicè inimititur P. Sylvester Matus, respondet, Aristotelem nihil ibi dixisse, quod aduersarij faveat. Asserit ibi, vnicum esse pri-mum Motorem; per primum autem Motorem intelligit primam & supremam Intelligentiam, ipsum Deum, vt ex omnium confessione nota Derkennius: hunc ergo probat ibidem, nec nu-mero, nec ratione, id est specie, posse multiplicari, eò quod careat materia. per materiam au-tem non intelligit illam materiam, quā careat Angeli, nempe Materiam corpoream, sed Poten-tialitatem, seu mutabilitatem & perfectibilitatem. Videatur Derkennius hic, qui relatis er-oribus Aristotelis circa Intelligentias, sic con-cludit: Constat ergo, plenissima esse erroribus contra fidem, que Aristoteles de Intelligentijs scripsit.

842. Objiciunt. 2. Et ipso quod aliquæ forma per intellectum abstrahuntur à materia, & ab ordine ad materiam, atque ab ejus acciden-tibus & proprietatibus, loco, tempore &c. eo ipso, inquit, fiunt extrinsecè vnum specie, nempe vniuersale: ergo cūm quilibet Angelus sit separatus à Materia, & ab ordine ad materiam, ejusque proprietates, hoc ipso erit intrinsecè vnum specie. 3. Hoc argumento non probari intentum, sed ad summum, quod intellectus creatus non habeat fundamentum aut inditum ullum discernendi vnum Angelum ab alio ejusdem speciei, si secludat omnem ordinem ad ma-teriam aut corpus aliquod determinatum, qua scilicet Angelii nec tempore differunt, neque se invicem loco excludunt: vnde non possunt ab invicem discerni ab intellectu creato non co-gnoscere ea, quæ pertinent ad secreta cordium, si non possumus discernere ovum ab ovo, nihil videamus existere in diversis locis, vel successi-vè. Cæterum per hoc non probatur implican-tia plurium ejusdem speciei, ne quidem vt simili existant: quidquid sit, an ex alio capite probari possit, esse illis connaturalius, vt non multiplicetur numero intra eandem speciem, propter aliqua fortassis inconvenientia quæ occurrerent, si An-geli aliqui ab invicem discerni non posset.

843. Objiciunt. 3. Ea Vniveris pars, quæ est proxima Deo, & complectitur substantias ab-stractas, & immateriales, vtique est producta cum nobilissimo ordine & proportione: sed or-do nobilissimus est ordo per se, & non ordo per accidens: ergo inter Angelos qui sunt proximi Deo, Deus observavit ordinem per se, & non or-dinem per accidens: ordo autem per se est, quando partes illius ex intrinseco prædicto perunt ita ordinari, vt vnaquæque sit in tali loco superioritatis vel inferioritatis. quodsi Angeli omnes spe-cie differant, servatur hic ordo, quia (vt isti R.R. supponunt)

supponunt) non possunt duas species esse aequalis perfectionis: si vero aliqui solo numero differant, jam inter illos esset ordo per accidens: si enim inter homines per accidens est, unum esse alterum superiore.

¶ 1. Hoc argumento ad summum probatur, connaturaliter debuisse servari ordinem per se, & sine miraculo alter fieri non posuisse, sed non probatur Deum contra hanc exigentiam non posuisse inducere ordinem per accidens, quo compensaretur ordo per se; quatenus, exempli gratia, Deus videns aliquos Angelos lapsuros esse, potuit nolle integras species perire, sed eas in aliquo individuo salvare. Existimant enim plures, cum Petro de S. Josepho, nullam speciem adequate perisse. Sanè hac poterat Deo esse ratio producendi plura individua ejusdem speciei, & hic inducendi ordinem per accidens.

¶ 2. Etiam si demus, nec hoc posuisse à Deo fieri, inde tamen needum insertur, non posuisse Deum totum ordinem per se servare, producendo ab initio statim alia individua ejusdem speciei, quam qua producta sunt. Ad summum ergo probaret argumentum, plures ejusdem speciei non posse produci simul & in eadem Republica: sed non probat, non posse plures producere vel in diversa Republica, vel successive, v. g. destruendo totum hoc universum, & aliud producendo. vel ab initio statim alia individua harum specierum producendo, sicut loco hiunc solo posuisset alium producere, etiam si repugnarent plures soles simul esse in Universo.

¶ 3. Respondet potest, 3, cum P. Esparza, negando, quod Angelis debeatur ordo per se purus, nullo admixto ordine per accidens. Dicendum potest, quod sicut alia quædam imperfectiones sunt omnibus creaturis communes, ita etiam sit ordo per accidens. Potest hoc confirmari ex eo, quod defacto Angeli sunt deputati gubernandi corporibus sublunaribus, & quidem diversi Angeli diversis ejusdem speciei corporibus; neque credendum est, quod per hoc fiat aliquid contra Jus Angelorum: si ergo non est contra jus perfectioris Angeli, adhiberi ad ministerium aequali cum Angelo inferiore (prout in sententia adversariorum dicendum est) multò minus erit contra eum ius, esse plures Angelos aequales, ut adhibeantur aequalibus ministerijs: & sic adhuc servabuntur ordo per se.

¶ 4. Respondeo. 4. Concedendo, quod ordo per se purus, comparatus cum ordine per accidens puro, sit perfectior; negando tamen, quod ordo per se mixtus cum ordine per accidens, sit imperfectior quam ordo per se purus. Cuius teplura sufficiunt exempla. Vita contempla-

tiva pura, est perfectior, quam vita activa pura, non tamen est perfectior, sed imperfectior quam vita mixta ex contemplativa & activa: item Monarchia pura est quidem perfectior quam Aristocracia, mixta tamen forma Republica ex utraque, est multorum opinione perfectior quam pura Monarchia.

847. Objiciunt. 4. In rebus quæ sunt ad finem, sumitur necessitas à fine, vt dicitur. 2. phys. Finis autem rerum intra eandem speciem multiplicabilium, est eorum rerum perpetuitas: cùm enim sint corruptibles, perirent, si in uno individuo existentes: quare debebant posse suam speciem propagare: at vero Angeli sunt ex natura sua incorruptibles & perpetui, quapropter certi finis multiplicabilitatis intra eandem speciem: ergo non sunt multiplicabiles. Responderi potest. 1. Negando quod finis rerum intra eandem speciem multiplicabilium, si vincere perpetuitas eorumdem propter easdem, quin potius finis est, vt possint homini sufficienter servire, quamdiu illis pro loci & temporis diversitate indigebit: hinc in fine mundi desinent generationes & propagationes rerum sublunarium, quia non amplius indigebit illis homo. Ob eandem causam dantur in omnibus speciebus sublunaribus longè plura individua, quam sint necessaria ad speciei perpetuitatem. Jam vero ob eundem finem debent esse multiplicabiles Angeli, quatenus sunt ex natura sua ordinabiles ad gubernationem hominis, aliorumque inferiorum corporum, vt jam dictum est. ¶ 2. Neque hoc argumentum probari intentum adversariorum, sed ad summum, quod connaturaliter non sint multiplicanda individua Angelorum ejusdem speciei in eadem Republica & Universo. Dixi, ad summum. Vixum autem hoc probetur, est incertum, & ante hac cum Card. de Lugo probabile esse judicavi, non esse multiplicandos, ob hanc ejusdem Authoris rationem. Cùm enim non possint omnia possibilia produci, videtur conformius esse appetitum rerum, vt beneficium existentia à pluribus participetur, ob quam causam natura cavit, ne idem individuum semel destructum, reproducatur: ergo pari modo, cùm non possint omnes Angelorum species possibiles produci, connaturalius erit, si tot species existentes, quot Angeli, quandoquidem tota species sufficienter salvatur in uno individuo. Hæc, inquam, ratio est probabilis, sed non convincens; quia ob aequalitatem numerum fortè connaturalius erat Angelis, plures ejusdem speciei produci, vt contendit P. Esparza, de qua tamen connaturalitate non est Theologomul- tum litigandum.



CAPVT



C A P V T II.

DE POTENTIA LOCOMOTIVA
ANGELO RVM.

OMITTO quæstiones illas, quas aliqui h̄c discutiunt, de Vbicatione Angelorum, vtrum sit modus, vtrum indivisibilis, quid sit sp̄tium imaginarium, quomodo Angelus possit moveri motu continuo vel discreto, volocius & velocius in infinitum. de hoc vltimo videri possunt Institutiones Theologicae, vbi conatus sum ostendere, quā ratione juxta varia principia philosophica de compositione Continui discurrendum sit. Reliquæ hodie accurate in Philosophia traduntur.

CONTROVERSIA I.

Vtrum Angelus possit se contrahere ad sp̄tium minus illo, quod vi sua perfectionis possit occupare.

848. Prima sententia negat. Ita Valentia & Esparza. Secunda affirmat, sed negat posse se contrahere ad minus & minus in infinitum. Ita Vasquez. Tertia affirmat etiam hoc posterius. Ita communis, quorum aliqui, vt Derkennius, volunt, posse existere in spatio mathematicè indivisibili. Verūm hoc ultimum rejeci in Philosophia, dixique nec à Deo designari posse sp̄tium occupabile à puncto Zenonico.

849. DICO, probabilius esse, quod Angelus possit se contrahere ad minus sp̄tium, quam quod potest naturaliter occupare. Probatur; quia rationes, quæ in contrarium afferri solent, non videntur efficaces: sine ratione autem non est Angelo h̄c potentia deneganda, quam illi communis authoritas concedit: neque hoc est tribuere Angelo aliquam virtutem, sed potius libertatem non exercendi totam virtutem in occupando sp̄tio.

850. Objiciunt. 1. Præsentia ad sp̄tium tantum, quantum potest Angelus naturaliter occupare, est proprietas & passio consequens ad substantiam Angeli, & quō perfectior est Angelus, eo perfectior est hujusmodi passio: atque proprietas & passio non potest à natura variari. Ergo. 2. Distinguendo minorem. Proprietas aut passio non potest à natura variari, si per proprietatem intelligas ipsam potentiam ad aliquam formam intrinsecam producendam, concedo: si

intelligas formam ipsam per hujusmodi potentiam producendam, subdistingo: Si vltima determinatio talis formæ penderet à voluntate suppositi, nego, secus, transeat. Itaque, sicut anima in corpore potest variare vocationem, inducendo aliam & aliam figuram aut situm in corpus, & sic vltima determinatio vocationis penderet ab anima, ita vocatione Angeli penderet eatus à voluntate Angeli, quatenus potest se de uno sp̄tio in aliud moveare, talem vel talēm figuram vel quasi figuram assūdere: hujusmodi ergo passiones dico posse variari: non enim deberet determinatē vocatione tanta, vel talis figura, sed debet virtus habendī tantam vel talēm figuram.

851. Objiciunt. 2. Anima in corpore non potest manentibus ijsdem dispositionibus contrahere se ad minus sp̄tium: ergo cum Angelus semper sit in eadem dispositione ad sp̄tium maximum occupandum, semper illud occupabit.

852. Antecedens esse verum, si dispositiones permanent independenter à voluntate anime: verūm quia ipsa anima habet vim mutandi dispositiones, v.g. potest aliquarum partium comprehensione inducere densitatem, & per consequens animam constitutre in spatio minore, ideo Angelo, qui nullis dispositionibus alijs obnoxius est, debet competere vis, vt solā voluntate possit se contrahere.

852. Objiciunt. 3. Deus non potest suam Immenitatem contrahere: ergo nec Angelus ad minus sp̄tium. Hac objectio non meretur responsionem: perinde est ac si diceres. Deus non potest se mouere, ergo nec Angelus. Deus non potest avertere intellectum à cognitione hujus objecti: ergo nec Angelus, sicut ergo Angelo propter suam imperfectionem bonum ei posse moveri, Deo autem propter suam perfectionem non est bonum, posse moveri: ita Angelo propter suam imperfectionem potest esse bonum, posse se contrahere, Deo vero propter suam perfectionem non potest esse bonum, posse se contrahere. Taceo, quod Immenitas sit ipse Deus, Vbicatione Angeli sit forma supponens indifferentiam.

853. Objicies. 4. Quod Angelo nullam potest adferre utilitatem, non potest Angelus velle. minor Vbicatione nullam afferret utilitatem, quia nulla potest assignari. ergo Angelus non potest illam velle. 2. Omnes fatentur, posse

posse Angelum se tardius movere sponte, cum posset se movere volocius: qualem autem in hoc vultatem habeat, si tu mihi assignaveris, parem ego in spatij minoris occupatione queram.

CONTROVERSA II.

Vtrum Angelus possit se movere de spacio in spatium non transitio medio.

§14. *Afirmant Cajetanus, Ferrarensis, Ban-*
anez, Philippus d SS. Trinit. & Thomistæ plures, quos sequitur Vasquez. Communior est sententia negans, cum Scoto & ejus schola.

DICO 1. Sententia negans non habet pro se villum evidens argumentum. Probatur, offendendo, quæ ratione ea quæ hucusque allata sunt, dissolvi possint.

Probari ergo solet. 1. Nullum agens naturale, potest naturaliter agere in distans; atqui si Angelus transfilire medium, ageret in distans, ergo non potest transfilire medium. Hæc ratio, nisi alterur vigeat, nullam habet vim, & procedit ex pervera rei apprehensione. Nam quando Angelus se constitueret in spatio distante, non ageret in spatiū, sed ageret in seipsum, qui esset simul agens & patsum, atqui nihil distat à seipso: ergo in illo casu de quo est quæstio, non ageret Angelus in distans.

85. Paulò ingeniosus ex hoc ipso fundamento discutit Card: de Lugo. Necessestas approximationis debita in agentibus corporeis, oriuit ex eorum limitatione, ex qua provenit, ut non possint agere, nisi intra certam spharam, qua incipiat ab eo loco, in quo existunt; nec cassa prima tenetur offere suum concursus, quando pauplum non est positum intra spharam. Logundo vero de ipsa vocatione, producendâ in ipso agente, quandoquidem respectu hujus non potest agens intelligi pro priori naturæ approximatum (aliоquin approximatio presupponeretur ad seipsum, quod est impossibile) ideo attenditur ad vocationem immediate præcedentem tempore, ut juxta illam reguletur sphera talis agentis, intra quam debeatur illi nunc concursus cassa prima ad agendum in pauplum, quod fieri tunc intra illam spharam, & ad producendum effectum, qui sit etiam intra illam spharam. Unde denique sequitur, non posse Angelum producere vocationem in se ipso, quia sit extra spharam Angelii, ut omnes concedunt. Atqui (subsumit Lugo) talis esset vocatione producta in spacio distante per saltum, etiamsi spatium distans esse ceteroquin intra spharam activitatis Angelii: ergo &c. subsumptu probatur. Sphera activitatis semper ita mensuratur, ut actio incipiat ab eo (spatio in quo est agens, hoc est, Angelus, & ab eo diffundatur per totam spharam, ut patet in alijs argumentis: ergo idem dicendum est de Angelis.

856. Hac ratio denique fundat se in eo, quod Angeli eodem modo operentur in spharam, quo agunt agentia corporæ: hoc adversa-

rii negant: nec Lugo argumento positivo probat, sed supponit hanc maximam: *Angelis non est tribuendus perfectior modus se movendi, quam reperimus in ceteris.* Et sic totum Argumentum evadit negativum. Quapropter

857. Idem Card. de Lugo, quem sequitur Arriaga, aliam rationem addit. Ratio, inquit, cur agentia corporea non possint transire medium, non provenit specialiter ex materialitate, seu corporeitate; ergo provenit ex ratione generica Entis limitati: quæ ratio cum sit etiam communis Angelis, idem de Angelis dicendum erit,

858. Verum negari potest antecedens, & assignari specialis ratio in agentibus corporeis; Nempe si corpora possint transilire medium, gravissima in Universo inconvenientia sequerentur, quæ in Angelis locum non habent. Si enim corpora possint se locare in spatio distante, non transfeundo medium; ergo vel deberent se posse penetrare cum alio corpore ibi existente (quia vacuum non datur) vel corpus ibi existens ita deberent expellere, ut immidiatè sibi succederet in loco prius à se occupato: prius est contra impenetrabilitatem, corporibus necessariam; secundum verò repugnat directè fini totius universi corporis: summa enim enaseretur confusio rerum; nulla Res publica consistere posset, immo mundus inhabitalibilis esset: nam gravia, quæ sunt superiori loco sita, & à corpore interposito impediuntur, ne descendant ad locum connaturalem, (quod utique necessarium est ad habitationes construendas, & ut homines ac jumenta vivere possint) immidiatè suo naturali impetu feso collocarent in loco inferiore, pellendo aquam subterraneam infra se perpendiculariter positam, cogendoque, ut illa occuparet locum superiorem. Porro nec hæc nec similia incommoda, afferret in Angelis Virtus transiliendi medium, quemadmodum nulla sequuntur ex eorum penetrabilitate. Posset ergo reddi disparitas inter agentia corporea & Angelos.

859. DICO tamen. 2. Rectius negari Angelis hanc virtutem. Probatur. 1. Nam licet posset specialis ratio assignari, quare corporibus hac perfectio neganda fit, hoc tamen non sufficit, ad eam continuè Angelis tribuendam. sicut etiam specialis ratio assignari posset, quare corpora non debeant posse replicari, non propterea Angelis esset hæc perfectio concedenda, quia potest repugnantia etiam ex generali ratione provenire.

860. Probatur. 2. Quia modus loquendi S. Scripturæ, satis indicat Angelos successivè per medium moveri, dum passim dicit, Angelos ascendere, & descendere, circumire & perambulare terram.

861. Objiciunt. 1. Corpora ideo moventur successivè, quia debent vincere resistentiam medij, atqui Angelis nullum medium resistit: ergo non est cur moveantur successivè. 2. Ne gando Majorem. Nam etiamsi lapis in vacuo po-

R

neretur

neretur, moveretur successivè, præcisè quia haberet vim limitatam.

862. Objiciunt. 2. S. Thomam h̄c a. 2. in. C. Verū S. Thomas solum afferit, Angelum posse moveri motu discreto, seu non continuo: potest attem motus discretus fieri non transiliendo medium, sed v.g. in primo instanti occupando totam hanc scholam, in secundo relinquendo simul totum hoc spatiū, & occupando simul atrium proximum; in tertio relinquen-

do totum atrium, & occupando scholam proximam, qui motus vocatur discretus. & ita interpretantur S. Thomam communiter Recentiores. Nisi malis dicere, S. Thomam locutum esse de præsenti per operationem in corpus, quo sensu certum est posse Angelum transire in alium locum non transito medio, hoc est, potest operari in corpore B. distante à corpore A, quin aliquid operetur in medio.

CAPVT III. DE INTELLECTIONE ET SPECIE- BVS ANGELICIS. CONTROVERSIA I.

*Vtrum Angelus ad cognoscendum indigeat concursu objecti,
& speciebus intentionalibus.*

863. **O**bjectum dicitur concurrere vel immediatè, vel mediante Vicariâ specie impressâ seu intentionali, sive hæc sit producta ab ipso objecto, sive ab auctore naturâ ad exigentiam Angeli & objecti. Præscindendo nunc ab utroque modo concurrendi, queritur an Angelus indigeat concursu objecti, sicut indiget intellectus humanus. Deinde supposito quod indigeat, queritur ulterius, an in casu quo non potest concurrere objectum immediatè, indigeat speciebus intentionibus.

Necessitatem concursus objectivi, negavit vñiversim Vdalricus quidam, apud Cartrhusianum in 2. d. 3. q. 5. & Vasquez d. 201. cap. vlt. & d. 204. c. 2. q. 3.

864. Dicendum est. 1. Concursum objectivum esse necessarium ad cognitionem Angelicam. Probat aliqui Conclusionem. Cognitio est imago objecti: atqui de ratione imaginis est, vt procedat à suo prototypo, vt tradit S. Augustinus, & est communiter receptum: & ideo cognitionis divina non est imago objecti. Ergo cognitionis Angelica indigeat concursu objecti. Hoc tamen argumentum, si bene consideretur, seclusa quæstione de nomine, supponit quod esset probandum. Minor quidem argumenti involvit quæstionem de nomine: vtrum cognitionis divina non debeat dici *Imago*, eo quod non procedat ab objectis quæ cognoscit. Dicamus ergo, non deberre dici *Imaginem*, & sic concedat adversarij minorem argumentum, sed negabunt majorem, quæ falsificatur in cognitione divina: vel si vis cognitionem divinam imaginem dicere, falsificabitur minor: vt ergo argumentum procederet,

Major propositio sic formanda esset: *Omnis cognitionis creati, est imago objecti.* Sed ecce! hoc est quod negant adversarij, & quod esset probandum, sed in argumento supponitur, & ultenū non probatur.

865. Probatur Conclusionis melius, impensis à paritate nostrarum potentiarum vitalium. Intellectus Angelicus est indifferens ad cognoscendam hæc potius quam alia objecta, sicut etiam differens intellectus humanus. Atqui intellectus humanus indiget concursu objecti, propero indifferentiam indicatam, ob experientias manifestas, prout nunc ex Philosophia supponimus: ergo etiam indiget intellectus Angelicus.

866. Probatur. 2. à priori. Cognitionis habet intentionaliter illas perfectiones, quas objectum habet physicè, & quas in objecto representat: ergo principium adæquatum productivum cognitionum, debet illas perfectiones aliquo modo continere: ergo debet eas continere vel realiter, vel intentionaliter: atqui potentia intellectiva nentro modo continet omnes illas perfectiones, quas potest diversis in infinitum cognitionibus representare: ergo non potest esse principium adæquatum cognitionis, sed opus habet concursu alterius comprincipiū continentis illas perfectiones: atqui hoc principiū aliud esse non potest, quam objectum, ergo. Assumptum patet, non enim continet intellectus Angelicus representativè omnia objecta à se cognoscibilia, alioquin esset formalis cognitionis illorum; sed neque esset species impressa omnium objectorum: alioquin esset determinatus ad ea cognoscenda: denique non continet realiter, vt clarum est. ergo &c.

867. Di-

867. Dicendum. 2. Concursum objecti cum Intellectu Angelico, non semper praestatur immediatè ab objecto, sed ejus loco debet quan-
doque concurrere species impressa. Probatur. Quia ex communī sententia Angelus cognoscit objecta loco distantia à se, haber etiam memoriā objectorum aliquando cognitorum: ad huiusmodi autem cognitiones non possunt concur-
tere objecta per seipso: ergo opus est speciebus.

868. Contra hanc secundam Conclusionem objecti solet, quod Scriptura aliquoties re-
ceniat Dæmonem circumire ad cognoscendā
eā, que desiderat cognoscere; & sic dicitur con-
siderabile Jobū: atqui non habet causam cir-
cumendi, si posset cognoscere objecta per spe-
cies jam obtentas: ergo semper requiritur im-
mediatus objecti concursum.

869. P. Martinus Esparza existimat, huic
argumento responderi posse, circumstitiones ejus-
modi facias esse à Dæmonē non ex indigentia
nōtia, sed ineptè ad libitum, prout pleraque
alii facit ineptè. Non libenter vtor hac re-
sponsio. 1. Quia Scriptura refert, quod dæmon
interrogatus à Deo coram alijs Angelis, vnde ve-
nire, responderit, se perambulâsse terram: vix
est autem credibile, quod dæmon suam ineptiam
& nugatoriam ambulationem coram alijs Ange-
lis edixerit. 2. Quia etiam Boni Angeli di-
cuntur in Scriptura circumivisse, ad consideran-
dū mores hominum, vt Sodomitarum & Go-
mortheorum, vtique non ineptientes. Melius
responderet idem Author, & communiter alij, Scri-
pturam expondere modo humano, quod gestum
est modo Angelico, vt commodè percipiātur ab
hominibus. Dicitur ergo Angelus perambulare
terram cogitatione, currendo per singulas ejus
partes successivè, cùm non posset omnia cognoscere
similē, etiam species habeat simul, vt dic-
tetur. Responderi tamen potest magis ad sen-
tūm literalem. 3. Angelos circumambulâsse
per motum localē, ad accipientiam novam no-
tiātū occasionē sūarum operationum exercen-
darū in animis hominū, sive immediatē, sive
mediantibus alijs corporib⁹, quas exercere non
poterant in distans, sed debebant se applicare
paſſo.

CONTROVERSIA II.

*Vrum Angelus cognoscat se, sibique in-
trinsecē unita per speciem impressam.*

870. Dicendum est. 1. Angelum cognoscere
leipsum sine speciebus superadditis. Pro-
barū. Species intellectuales tunc solum nece-
ssarie fūnt, quando vel objectum est absens, vel
improportionatum ad concurrentium cum poten-
tia intellectiva ad sui cognitionem; neutra ratio
locum habet in casu nostro: neque enim Ange-
lus abesse potest à seipso, improposito etiam nul-
la est, sed potius propotion, quod probatur. An-

gelus est ad sui cognitionem proportionatus in
esse intellectivi: ergo multò magis in esse intelli-
gibili: nam ad hanc proportionem minus requi-
ritur quam ad priorem, quia plurima sunt apta
cognosci, sed non apta cognoscere.

871. A secunda parte Conclusionis rece-
dunt quidam Thomistæ, post Cajetanum, volen-
tes, quod ad cognitionem sui ipsius non con-
currat ipsa substantia Angelī, sed ejus loco præ-
beat concursum objectivum potentia intellectiva,
realiter distinta ab Angelo.

872. Objiciunt ergo solenne illud suum
principium. Substantia non est immediatè ope-
rativa: ergo non potest concurrere objectivè.
2. Negando antecedens, ex duplice capite. Pri-
mū est, quia verius est, potentias vitales non
distinguiāt substantia, prout alterū in libello de
anima rationali. Secundū: quia etiam distinguerentur, adhuc tamen fatendum esset, ipsam
substantiam vñā cum potentia influe immediatè
in actus vitales, prout ibidem ostensum est,
& in tractatu de Merito fortassis iterum dicetur.

873. Dicendum. 2. Angelum cognoscere
accidentia sibi vñita per immediatum eorundem
concursum. Est contra quosdam Thomistas,
volentes ea solum cognosci in substantia Angelī,
quando in illius virtute continentur. Probatur
1. quia sunt sufficienter praesentia, & non minus
proportionata, quam essent ipsæ species impres-
sa, si darentur.

874. Probatur. 2. specialiter quoad actus
intentionales quos habet Angelus. De his acti-
bus Angelus vtique non habet minorem eviden-
tiā, quam habet homo; sed homo habet de
illis dum existunt, evidentiam Metaphysicam,
nempe experimentaliter ita de illis certificatur,
vt nullo voluntatis imperio posset assensum de
horum actuum existentia cohibere: ergo & Ange-
lus habet. Subsumo: atqui ea qua per spe-
cies cognoscimus, non cognoscimus Metaphysi-
ca certitudine, sed tantum physicā: vt apud o-
mnes certum est, & in philosophia probatur:
ergo sicut nos nostros actus intentionales non
cognoscimus per species, ita nec Angelus.

875. Confirmatur. Si Angelus (eadem ra-
tio est de anima rationali) cognosceret suos actus
præsentes vt præsentes per species, ha species
essent vtique productæ ab ipsis actibus: atqui a-
ctus nostri non possunt cognosci vt præsentes
per species productas ab ipsis actibus: ergo non
cognoscuntur per species. Minor probatur.
Species qua producuntur ab actibus, remanent
cessante actu, & serviant ad recordandum illo-
rum actuum: ergo solum sunt apta ad repræsen-
tandos actus vt præteritos: si enim repræsen-
tarent vt præsentes, decipe-
rent.

IHS JES

R. 2

CON-

CONTROVERSIA III.

Verum Angelus indigeat speciebus ad cognoscendum alium Angelum praesentem.

876. *Q*uia hac & sequenti controversia disputantur, admodum dubia sunt, & in quamvis partem non incommodè defendi possunt, ut plerique fatentur.

Quod ad presentem titulum attinet, affirmatively resolvit Atribal, Suarez, Granadus, Pallavic, Espanza. Econtra, posse Angelum praesentem immediatè concurrere cum intellectu alterius Angeli, sine concursu specierum, docent Molina, Lugo, Arriaga, Comptonus, Derkennius. Horum fundamentum est illud vulgare principium: Quotiescumque nulla potest assignari repugnancia ex parte objecti, dicendum est, quod quando ipsum est applicatum potentia cognoscitive, non per vicariam sui speciem, sed immediatè concurrat; sed nulla est ex parte Angeli repugnacia. Ergo &c.

877. Pro contraria sententia plura afferuntur, ad quæ quid responderi posset, breviter dicam.

Probat ergo 1. & potissimum. Potentia intellectiva debet ad intelligendum intrinsecè perfici, sicut debet v. g. gravitas vel levitas existere intrinsecè in eo, quod à gravitate vel levitate movetur: & sicut corpus non esset proximè visibile, nisi haberet colorem in se: sed non potest potentia per aliud perfici, quā per speciem impressam: ergo. Responderi potest distinguendo majorem. Potentia Intellectiva debet intrinsecè perfici quoad ea comprincipia, quæ requiruntur ex parte potentia quā talis, concedo: quæ requiruntur ex parte objecti, nego, & do instantiam, in Visione Dei, ad quam eliciendam non perficitur Intellectus ab aliquo concurrente loco objecti, ut in superioribus docui contra hos ipsos R. R. qui volunt lumen gloria habere rationem speciei impressæ. Hinc etiam patet responsio ad instantias allatas de gravitate & levitate, colore &c. quia hæc non concurrunt loco objecti, ut patet.

878. Argumentantur 2. Quidquid Angelus operatur ad extræ, operatur liberè, sed influitus ad sui cognitionem non est liber. Ergo non influit immediatè. 3. Negando majorem. Sicut enim libertas hominis non extendit se ad impediendam specierum productionem, si nec libertas Angeli ad impediendum concursum immediatum. Rationem vteriorem reddit Card. de Lugo; quia hic concursus debitus est alteri Angelo, habenti potentiam cognoscitivam hujus Angeli: vnde hæc necessitas non est contra, sed potius juxta perfectionem Angelicæ Naturæ; est enim magna imperfectione Angeli, si non possit alios praesentes videre, nisi volentes. Quod si

nullum est præjudicium Angeli, si cognoscatur ab alio Angelo per species aliunde acceptas, & ab Angelo cognito inimpedibiles, quid illi prædicabit, si necessitatibus ad immediatè concurrendum?

879. Argumentantur 3. Inductione patet, quod omnis causa creatæ operans aliquando aliquem effectum per instrumentum distinctum, nunquam illum effectum operetur immediatè ipsa, quantumvis præsens & applicata: ita contingit in causa visionis, in progeneratione ventum mediante semine, in productione cælorum extrinseci, mediante calore intrinseci; ergo idem de Angelo dicendum est. 4. 1. Distinguendo antecedens. Si instrumentum sit extatura sua vicarium, ita ut exigat non nisi in effectum principalis concurrendo, nego, secus, transeat. Species impressa autem habet præcisè vim operandi in defectu objecti, tanquam principalis & per se loquendo immediatè concurrentis, non item illa quæ allata sunt. Neque huic responsioni obstat, quod color non possit in quantum concurrere immediatè ad visionem sui sine specie impressa, si enim immediatè applicaret unicæ retinæ, non elicetur visio, non inquam hoc obstat, quia si humor crystallinus esset aliquo colore infectus, ille immediatè concurreret ad visionem, & alia objecta apparerent quasi tincta illo colore. Responderi potest 2. negando maiorem vñiversaliter, nam in multorum sententiæ, Angelus potest lapidem mouere non solum mediante impulsu, sed etiam sine illo. 5. 2. Diversum effectum esse, quem Angelus cauſat immediatè, ab eo quem cauſat absens mediabitibus speciebus: In priori casu cauſat cognitionem sui ut præsentis, in secundo vero cauſat cognitionem sui ut absens.

880. Argumentantur 4. Si sufficeret intima præsentia Angeli, posset Michaeli v. g. intelligere objecta mediabitibus speciebus Gabrielis sibi localiter præsentis. Hoc dici non potest. 6. Negando sequelam: sicut enim experientia docet, impulsu non mouere immediatè nisi illud corpus, cui inhæret physice, ita de speciebus dicendum est, esse instrumenta domestica, apta servire foli suo subiecto.

881. Argumentantur 5. Ponamus Michaeli habere species ad cognoscendum Gabrielem; hoc posito si Gabriel fiet Michaeli præsentis, tunc vel concurret ad cognitionem Gabrielis filius Gabriel, vel sola species, vel Gabriel & species simili; nihil nisi divinatoriæ dici potest. Respondent aliqui, utriusque concursum attenuari, ut sint cauſæ partiales. Respondeant tamen melius, quod tunc concurrent sola substantia Gabrielis, cuius duplex ratio reddi potest. Prima & facilis, quia specie non deberet concursus in præsentia objecti potentis concurrendo, quia tantum est instituta in defectu objecti; si cut si quis haberet auxilium supernaturale transiens, (ut vocant) tunc & acquireret habitum supernaturalem,

pernatalem, concurret solus habitus, & non illud auxilium. Secunda ratio est hæc: quia longe alius modus cognoscendi est, quo Angelus cognoscit objecta per immediatum concursum objectorum, quam sit modus cognoscendi per concursum specierum: nam quando cognoscitur modo, cognitio illa non est Angelo voluntaria propriè, sed est inimpeditibilis, sicut visio beatifica, aut sensatio quæ sentit calorem in me existentem, nec potest se Angelus ita ad alia objecta divertere, ut non cognoscatur ea quæ sunt ipsi praesentia, sicut (in meis sententiis) non potest abstinere à cognitione sui, & fuerum specimen intentionatum: sicut ergo allabente sono ad aures, non possum non audire, & applicato igitur non possum non sentire calorem, ita Angelus non potest non cognoscere objecta praesentia, nec ab hac cognitione potest impediri cognitione aliorum objectorum, ad quæ se Angelus liberè applicat, viendo portius his quam illis speciebus. Itaque, ut ego exstimo, Angelus potentia intellectiva est quidem limitata quoad illa objecta, quæ per species cognoscit, ut non possit simul & semel nisi certum numerum cognoscere, at verò quod objecta praesentia, non haber potentiam limitatam ad certum numerum, quia hæc objecta necessitatibus.

CONTROVERSIA IV.

Vix objecta materialia possint immediate, concurrere ad cognitionem Angelicam.

883. Propendo in sententiam affirmativam ob hanc rationem. Videtur inductione vniuersali constare, quod quidquid causat aliquem effectum per virtutem suam vicariam, unum ex dubiis præstare possit; vel producere ipsum effectum immediate in casu debita approximatio, vel latenter producere virtutem illam vicariam, per quam dicitur causare effectum: si enim neutrum præstandi vim habet, non intelligo cum dicatur per suum vicarium agere: atque objecta materialia non sunt magis improportionata ad influendum immediate, quam ad producendas sui species in intellectu Angelii: ergo cum non possint producere sui species quando distanti, propter incapacitatem mediij, debent latenter producere posse quando sunt approximata: atqui objectorum distantium species jam ante accepit Angelus ab Authore natura, ut paulo post dicimus: ergo debet habere vim concurri immediate cum intellectu Angelico fibi approximatio. Accedit, quod mihi videatur (ut paulo ante dixi) non esse in potestate Angelii, abstinere à cognitione eorum, quæ illi sunt presentia.

884. Objicitur. i. Inter Ens materiale & spirituale tanta est impropositio, ut spirituale non possit caussari à materiali. Responsio com-

munis est, distinguendo: tanquam à causa adæqua & principaliore, conceditur, tanquam à causa inadæqua, minùsque principali, negatur. Instantiae sunt, quas nec adversarij negant. Phantasma caussat vñā cum intellectu cognitionis spiritualem, & sensations caussant vñā cum intellectu species spirituales, sive memorativas.

884. Vrgent. In Phantasmate & Sensationibus est ratio specialis, cur debeat posse tanquam causa partialis influere in actus spirituales. Imprimis enim sunt instrumenta domesticæ, quorum memoria cum sit necessaria, debent posse sive speciem relinquere: insuper plurimum accedunt ad naturam Entium spiritualium: habent enim pro subiecto partiali animam spiritualem, quam vitaliter afficiunt, & in modo tendendi assimilantur primis apprehensionibus. Contrario nostra intellectus elicite in corpore, tametsi sine spirituales, participant tamen plurimum de imperfectionibus actuum materialium, nempe Sensationum, à quibus pendent, & cum quibus habent maximam, si non omnino indispensabilem connexionem. Propter hæc ergo confinia horum actuum cum prioribus, faciliter intelligitur vñius in alterum influxus, quam lapidis v.g. in cognitionem Angelii.

885. Hæc quidem cum apparentia dicuntur: ceterum nemo ignorat, per hæc confinia non extrahi illos actus à ratione Entis materialis, siveque adhuc semper enervari fundamentum presumptum ex improportione quæ sit de conceptu generico Entis materialis & spiritualis.

886. Secundum argumentum est P. Arrubalis. Si in objectis corporeis esset vis efficiendi de cognitionem intellectivam ipsorum, potiori jure hæc vis esset in objectis supernaturalibus: Ergo nulla essent opera supernaturalia, quæ latenter Angelos. Hoc argumentum nullum robur habet. Non enim sufficit ad cognoscenda intuitiva objecta supernaturalia quæ talia, quod objecta sint praesentia, alioquin possemus naturaliter videre Deum, sed requiritur insuper elevatio potentiarum intrinseca vel extrinseca. Non est ergo defectus ex parte objecti, sed ex parte potentia. Accedit quod plurima supernaturalia (si non penitus omnia) pertineant ad Secreta cordium, ac proinde non possint invito altero Angelo cognosci; de quo infra.

CONTROVERSIA V.

A quanam causa producantur Species impressæ Angelorum.

887. Prima sententia est, Angelicas species produci ab objectis. Ita plures antiqui post Scotum. Verum haec sententia non potest universum sustineri. sunt enim plura objecta, quæ Angelo nunquam fuerunt praesentia; in distans autem agere non possunt, & tamen ab Angelo cognoscuntur.

R 3

Secunda

Secunda est, species emanare ab ipsa substantia Angeli, tanquam affectiones illi connaturaliter debitas. Ita Capreolus, Medina, Bannez, Ripa, Granadus, Comptonus.

DICO tamen probabilius esse, quod falso tem illa species, qua non possunt esse productae ab objecto, producantur immediate à Deo, ut Authore Naturæ, secundum exigentiam Angeli & objectorum. Ita imprimis S. Thomas q. 55. a. 2. ad 1. In mente, inquit, Angeli sunt similitudines creaturarum, non quidem ab ipsis creaturis acceptæ, sed à Deo, qui est creaturarum causa, & in quo primæ similitudines rerum existunt. Item q. 56. a. 2. ad 4. Si Deus, inquit, insituisse facere plures Angelos, vel plures naturas rerum, plures species intelligibiles mentibus Angelicis impressissæ, vnde ejusdem rationis est, quod Deus adderet aliquam creaturam universam, & aliquam speciem intelligibilem Angelo. Textus iste nota dignus est contra illos, qui pulchritudinem hujus universi putant non posse admittere villam speciem creaturarum defacto non existentium, nec in Angelis naturalem capacitem specierum, quas defacto non habent, ne scilicet talis capacitas sit Perperam, sed contra hos superius actum est, statim ab initio hujus tractatus.

888. S. Thomam sequuntur plures antiqui & Recentiores. Arrubal, Lugo, Arriaga, Pallav: Eparza. Probatur Conclusio. Non emanant ab essentiâ: ergo producuntur à Deo. Probatur antecedens. Si intellectus esset causa adæquata suarum specierum, argueretur virtus quædam quasi infinita in intellectu: compararetur enim ut causa adæquata ad illam collectionem specierum, in quarum perfectione nullus esset terminus: qualibet enim specie producenda, posset emanare alia perfectior, de alio objecto perfectiore, creabilis à Deo. Hinc autem rursus sequeretur, quod Angelus comprehendens nunc virtutem activam sui intellectus, in ipsa tanquam in causa adæquata, posset cognoscere omnes species omnium rerum possibilium, falso tem naturalium, quas Angelus posset in se tanquam causâ adæquata producere: Nam qui perfectè comprehendit causam, necesse est ut cognoscat omnes effectus, qui ab ea tanquam à causa adæquata possunt produci: ergo jam nunc Angelus sciret omnes creaturas naturales, & omnes rerum species producibilis; sciret enim quas species intellectuales posset ipse Angelus producere & habere de illis objectis.

889. Hanc probationem, quæ est Cardinalis de Lugo, respire debent illi, quorum paulò antè mentionem fecimus; sed quibus S. Thomas authoritas potior est, qui verbis paulò antè relatis, & collatis cum argumento quarto S. Thomæ ad quod ibi responder, admitit, potuisse Deum hoc universum quoad angelorum perfectionem ampliare, hoc argumentum non contemnit: sed neque illi Recentiores improbare possunt sibi præferri in hoc punto opinionem S. Thomæ, nam (ut ipsi loquuntur) in materia hac S.

Thome doctrina observanda est, utpote cui omnia patuere.

890. Huic probationi aliquando aliam addidi. Quando indifference substantia ad aliiquid sub disjunctione debitum ut passio seu proprietas, tollitur in primo statim instanti productionis, tunc determinatio attribuitur authori naturæ: atqui species intentionales, saltem aliqua, debentur sub hujusmodi disjunctione Angelis: ergo producuntur ab authore naturæ. Major patet in exemplis. Vbiq; aliqua disjunctio debetur cuivis creaturæ statim in primo instanti: Materiæ primæ debetur aliqua extensio: hujusmodi determinatio ad hanc potius quam illam vocationem, extensionem &c. attribuitur Deo; non fit autem determinatio hæc aliter, quam per productionem causæ particularis: ergo &c.

891. Ab hac probatione non videtur differre illa, quam postmodum legi in libello Card. Pallavicini. Differunt, inquit, species à cognitione, quia hæc cùm sit actus vitalis, non potest procedere immediate à generante, sed debet esse à principio intrinsecè completo, aedeoque supponit speciem ipsam. Ulterius, sicut in communi sententiâ, Terra, posito quod mundus potuerit produci in his vel illis spatiis imaginariis, habebat inclinationem vagam ad recipiendam hanc vel illam virtutem, per quam tenderet ad hoc vel illud spatium, & ideo pertinuit ad Deum, posito quod determinaret Universo tale spatium, imprimere Terra hanc virtutem, qua ex sua entitate tenderet ad hoc determinate spatium: ita pertinuit ad ipsum, infundere Angelo tales species, posito quod determinaret existere talia obiecta, quia impressio talium specierum non potuit aliunde determinari. Hac ille: in quibus etiam recedit à fautoribus Pulchritudinis Universi.

892. Objicit Granadus. Angelo est naturaliter debita cognitione plurium objectorum: ergo ab ejus essentiâ profluit illæ species, quæ ad illorum objectorum cognitionem sunt necessariae. Probatur consequentia: quia quod alicui substantia connaturaliter debetur, profluit ab ejus essentiâ; hac enim, & non aliâ ratione studetur calorem & potentias dimanare ab essentiâ.

893. Solutionem hujus argumenti facilem habent, qui universem emanationes passionum in Philosophia negant, & volunt proprietates produci à generante. In sententia vero admittente emanationes solvit argumentum ex secunda conclusionis probatione, paulò antè exhibita, nempe, quando debentur disjunctivæ, tunc Deus producit; quando autem debentur certæ, & in certo gradu, tunc admitti potest emanatio.

894. Objicies. 2. Intellectus humanus producit activæ suas species intellectuales: ergo idem de Intellectu Angelico dicendum est. B. Nérgando paritatem. Homo prius determinatur ab objectis, mittentibus species ad sensus externos, quorum actu mediante causatur phantasma, & hoc instructa anima, atque etiam (in communi sententiâ

sententia) concurrente, determinatur anima ad elaborandas certas species: Angelus autem nullam hujusmodi intrinsecam determinationem previam habet, nec ullum domesticum instrumentum accipit ab objecto, quo adjuvante producat species.

CONTROVERSIA VI.

Quo tempore producuntur species Angelica.

891. Prima sententia est, Angelos accipere species successivæ ab objectis, quando illis lociter applicantur. Scotus, Alenfis, Major, alij.

Secunda afferit, omnes species fuissent Angelis statim à principio congenitas, & nullas ab illis acquiri successivæ. Ita Valentia, Granadus, & Thomistæ communiter. P. Esparza hoc ipsum quidem afferit, sed supponendo potius, quam probando; nec argumenta contraria solvit, contentus probâsse, quod à solo Deo producantur.

892. Tertia sententia, media, docet, quodam species esse à principio congenitas, quodam vero post successivæ acquiri, non quidem quod phycice caussentur ab objectis, sed quod existentia quorundam objectorum sit conditio re quisita ad hoc, ut species postea infundantur à Deo. Hujus sententiae Authores non omnino conveniunt in assignandis illis objectis, quorum species primùm successivè acquiruntur. P. Suarez docet, actum Voluntatis & Intellectus, tan propiorum quam alienorum futurorum, species, non esse à principio congenitas, sed acquiri successivè; deinde etiam extendit ad species rerum præteritarum, quas vult acquiri, quando objectum est præsens, quarum beneficio remini scitur objectorum præteritorum, quā præteritum. Denique extendit ad species objecti universalis quā universalis.

893. Cardinalis de Lugo, & Arriaga, magis adhuc extendunt, nempe ad omnes effectus futuri dependenter à libertate aliquius agentis; & qua tandem omnis effectus futurus est dependens solum à libertate Dei, fatentur, omnium futurorum, ab Angelo in tempore cognoscendis species, successivè infundi, tunc scilicet quando illi effectus producuntur.

894. Dicendum 1. à principio fuerunt Angelis infuse species objectorum tunc existentium, secretis cordium exceptis, & si quid aliud erat, quod ab Angelis naturaliter cognosci non poterat, aut non oportebat. Ratio est; tum quia Adamo fuerunt hujusmodi species infuse, cur non multò magis Angelis? tum quia incredibile est, Angelum à principio creationis non posuisse cognoscere res vias existentes, nisi prius se illis applicasset. Et quia in hoc ferè convenienter authores, ideo non est in ejus probatione immundum.

895. DICO. 2. Probabilis videtur, Angelis non esse à principio creationis congenitas species ad cognoscenda directè, & cum absolute affirmatione, ea, quæ deinde successu temporis producta, & ab Angelis cognita fuere. Dixi, cum absolute affirmatione. Nam dubium non est, quod cum affirmatione conditionata & indirectè potuerit Angelus cognoscere effectus futuros multos in suis causis necessarijs, nempe sub hac conditione: nisi Deus ordinem nature velit immutare.

896. Probatum Conclusio. Si Angelis fuissent connaturaliter congenita species futurorum, potuissent connaturaliter cognoscere illa futura ut futura, antequam essent facta. sed hoc nec adversarij admittunt. Sequela probatur. Quandocunque existit adæquatum principium alicujus effectus, deberut connaturaliter concursus ad illum effectum producendum: sed, si species futurorum essent congenitæ, existeret adæquatum principium cognitionis de illis objectis pro posteriori temporis differentia existitus: ergo deberetur connaturaliter concursus ad cognitionem eorum ut futurorum.

897. Respondebis, concursum ideo non deberi ante actualē existentiam objecti, quia species in operando pendent ab actuali existentia objecti, non quidem tanquam à causa physica, sed tanquam à conditione sine qua non: sicut in sententia constituentे Relationem prædicamentalem in Entitate modali, cuius adæquatum principium sit fundamentum, in hac inquit sententia, productio illius modi, pender ab actuali existentia termini, tanquam conditionis.

898. Sed contra est primò: Tunc solum afferendum est, aliquid in operando pendere ab alterius actuali existentia tanquam conditione, quando effectus producendus connaturaliter supponit existentiam talis conditionis: sic in exemplo allato, relatio prædicamentalis est modus referens ad terminum ut actu existentem, est enim actualis Paternitas, similitudo, æqualitas &c. vnde si terminus non existeret, falsificaretur illa relatio. Jam verò cognitione futurorum quā talium, non supponit existentiam objecti pro tunc quando affirmatur, imò supponit necdum existere: ergo existentia objecti non deberet exspectari ab Intellectu Angelico jam instruто specie objecti tanquam vicariā illius, ut posset elicere cognitionem affirmativam futuritionis illius.

899. Contra. 2. Etiam si speciebus impressis non deberetur concursus antequam existant objecta futura ad ea quidditativer & intuitivè cognoscenda, adhuc duæ inconvenientia sequuntur. Primum est, quod Angelus præsiceret futura solum cognitione abstractivā. sequelam probo: cognoscere enim se habere speciem repræsentativam talis objecti futuri pro tempore quo existeret, & simul etiam adverteret, defacto denegari viam illius speciei: vnde colligeret, defacto quidem non existere, sed tamen existitum objectum; sciret enim quod species non futurorum

turorum non infundantur. Secundum inconveniens est, quod Angelus non posset scire, quandonam inciperet sibi vslui esse species talis objecti, sed deberet identidem tentare, & experimentum velle capere: & quia non posset simul tentare omnes species quas habet, propter limitatam potentiam ad certum objectorum numerum, ideo non posset nisi casu fieri, vt primo statim tempore, quo objectum ponitur, illud cognosceret: cum tamen deberet statim posse scire, quando objectum incipit existere: hoc autem in nostra sententia facilè declaratur: quia Angelus reflexè semper cognoscit suas species, adeoque advertit novam productionem speciei, & per consequens, habet in sua potestate ut ejusmodi species si velit, vt constabat ex dicendis.

904. Objicitur. 1. Ex nostra sententia sequitur, Angelos non esse à principio præditos Scientiæ plenitudine, quod est contra id quod habetur Ezechielis 28. *Tu signaculum similitudinis, plenus Sapientiæ &c.* sequitur itidem, in modo intelligendi reperi in Angelis infantiam, adolescentiam, & atatem virilem, sicut in homine, quod est contra S. Basiliū.

905. Rz. Si ex absentia specierum arguitur vacuitas scientiæ, & infantia, quidni pariter ex eo quod quidem habeant species, sed non possint illis vti, donec objecta existant? Neque dicant adversarij, habuisse saltem plenitudinem scientiæ in actu primo. Nam plenitudo Scientiæ in actu primo remoto, non est æstimabilis & commendabilis, vel certè non minus erit in nostra Sententia, quia Angelus exigit habere species prout, quando vslui esse possunt, & hæc exigentia est plenitudo scientiæ in actu primo remoto. Respondet nunc directè, Angelos habuisse plenitudinem scientiæ in hoc sensu, quod statim ab initio creationis cognoverint omnia, quæ tunc ab illis erant cognoscibilia, ita vt defectus non fuerit in Angelo, sed in objecto. Ad illud de Infantia, negatur sequela; quia Infantia significat defectum dispositionum in potentia cognoscitiva, etiam præsente objecto, qualis non reperitur in Angelo.

906. Denique sufficeret, quod Angelii haberint statim ab initio scientiam valde magnam, & non solum naturalem, sed etiam supernaturalem, vt dicerentur esse pleni Scientiæ, sicut Beataissima Virgo salutata fuit ab Angelo *Gratiæ plena*, quamvis deinceps toto vita tempore semper creverit in gratia.

907. Objicitur. 2. Cum nostra sententia non videtur confistere, quod Angelii habeant species magis minusvē universales. Rz. Negando sequalam: hoc enim salvatur in speciebus à principio congenitis. Deinde, perfectior Angelus potest simul ut pluribus speciebus ad eliciendum unam cognitionem plurium objectorum, sique generare speciem universaliorem, quam possit generare Angelus inferior.

908. Immò hinc confirmati potest nostra sententia. Adversarij tenentur admittere, dati defecto in Angelis species tam universales, vel aliqua saltem illarum sit apta repræsentare diffinītē objecta Syncategorematicè infinita, qualem specie vniuersalitatem in Angelis non recordor me ab illo admissem legisse: sequela autem probatur. Objecta futura per totam aternitatem sunt Syncategorematicè infinita, nempe cognitiones & volitiones Angelorum: atquid haec omnia cognoscenda secundum adversarios haber Angelus species ab initio congenitas, vt p̄ reliquo expressius fatetur P. Elsparza; Ergo vel haber Angelus species numero infinitas (quod est absurdum concedere) vel haber unam tam universalem, quæ æquivalat infinitis, & servire possit ad cognoscenda infinita: si enim singula species intra numerum finitum existentes possint tantum finite repræsentare: ergo possunt mensuratio numero finito: ergo non extendant se ad omnia finita futura in infinitum.

CONTROVERSIA VII.

Quæ ratio sit, cur Angelii non possunt cognoscere Secreta cordium.

909. Certeum est, Angelos non cognoscere hominum aut aliorum Angelorum Secreta cordium, hoc est liberos actus, & que essent illorum manifestativa, nisi consentiente illo, qui hos actus habet. Textus Scripturæ adduxi in Institutionibus, & breviter rationem exposui, ubi videri potest.

910. Quæritur itaque, vndenam hac Imponteria proveniat, & quid impedit Angelos ab horum objectorum cognitione certa, quandoquidem objecta existunt, & secundum se sunt entitates cognoscibiles ab intellectu Angelico, cum quivis Angelus in seipso cognoscat hujusmodi actus.

911. Prima Sententia est Scotti & Scotillorum, quos sequitur Theophilus Rainaudus *Theol. Natur. d. 4. q. 1. a. 4.* hoc non provenire ex intrinseca natura Angelorum & horum objectorum, sed præcisè ex libera Dei ordinatione, quam revelavit in sacris litteris.

912. Dicendum tamen est, hoc provenire ex natura & exigentia substantiæ intellective. Probatur. 1. Sacra pagina vocant cor hominum inscrutabile; patere soli Deo, & inde commendatur specialiter Scientia Dei; hæc autem non debent in aliun sensum detorqueri ab eo, quem præfererunt primo aspectu, nempe significant intrinsecam inscrutabilitatem, sicut dicitur Deus invisibilis, Christus impeccabilis &c.

913. Probatur. 2. Si sententia adversariorum vera esset, non fuisset bonum argumentum Divinitatis Christi, quando ad eam probandam Christus manifestavit Gentilibus Secreta cordium.

illi enim Scripturam non crediderunt; ergo ut esset bonum argumentum, debebant nature lumine judicare, Secreta cordium nemini nisi Deo perspecta esse.

914. Probatur 3. Natura intellectualis ordinatur ex se ad vitam politicam in communitate ducandam, cum quiete, concordia, confidentia &c. hanc autem vitam penitus turbaret arque dissolveret naturalis facultas cognoscendi aliorum cordium Secreta: nemo enim feret eis, qui non haberet plurimos actus inter nos, quos si sciret evidenter cognoscit ab aliis quibuscum vivit, & quidem se invito, vehementer affligeretur, & in pluribus casibus varia sibi incommoda timeret ab aliis: ergo ex intrinseca exigentia, & jure quodam naturali, petit natura intellectus hujusmodi secretum. Probatur consequentia. Natura enim ex innato appetitu petit ea omnia, que sunt necessaria ad finem, ad quem ab intrinseco est ordinata.

915. Confirmatur 1. Quia incredibile profus est, Naturam intellectualem esse ita continentiam, vt non possit tranquillam vitam agere, beneque gubernari, nisi Deus perpetuam exercet violentiam circa naturas nobilissimas, impediendo scientiam illis debitam, maximèque desiderabilem circa actus aliorum.

916. Confirmatur 2. ex Card. de Lugo. Sic enim ipso Natura instinctu judicamus violajus naturale secreti, si alius epistolam à me ad alium scriptam aperiat, vel cistam clausam estringet, ad explorandum, quid ibi lateat, ita natura instinctu judicamus, inesse nobis jus secreti circa nostros actus, vt illos possimus absconditos tenere, quamdiu volumus; & hoc est illud dominum in nostros actus, quod attendit S. Thomas q. 16. a. 4. in C. quando nostra Conclusionis ratione reddit paucis verbis. *Voluntas rationalis creature soli Deo subfacer, & ipse solus in eam operari potest, qui est principale ejus objectum, & finis ultimus.*

917. Quares: quinam actus interni gaudient hoc secreto. Certum est primò, non gaudere illos, qui externo aliquo signo & effectu, cum illis infallibiliter connexo, manifestantur. Secundò certum est, hoc secretum cessare, quam primum quis confitit, vt alter hujusmodi actus intelligat; hoc enim consensu posito, Deus producit in altero Angelo species talium actuum: & hoc non minus erat Angelis quam hominibus expediens; vt sibi posset mutuo sua secreta comunicare, & hac ratione se se mutuo devincent.

918. Tertiò certum est, hoc secretum vel maxime convenire actibus liberis voluntatis. Quidam reliquos, res non est ita certa. Generanter, hac regula traditur: Illos omnes gaudere

hoc secreto, qui exterius non produntur, & si cognoscerentur certò ab alijs, sequerentur inconvenientia indicata, & prejudicaretur sociali vita Angelorum. Vnde ex communi Doctorum, non solum actus Voluntatis non liberi, sed etiam actus intellectus, saltem imperati, veniunt sub hoc secretum, vt tenet S. Thomas, & manifestè satis colligitur ex S. Scriptura, probante etiam Divinitatem Christi ex revelatione hujusmodi actuum. *Quid cogitatis in cordibus vestris, &c.* Deinde etiam sub eodem secreto comprehenduntur actus intellectus directivi & practici, item reflexi supra actus hucusque recensitos, & species intentionales inde acquisita. Denique Suarez & communiter alij, complectuntur etiam actus speculatorios, in quo tamen dissentit Derkennius, sed rei admodum dubia non est amplius immorandum.

CONTROVERSIA VIII.

Quibus modis Angeli sua secreta alijs manifestent, ac invicem loquantur.

919. IN explicanda locutione Angelorum, mira est inter Authores discrepantia, qua fortassis cessaret, si non nimis scrupulosè requirent omnes proprietates locutionis humanae, proportionaliter ad locutionem Angelicam, quod certè ad explicandos Scripturæ textus non est necessarium, satis enim est, si ostendatur modus, quo manifestant invicem suos actus, qui modus sine vlo inconveniens locutio Angelica vocabitur, quomodounque fiat. Itaque non tam in aliorum opinionibus rejiciendis (quod faciunt, qui non nisi unicum loquendi modum volunt admittere) quam in assignandis diversis modis loquendi possibilibus laborabimus; quoniam autem eorum vi velint Angeli, penes ipsos erit. Itaque

920. DICO. 1. Angeli possunt inter se loqui vtendo signis materialibus, formando in aere voces vel characteres, quibus cognitis alter Angelus veniat in cognitionem illius conceptus, quem loquens Angelus hujusmodi signis exprimit, eo modo quo Angelus homini, vel homo Angelo loqui solet. Probatur. Si enim Angelus hoc modo homini loqui potest, vtique alius Angelus eadem signa intelliget, (cum & ipse iisdem signis posset ad hominem) & intelligendo signa veniet in cognitionem rei seu conceptus significati, non minus, immò melius quam homo.

921. DICO tamen. 2. Hic loquendi modus non potest universum esse sufficiens pro Angelis, sed alius præterea debet esse possibilis. Probatur. 1. Quia si nulla corpora essent interposita & praesentia Angelis, non præterea Angeli

S

geli

geli essent muti; sicut nec essent muti, etiam si nulla hujusmodi signa ad placitum essent impossita.

922. Probatur. 2. Quia Angelus A. debet posse loqui Angelo B. quin Angelus C. D. &c. cui non vult committere secretum, veniat in notitiam secreti: atqui si solùm loqui posset signis materialibus, posset etiam aliis Angelus, ipso loquente, quantumvis invito, eum intelligere loquentem, quia illa signa non essent sub secreto, sicut non sunt voces ab homine prolatæ. Ergo.

923. DICO. 3. Possunt Angeli loqui inter se per signa spiritualia, v.g. si prius inter se conveniant circa diversas figuræ à se induendas, que habeant officium diversorum characterum quas deinde loquens successivè asumat. Verum nec hic loquendi modus sufficit, quia Angeli debebant prius circa hæc signa convenire, adeoque alio modo inter se loqui, sicut homines debebant vocibus imponere significationem per nutus demonstrativos. Ergo datur etiam aliis modus.

924. DICO. 4. Angeli possunt invicem loqui manifestando immediatè suum conceptum mentis, quem habent de aliquo objecto. Ita Arriaga, Derkennius, & Esparza. Probatur. Tamdiu manet actus aliquis sub secreto, quamdiu Angelus non relaxat secretum suo consensu, ut alter cognoscat actum; quo consensu posito producit Deus species in altero Angelo, respectu cuius præstatur consensus, & sic patet alteri Angelo actus, qui prius erat sub secreto: atqui hoc sufficit ut unus Angelus dicatur alteri loqui, nisi fiat quaestio de nomine. Ergo, &c.

925. Objicitur. Hoc loquendi modo non possunt Angeli invicem mentiri; hoc autem est inconveniens. Major probatur. Nam in hac ratione patet loquentis actus audienti intuitivè & evidenter: ergo loquens non potest aliud habere in mente quam quod loquitur. Hoc autem esse inconveniens probatur tripliciter. Primum: quia soli Deo proprium est, non posse mentiri. Secundò, quia Lucifer seduxit alios non nisi mentiendo: ergo &c. Tertiò quia nos ipsi experimur, nos posse mentiri Angelis, v.g. asserendo dæmoni nos aliquid facturos, quod tamen in animo statuimus non facere.

926. R. 1. Transeat major, negatur minor. Nullum enim inconveniens esset, Angelos non posse invicem mentiri, si alium modum non haberent manifestandi sua arcana, nisi evidenter. Ad probationes facile responderi posset. Ad 1. sufficere quod possint mentiri hominibus. Ad 2. respondet rectè P. Arriaga, non fuisse opus mendacio ad seductionem aliorum, sed sufficiebat proponere motiva, qua Luciferum ipsum, impellebant ad lapsum, vel illis

non absimilia. Ad 3. patebit responsio ex d. cendis: interim dicatur, nos mentiri dæmonibus per voces, vel simulacra vocum in nobis formata.

927. Respondeo ad objectionem secundò, negando majorem, quia potest Angelus Angelo mentiri utendo alterutro ex prioribus duobus loquendi modis. Majus dubium est, an possit excogitari modus loquendi sine signis, qui conjungi possit cum mendacio, de quo jam

928. DICO. 5. Probabile est posse Angelos per solos actus internos invicem loqui, locutione aptâ ad mentiendum, & ad fundandum actum fidei in audiente. Declaratur. Michael vult mentiri Gabrieli, Deum sibi revelâste extremum judicij diem: elicit ergo desiderium, quo desiderat in Gabriele existere actum fidei, nitem authoritate Michaëlis, quod extremus Judicij dies sit futurus post annum, quo desiderio posito, Deus ut author Naturæ producit in Gabriele species non quidem repræsentantes immediate & in se, ipsam futuritionem Judicij post annum, neque etiam repræsentantes immediate & in se ipsum actum judicij existentes in Michaeli, quem habet de revelatione (nullum enim habet) sed repræsentantes illud ipsum desiderium Michaëlis, quod desiderium non est sub secreto, quia est formalis consensus, licet implicitus, in sui noti, sicut est volitus dirigens signa locutoria ad alium. Gabriel acceptis his speciesbus, statim eas in se cognoscit, & si est sufficienter excitatus ad audiendum Michaëlem, si velit attendere, & relido alio objecto cognoscere hoc desiderium Michaëlis, quod si facit, & assentitur proper Authoritatem loquentis, decipitur, & loquens mentitus est, quia contra mentem locutus.

929. Objic: 1. Hic modus loquendi offendit quidem, quod Michaël posset attentare mendacium, non tamen quomodo Gabriel posset decipi, & moveri ab authoritate Michaëlis. Sic enim Gabriel, quod Michaël si vellet, posset immediate suum judicium de futuritione extremi Judicij, & revelatione sibi facta, manifestare evidenter, & quod illud nolit facere, sed occultando utatur alijs ambigibus: cogitat ergo Gabriel, Michaëlem nolle sibi fieri communicare certitudinem futuri Judicij, sed velle decipere, quia non communicar meliore modo quo posse: cur enim occultaret suam scientiam? ergo non credet, & non decipiet. videatur ergo hic loquendi modus non stare cum possibiliitate prioris num. 5. asserti, & econtra. R. Hoc argumentum non probari, nempe, quod etiam inter homines ille non esset inventurus fidem apud alios, qui non certificaret alterum meliore modo quo licite posset, adeoque nisi dicta juramento firmaret tunc quando licite posset jurare, aut nisi se obligaret ad poenam solvendam, si decipiat, quod tamen

tamen non nisi absurdè exigeretur. Sicut ergo homines possunt ex certis causis nolle alteri manifestare suam mentem, summè certitudine tunc possibili, sic nec Angelis poterunt decessè causæ, non manifestandi evidenter suam scientiam, aut mentem. Posset v.g. Michaël nolle Gabrielem esse fibi patrem in cognitione & certitudine hujus veritatis: posset velle explorare, quā reverentia erga se siamque veritatem afficeretur Gabriel. posset denique velle esse securus, de non derivanda certitudine objecti ad aliorum notitiam.

930. Objic: 2. Volitus illa, quā vellet Michaël decipere, haberet intrinsecum respectum ad deceptionem, vel tanquam ad motivum alliens, vel saltem ut absterrens: ergo si Gabriel hanc volitionem intuitivè videret, hoc ipso cognosceret. animum decipiendi: ergo non crederet. qz. Angelum loquenter posse velle manifestare unam formalitatem illius desiderij, & aliam occultare.

CAPUT IV.

DE VIA ANGELORVM QVOAD STATVM GRATIÆ ET MERITI.

CONTROVERSIA I.

Vtrum Angeli acceperint Gratiam sanctificantem ex prævia dispositione.

931. Vpponendum est, Angelos statim in primo instanti sua creationis fuisse prædictos gratiæ sanctificante, vt cum S. Thoma tradunt communiter Doctores. Quæsto tamen est, an eam acceperint sine villa supernaturali & libera dispositione per actum fidei & Charitatis, sicut infantes accipiunt in baptismo, vel potius, an aliqua hujusmodi dispositio, tanquam meritum de congruo, præcesserit.

932. Prima sententia negat intervenisse hujusmodi dispositionem præviam. Ita Sotus, Molina, Arriaga.

Dicendum tamen est cum reliquis Theologis, defacto præcessisse, per modum meriti de congruo & dispositio, actum supernaturale, & quidem Charitatis Dei super omnia, quia gratia confertur defacto extra sacramentum, nisi per actum Charitatis.

933. Probatur Conclusio primò, à paritate. Homini adulto nunquam datur gratia sanctificans sine prævia libera dispositione, ne quidem per baptismum aut sacramentum Pœnitentiae: atq[ue] Angeli in primo creationis instanti fuerint adulti, habentes nimirum plenum usum rationis: ergo censendum est, hâc divinâ ordinatione etiam Angelos fuisse comprehensos. Alioquin cur Christus non contulit hanc prærogativam Baptismo respectu adulorum, sicut consulit respectu infantium, cùm sit sacramentum regenerationis?

934. Probatur. 2. Ratione à priori: quia per gratiam sanctificantem assumitur Angelus & homo in Amicum Dei, & illi quasi vinculo desponsationis obligatur, Oſea. 2. Sed talis Assumptionis & desponsatio non debet fieri nisi cum libero consensu illius, qui sic assumitur, si habeat liberum arbitrium: ergo &c.

935. Confirmatur. Quia sicut est perfectior modus acquirendi gloriam per merita, quam sine meritis, ita etiam erit perfectior modus acquirendi gratiam & amicitiam Dei per merita, quam sine meritis: & quidem non solum est perfectior modus ex parte accipientis, sed etiam ex parte Dei offerentis: nam perfectius est, non insire amicitiam nisi cum promerente, quam suam amicitiam obtrudere non ambienti.

936. Objic: 1. Humanitas Christi non accepit Gratiam ex propria dispositione, & tamen fuit sanctificata modo perfectissimo: ergo sanctificari per merita non est modus perfectissimus. qz. Distinguendo consequens: non est modus perfectissimus respectu suppositi non habentis sanctitatem substantiam, cui debeatur sanctitas accidentalis, nego consequentiam: respectu suppositi habentis sanctitatem substantiam, & exinde sanctitatem accidentalem debitam, concedo conseq. Itaque Humanitati non debetur operatio antequam subsistat: subsistit autem Humanitas Christi per Verbum, quæ est ipsius Sanctitas substantialis: Unioni vero hypostatica debetur Gratia sanctificans, quæ est sanctitas accidentalis:

cidentalis: ergo Christo debebatur hæc sanctitas ab intrinseco, & magis ab intrinseco, quām si p̄cē ob merita debita fuisse.

937. Jam verò Angeli nullum habent hūjusmodi substantiale Jus ad gratiam: ergo si illis gratia sanctificans fuisset data sine omnibus meritis, habuissent illam penitus ab extrinseco: perfectius autem est habere saltem aliquatenus ab intrinseco, nempe per merita de congruo, habentia aliquam proportionem cum tali præmio: ergo adest ratio, cur Angeli, non item humanitas Christi, debebant Gratiam habere per merita.

938. Objic. 2. Actus supernaturales exi-
gunt ex natura sua procedere ab habitibus super-
naturalibus, & hi habitus supponunt gratiam san-
ctificantem tanquam radicem: ergo connaturalius
erat Gratiam esse causam actuum omnium
supernaturalium, quām actus esse causam gratiæ.
¶ Concedendo totum. Non enim dicimus,
quod physicè considerando deberet actus p̄cē-
dere habitum; sed habitus deberet p̄cedere a-
ctum: fatemur ergo, hunc ordinem physicum
non fuisse à Deo observatum, ex rationibus mor-
alibus prevalentibus, quæ jam sunt indicatae.
Accedit, quod in plurimis alijs casibus erat ordo
physicus negligendus in supernaturalibus, ob
rationes morales, vt patet in justificatione adul-
torum, per actum Charitatis, qui tunc non pro-
cedit ex habitu, quamvis exigat ab illo pro-
cedere; nempe quia hoc erat & Deo & hominibus
gloriosius: quæ ratio habet etiam locum in prima
sanctificatione Angelorum.

CONTROVERSIA II.

*Vtrum in collatione Auxiliorum & Gra-
tia, fuerit observata proportio cum
inæqualitate Naturæ Angelicæ.*

939. Affirmat D. Thomas q. 62. a. 6. & cum eo
Theologi, vt Vasquez d. 228. c. 2. dicat,
se neminem legiſſ qui contrarium teneret. Opponit se tamen Arriaga, qui affirmit, se vix posse
dubitare de Falsitate hujus sententiae. Moderatiū loquitur Derkennius, Negativam sententiam
videri probabilem, spectatis rationibus, & se-
clusa authoritate.

940. Dicendum tamen est, Angelos in-
æqualem Sanctitatem consecutos esse secundum
inæqualitatem Naturarum. Probat primò au-
thoritate Patrum, & imprimis S. Basilij lib. de Spi-
ritu S. c. 16. quem fatentur adversarij, stare aper-
tè pro nostra sententia. *Negue Calorum, inquit,*
virtutes suscep natura sanctæ sunt, sed juxta portio-
nem quā se invicem superant, à Spiritu S. habent san-
ctificationis mensuram.

941. S. Damascenus lib. 2. c. 3. Per Verbum
omnes Angeli creati sunt, ac per Spiritum Sanctum sanctifi-
cationem omnes perfectionis numeros acceperant, ita
tamen, vt pro sua quisque dignitate & classe luminis
gratiaque participes sint.

942. S. Dionysius lib. de Cœlesti Hierar-
chia, vt referat Suarez & Moncaus, tradit, Ange-
los perfectiores in Natura propinquiores esse
Deo, tum in officio, tum in splendoribus Glorii
& Gratia; quod ait se à S. Paulo preceptore di-
cisse.

943. Probatur. 2. Afferendo congrua-
rationem; & quidem duo probanda sunt: pri-
mum, quod Angelorum auxilia supernaturalia;
quoad suam intrinsecam perfectionem, fuerint
inæqualia, pro inæqualitate naturali Angelorum.
Secundum, quod illis auxilijs, cum eadem in-
æqualitate cooperari sint: Vnde consequens erit,
quod etiam inæqualem gratiam sanctifican-
tem accepterint.

944. Primum sic suadetur. Gratiæ
accommodeat se Naturæ, per se loquendo, & seculo
speciali privilegio, vt haber non solum communis
sensus, sed etiam experientia. Nam homo
elevatur ad actus supernaturales intellectus & Volun-
tatis, similes omnino in modo representantia
de actibus naturalibus, quos elicere solet. Vnde
qui sunt perficiacionis ingenij, & majori sciencie
naturali praediti, copiosiorib[us]que ac clarioribus
speciebus instruti, illuminantur clarioribus acti-
bus supernaturalibus, nisi per accidens ponatur
impedimentum, seu morale seu naturale, peccatum,
vel perversus vius sensuum. Quodlibetum
plus conceditur, vt multis sensibus concecum
reditur, est beneficium singulare, & miraculum dif-
finitum à miraculo generali elevationis; mira-
cula autem non sunt presumenda: ergo idem
de Angelis dicendum.

945. Secundum etiam suadetur. Si enim
Angeli non fuissent illis auxilijs tuto conatu co-
operati, vel hoc factum est ex aliquo timore
defatigationis; (& hoc ineptè dicere ut de An-
gelis) vel ex eo, quod maluerint se vehementius
impendere alteri objecto creato, cum qua ve-
hementia non potuerit conjungi ad æquata coope-
ratio cum auxilijs supernaturalibus, moventibus
ad amorem Dei: hoc autem non videat esse
verum. Nam imprimis amores objectorum fi-
mul cognoscibilium, non sunt incompossibilis
secundum totam intentionem: natura enim per
cognitiones intendit amores: ergo non facit
incompossibilis cognitiones, nisi etiam faciat incom-
possibilis amores: ergo Angeli poterant vna cum
pleno amore Dei conjungere quemcumque amo-
rem licitum creaturarum, quas simul cognove-
runt. Verum, demus esse incompossibilis amo-
res, v. g. amorem sui vt 4. cum amore Dei vt
fes.

sex, ad quem tamen ponitur Angelus sufficienter illuminatus, credibilis est, Angelum potius e-licuisse amorem Dei ut sex, cum remissiore amore sui vel alterius creaturae, quam econtra. Postre sui enim Angelus se resolvit ad amandum Deum, eique obedendum, excluso quocunque amore incompossibili cum amore divino, non est verisimile, quod cum hac prudentissima ele-
ctione conjunxit hanc imperfectionem, & li-beret aliquam amoris intensionem intermisserit, vi se non nihil impendere posset amori alicuius creature.

946. Objicitur. 1. Illud quod alicui sim-
plificiter non debetur, non debetur etiam in certa
perfectione & gradu respectivè majore vel minore : Sed Angelo simplificiter non debetur ullum
donum supernaturale: ergo multò minus debe-
tur donum melius & perfectius ratione natura
perfectioris. R. Distinguendo maiorem; nullā
factā suppositione, concedo, secūs, nego ma-
jorem: & distinguo minorem. Factā supposi-
tionē elevationis ad finem supernaturalem nul-
lum debetur donum supernaturale, nego; non
factā has suppositionē, concedo minorem, &
nego Consequentiam.

947. Objicitur. 2. Poterat perfectior An-
gelus liberè se occupasse circa objectum creatum,
sticque non tam ferventer affici erga Deum. Ad
hoc jam suprà responsum est. Reiponderi etiam
alter potest, valde probabiliter, cum P. Esparza;
In Angelis non dari circa intensionem distinctam
liberatem ab ea, qua exercetur quoad substan-
tia actus, sed Angelum necessariò operari cum
tota intensione quā potest, supposito quod op-
eretur: ac proinde non posse ab intensione ma-
jore impediri per occupationem circa aliud ob-
jectum. Ratio est, quia imprimis Angelus non
fringatur, sicut homo, per intensionem; sed hæc
solum auget voluptatem actus; & per consequens
nulla est difficultas, sed summa facilitas inten-
sionis, immò necessitas; quia nihil mali apparet
removens specialiter à majori intensione actus.
Video hoc fundamentum minus certum esse Con-
clusio, eo tamen supposito, validè firmatur
Conclusio.

948. Objicitur. 3. Non solum ex speciali
privilegio, vt contigit anima Christi & Beatis-
sima Virginis, sed etiam per viam ordinariam, cre-
dibile est multis aliis evasisse sanctiores, quam
sunt aliqui Angeli, saltem inferiores: ergo etiam
credibile est, aliquos ex inferioribus Angelis
superesse aliquos perfectiores. R. Negando con-
sequentiā. In hominibus enim hoc poterat
provenire ex diutinitate viae, & multitudo oc-
currentium gravium tentationum: Angelorum
via fuit brevissima; & quidem in primo instan-
ti Angelico needum patiebantur Angeli gravem
tentationem ad deficiendum.

949. Objicitur. 4. Lucifer fuit naturae
perfectissimae, & tamen infelicissimus in accipien-
dis auxilijs congruis pro secundo instanti, in quo
lapsus est: Ergo si Deus tantam diversitatem in-
duxit, prudenter suspicari licet, inductam etiam
esse minorem inter ceteros Angelos. Et hoc est
rādē Argumentum illud, quo putat Arriaga,
posse quemvis prudentem moveri, ad receden-
dum à communī sententia, non obstante qua-
cunque autoritate contraria. Verū Argumentum
est acceptum ex Card. de Lugo, ex quo
etiam responsio accipienda erat.

950. R. In objectione confundi duo ma-
xime distinguenda, nempe efficaciam Gratiae, cum
eiusdem entitativa & intrinseca perfectione. Nam
Gratia quantumvis entitativè perfecta, potest
reddi inefficax, ex libero arbitrio non cooperante.
Et quidem nec Lucifer, nec ullus alius An-
gelus, habebat gratiam entitativè tam perfectam,
qua inducebat moralē necessitatem consentien-
di, sed omnes poterant moraliter, & non tan-
tum physicè, dislentire, & defacto dissenserunt.
Quodsi Lucifer fuisset consensurus, toto conatu
fuisset consensurus, ob rationes suprà allatas, &
sic ratione perfectioris actus voluntatis propor-
tionaliter subsequentis ad præviā illuminationem
fuisset etiam factus sanctior. Fuit ergo Lucifer
infelix in hoc, quod suā culpā fecerit, ne Gratia
entitativè perfectior aliorum Gratijs prævenien-
tibus, esset efficax.

951. Objicitur. 5. Si major perfectio na-
turalis est motivum congruum Deo, ad dandam
gratiam perfectiorem: ergo ex parte naturæ da-
tur congruitas, præcedens omnem gratiam & fa-
vorem; consequens sapit Pelagianismum.
R. Distinguendo sequelam. Datur congruitas
qua se habeat per modum meriti, negatur: qua
se habeat per modum conditionis requiri ad
hoc, vt supposita gratiarū elevatione, servetur
proprio inter Gratiam & Naturam, conceditur
sequela; & negatur sapere Pelagianismum, aut
minuere divini favoris estimationem.

952. Objicitur. 6. Quando ad Visionem
Beatam concurrit intellectus perfectior cum a-
quali lumine gloria, non propterea Visio sit per-
fectior, vt suprà dictum est. Ergo etiamsi natu-
ra sit perfectior, non propterea illuminationes &
auxilia erunt perfectiora. R. Negando conse-
quentiam. Disparitas ex ibidem dictis facilè redi-
ditur; Nam ad Visionem Dei, qua est cognitio
intuitiva, quā talem, nihil confer excesus per-
fectionis in natura, confert autem, vt illumina-
tiones supernaturales abstractivæ perfectiores,
habeant proportionem cum natura perfectiore,
quia sunt similliores cognitionibus naturalibus
Natura perfectioris.

S 3

CON-

CONTROVERSIA III.

Vtrum Angeli potuissent in primo instanti peccare:

953. Procedit quæstio in sententia communi, quod Gratia sanctificans fuerit illis collata dependenter à propria dispositione: nam in sententia contraria, clarum est, non habuisse Angelos potentiam peccandi, quia non habuerunt potentiam conjungendi peccatum cum gratia: habuissent autem hanc potentiam, si peccare potuissent, quia potentia peccandi, est potentia conjungendi peccatum cum omni eo, quod quis in illo instanti inimpeditibiliter accipit, quo modo, in sententia contraria, Angeli Gratiam accepissent.

954. Prima sententia, negat Angelos habuisse potentiam, etiam physicam, peccandi. Ita Thomista communiter, quos sequitur Granatus. Secunda Sententia absolute & fine distinctione affirmit. Ita Scotus, Valentia, Molina, Vasquez, Arriaga. Tertia distinguit, cum qua

955. DICO 1. Angelis non repugnat physicè peccatum pro primo instanti creationis, loquendo de potentia antecedente: & defacto habuerunt actum primum proximum physicum, ad peccandum mortaliter. Primum membrum probatur. Quidquid enim Angeli habuerunt in posteriore tempore, quo peccarunt, habere potuissent, si Deus voluisset, in primo instanti. Ergo potuissent habere actum primum proximum ad peccandum: atqui cum hoc debet esse physicè conjungibile peccatum. Ergo &c. antecedens firmabitur objectionum solutione.


956. Secundum membrum probat Lugo, supponendo, quod Angeli habuerint præceptum diligendi Deum, de quo non potest rationabiliter dubitari, quia eorum Via erat Brevisima, nec illa causa erat hoc præceptum differendum: ergo poterant hoc præceptum violare: nam omne præceptum Theologicum, hoc est, in conscientia obligans, sub interminatione incurriende ini-

micitia, debere esse violabile ab omni supposito, cui tale præceptum imponitur, suppono nunc ex dicendis de Incarnatione, ubi ex hoc fundamento negabo Christum habuisse Theologicum præceptum moriendi.

957. Probatur secundum. Quia in primo instanti elicerunt Angeli actus meritorios, dependenter à fide: ergo habuerunt obligationem credendi: ergo poterant hanc obligationem violare; vel negandum erit, Angelorum fidem fuisse liberam, quod tamen non recte negetur.

958. Objicitur ex S. Thoma. Prima operationes cujusque agentis, tribuuntur causa producenti illud agens: sed Deus est causa producens Angelos: ergo prima eorundem operationes tribuuntur Deo: sed Deo non potest tribui peccatum: ergo prima operatio Angelorum non poterat esse peccatum: omnis autem operatio suppositi, quæ fit in primo instanti, dicuntur esse prima illius operatio, non enim hic attendit prioritas Naturæ, sed temporis. Distinguendo majorem. Omnis operatio prima effectus ad quam Causa determinat effectum, tribuitur causa, concedo: operatio ad quam ipsa effectus se determinat, nego. hujusmodi esse peccatum, cuius causa determinans est principium respectu cuius est formaliter liberum, & vitaliter afficiens.

959. DICO 2. Probabile est, Angelos in primo creationis instanti, habuisse cognitionem moraliter necessitatem ad non peccandum. Probatur. Defacto nullus Angelus peccavit in primo instanti: quod autem in maxima multitudine fit uniformiter à libero arbitrio, fit vel ex speciali providentia Dei, vel ex morali necessitate: atqui specialis providentia non efficienda, si potest effectus in aliam causam refundi, prout hic potest: Ergo quod nullus peccaverit in primo instanti, convenientius reducitur in moralēm impotentiam antecedentem, quam in impotentiam physicam consequentem.



CAPVT

CAPUT V.

DE PECCATO ET POENA ANGELORVM.

CONTROVERSIA I.

Vtrum Angeli peccaverint appetendo Divinitatem.

960. **P**ecatum Angelorum fuisse peccatum Superbiæ, ex immoderata estimatio- ne & amore propria excellentiæ, est certa sententia contra Scotum, ex- presta in Sacris paginis.

Verum in explicanda hac immoderatione, & objecto illius amoris inordinati, tot ferè sunt sententiae, quot authores.

961. Prima Sententia est: Peccatum Luciferi fuisse, quod appetiverit æqualitatem cum Deo, seu ipsam Divinitatem, non quidem affectu simpliciter absolutio, & quoad modum tendendi efficaci (cognoscet enim hoc esse impossibile) sed ineffaci quodam desiderio, quo desiderabat esse possibile, ut ipse esset Deus, & non esset alius Deus, sed Deus defacto existens esset sibi subjectus. Hanc sententiam P. Arriga sc̄t. g. in fine tandem ceteris omnibus præfert. debet, nisi fallor, omnibus posthabere.

962. Rejicitur ergo 1. Hujusmodi Vel- leitates, ut notavit S. Thomas q. 16. de malo a. 3. non ita solent allucere intellectum, præsertim perspicacillium, qualis est Angelicus, ut amore imaginaria voluntatis, qua in ejusmodi velleitate reperiatur, defereret Deum, & ab ejus amore cef- faret, sive illius inimicum constitueret, quem immediate antè ferventissimè amasset. Certè nec in homine credo reperi posse hujusmodi velleitatem, nisi vel indeliberatam, vel supposita perversissimâ voluntate, multum jam antè sceleribus immersâ.

963. Rejicitur secundò. Quia hujusmodi velleitas non fuisset sufficiens occasio vel ansa prælii gravissimi, quod intercessit inter Angelos bonos & malos, nec etiam seductionis aliorum, & in suam sententiam traductionis. Ad quid enim inducere voluit Lucifer alios Angelos? An etiam vellent esse Dij? atqui, si Lucifer ne- rum quidem Deum voluit esse sibi æqualem, quomodo tam multis gloria sua affectata æmu- los tolerasset, nedum ad hoc affectandum folli-

citasset? an ut sibi tanquam Deo essent subiecti? atqui cæteri Angelii non ignorarunt Luciferum non esse Deum: cur ergo, & cui bono habuissent velleitatem se illi subjiciendi, si esset Deus? An, ut se sibi Lucifer tanquam supremo Ange- lo potius, quam Deo subjicerent? Verum, si se ex superbia noluerunt vero Deo subjicere, quo- modo se subjicerent Deo affectato?

964. Rejicitur 3. Quia Scriptura indicat conatum & actum absolutum, procedentem ex cognitione objecti ut possibilis. In celum, in- quiebat, consendam, super astra Dei &c. sedebo in monte testamenti; ascendam super altitudinem mon- tium. Hæc sane non significant meras vellei- tates.

CONTROVERSIA II.

Vtrum peccatum Angelorum fuerit in- ordinata appetentia Beatitudinis su- pernaturalis.

965. **F**uit quorundam Sententia, Luciferum ap- petivisse beatitudinem habendam inde- penderetur ab ulterioribus meritis, eò quod vide- ret, se jam sanctificatum esse, & dignum tali beatitudine. Adduntalij, Luciferum ad hoc appen- dum fuisse impulsum, quod à Deo didicisset, Homines ad eandem beatitudinem elevandos esse: quapropter, ut saltē discrimen esset in modo ac- quirendi beatitudinem, desiderasse, ut Angelis daretur sine meritis, hominibus verò non nisi per merita.

966. Nec hæc sententia satisficit. Vel enim hoc desiderarunt Angelii habere etiam inde- penderetur à Voluntate Dei, sive, invito Deo, vel dependenter ab ejus voluntate. Non primum, quia cognoverunt hoc sibi esse impossibile. Se- cundum verò non fuisset per se peccatum grave.

967. Di-

967. Dixerunt aliqui, minatos eos esse Deo desertionem, nisi darer gloriam independenter ab vltoribus meritis. Sed contra. Qualem queso desertionem minati sunt? An minati sunt inobedientiam, vel cessationem ab Amore illius? ergo voluerunt esse obedientes & amantes, cum hac conditione, vt Gloria detur sine meritis, ergo voluerunt quidem ponere merita, sed Gloriam noluerunt habere propter merita: hoc inepte diceretur. Superbus enim mavult habere gloriam propter merita, quam sine meritis, quem tamen posuerit, ne scilicet novo gratitudinis titulo obligetur?

968. Breviter. Non apparet, quā ratione peccatum Angelorum consistere potuerit praeceps in appetitione alicuius boni, sine omni Nolitione se subjiciendi Deo. Vel enim illud bonum voluerunt consequi volente Deo, & per media licita, & hoc non fuisset peccatum: vel per media illicita, & hoc respectu Beatitudinis supernaturalis est impossibile; & hoc cognoverunt Angeli.

969. Hinc rejicienda etiam est sententia Moliae, Præpositi, & aliorum, quod peccatum Angelorum fuerit appetitus dominatus in alias creaturas; eò quod Angelus considerans naturam excellentiam, appetierit omnibus creaturis mente prædictis dominari, & ab illis coli. Vel: quod voluerint eximi ab omni imperio alterius, & sic esse similes Deo, ut opinatus est Valentia, Becanus, Hackerus, Gamachæus. Non inquam hac sufficiunt, nisi denique deveniantur ad quandam nolitionem se subjiciendi Deo, quod est dictum ex mente S. Augustini Concio. 2. in psalm. 70. & lib. 11. de Civit. c. 13. & S. Gregorij lib. 34. Moral. c. 14. magisque ex dicendis constabit.

CONTROVERSIA III.

Vtrum Angeli peccaverint præferendo Beatitudinem naturalem supernaturali.

970. *E*st Sententia D. Thomæ, q. 63, a. 3. in C. lib. 3. contra Gent. c. 109. quod Lucifer appetierit indebet esse similis Deo, quia appetit ut hinc ultimum beatitudinis id, ad quod virtute sua naturæ poterat pervenire; avertens suum appetitum à beatitudine supernaturali, quæ est Gratia Dei. Sensus est: quod Lucifer ex nimia estimatione sua propriæ & naturalis excellentiæ, noluerit se humiliare eousque, ut per opera meritoria supernaturalia contenderet consequi felicitatem supernaturali, quam proinde ex superbia contempnit, volens contentus vivere felicitate sua naturali, & viribus nature conse-

quibili, per cognitionem objectorum natura- lium.

971. Confirmari potest primò ex P. Epipona, duo observando: primum est; prædicatum maximè proprium, maximèque appetibile divinitatis esse, ut sibi se solo sufficiat, folaque sua vi & sufficientia sit beata. Secundum est, non potuisse Angelum pervenire ad beatitudinem supernaturali, nisi per magnam & eximiam demissi- nem ac humilationem, tam quoad intellectum, quam quoad Voluntatem, captivando in obsequium fidei circa mysteria difficultissima: adherendo item firmissime promissionibus divinis obscurè propositis, & continentibus objecta maxime ardua, diligendo Deum super omnia, tanquam authorem supernaturalium.

972. Confirmari potest secundò ex P. Philippo à sanctissima Trinit. dis. 8. dub. 5. Quia quamvis beatitudo supernaturalis plurimum excedat beatitudinem naturalem, si tamen comparetur bonum excellentius cum bono connaturali, superbus majorem habet propensionem ad bonum connaturale, quam ad bonum excellentius quidem, sed non naturale, adeoque non proprium, sed quasi alienum: nam circa bonum connaturale & proprium, non habet tantam dependentiam ab alio, quantum habet circa bonum sibi indebitum: dependentiam autem abhorret superbus, & affectat independentiam.

973. Veneror sententiam ob reverentiam D. Thomæ debitam; adhuc tamen in ea defendenda difficultatem experior. Imprimis enim certum est, peccatum Angelorum fuisse, quod vellent esse similes Deo: hoc autem quod est: esse sibi ipsi sufficientem, eo modo quo Angeli cognoverant id sibi esse possibile, non satis idoneum declarat hunc affectum similitudinum cum Deo. Probatur. Est quidem hoc prædicatum maximè proprium Deo, sed in hoc sensu, quod Deus sibi sufficiat quoad felicitatem summam, incapacem incrementi, & satiavitam: felicitas vero naturalis Angelorum adeo distat ab hac sufficientia, ut non nisi inepte potuerit Lucifer dicere: permanendo in felicitate mea naturali ero similis Deo, exaltabo solum meum &c. uno verbo. Scriptura videtur indicare, conatum ascendendi ultra naturalem.

974. Præterea Angelus cognovit se gravissime peccatum, præferendo felicitatem naturali supernaturali, ad quam obtinendam creatus & obligatus erat: atqui peccatum non facit felicitate naturali, reddit enim obnoxium paenæ & miseria æternae, & hoc evidenter cognovit Angelus: ergo non poterat Angelus conatur retinere felicitatem naturali spretæ supernaturali; quia hæc ipsa prælatio fuisset destrucciónis felicitatis naturalis.

975. Vlt.

975. Viterius, Angelus in primo creatio-
nis instanti cognoverat suam felicitatem natura-
lem, & non obstante hac cognitione, prætulit
supernaturalem, eliciendo aetum fidei & amorem
Dei super omnia. Atqui voluntas Angelorum
est fatalem moraliter inflexibilis, non apparente
novo motivo: ergo non potuit moraliter abduci
a prima electione per solam cognitionem beatitu-
dinis naturalis, sed debuit accessisse novum mo-
tivum, quod esset assignandum.

976. Respondet tacite P. Esparza, Ange-
lum in primo instanti non attendisse ad suam fe-
licitatem naturalem, sed totum se occupasse in
objectis supernaturalibus per fidem & amorem.
Verum hanc reponcionem non recipient Thom-
aſte, qui (& in specie P. Philippus à SS. Trin.)
doceat, & meo iudicio verissime, Angelum esse
in continua sui suæque excellentia contempla-
tionis comprehensiva, ita ut nec possit ab ea ab-
ſinere.

977. Contra. 2. Et suppono id, quod
omnes Theologi tradunt, omnes Angelos bonos
temper perseverasse in amore Dei semel concepto,
& quo se ad sanctificationem difpouerunt, vnde
ad hominem sic argumentor. Si consideratio
beatitudinis naturalis non poterat stare cum Amo-
re divino, quem habebant mali Angeli in primo
instanti: ergo quando se in secundo instanti
applicerunt ad considerationem beatitudinis
naturalis, hoc ipso cessarunt ab amore divino;
sed non potest dici, quod hoc ipso cessaverint
ab amore divino; ergo consideratio beatitudinis
naturalis non excludebat occupationem in ob-
jectis supernaturalibus per fidem & amorem Dei.
Minor probatur. Si Angeli considerando suam
felicitatem naturalem, hoc ipso cessassent ab
amore divino, sequeretur, per hanc cessationem
eos fuisse moraliter necessitatos ad peccandum;
consequens nemo admittit: ergo nec anteceden-
tis admittendum est. Sequelam probbo: omnes
& soli illi peccassent, qui se ad hanc con-
siderationem felicitatis naturalis applicassent: ergo
fuissent moraliter necessitatos ad peccandum.
Antecedens patet: nam illi omnes & soli pec-
cavunt, qui ab amore Dei cessarunt in secundo
instanti, applicando se ad considerationem beatitu-
dinis naturalis, incompatiblem cum amore
Deisiam vero ad hominem probo consequentiam.
Quod uniformiter a magna multitudine fit, cen-
senus fieri ex morali necessitate, vt docet P. E-
sparza, inferens inde, quod in primo instanti
omnes fuerint moraliter necessitati ad non pec-
candum: ergo si omnes & soli illi peccaverunt in
tanta multitudine, qualis est malorum Angelor-
um, qui se ad considerandam felicitatem natu-
ralem applicarunt, hæc consideratio censenda es-
set moralem necessitatem peccandi induxisse.
Hoc autem est absurdum: ergo nullâ ratione di-
cendum est, quod consideratio beatitudinis na-

turalis excluserit amorem Dei in primo instanti
conceptum; alioquin unum ex duobus dicen-
dum esset, vel omnes malos Angelos fuissent mora-
liter necessitatos ad peccandum, vel aliquem ex
bonis Angelis etiam ab amore Dei per confide-
rationem felicitatis naturalis cessasse: quod ne-
mo concedit. Ergo a primo ad ultimum, ex
moraliter inflexibilitate Angelorum bene intuli-
mus, pro malis Angelis esse assignandum novum
motivum, & quidem aliud quam sit felicitas
naturalis, nam hæc etiam in primo instanti per-
fectè cognoscatur, nec ejus cognitio impedi-
bat occupationem circa supernaturalia.

CONTROVERSIA IV.

*Vtrum Angeli peccaverint, nolendo sub-
jici Christo venturo.*

978. DICO, veri similius esse, peccatum Lu-
ciferi fuisse, quod Christo, vt homini
venturo, recusaverit subjectionem, quam Deus
illi præcepit. Ita jam communiter Recentiores,
quod tandem etiam recurrit P. Esparza.

979. Et hæc quidem sententia facilius de-
fenditur ab illis, qui docent, Christum ventu-
rum fuisse, etiam si Adam non peccasset, nec pro-
inde redemptore opus fuisset: sic enim facilè
percipitur, quomodo in secundo instanti fuerit
Angelis propositum novum motivum humilia-
tionis. In sententia vero contraria S. Thomæ,
valdeque communi (cui non est in praesenti qua-
stione præjudicandum) non levem habet difficultatem.
Nam peccatum Adami præsupponebat
lapsum dæmonis, vt pote qui Adamum ad lapsum
induxit: ergo lapsus dæmonis non potuit præ-
supponere venturum Christum, si hujus adventus
præsupponit lapsum Adami: alioquin erit mutua
præsuppositio inter lapsum Adami & Christum,
nam lapsus Adami præsupponetur ad Christum
ventus: Christus venturus præsupponetur ad
lapsum dæmonis, & hoc mediante ad lapsum A-
dami.

980. Ad hanc difficultatem respondit
Card. de Lugo, Deum Angelis manifestasse In-
carnationem, non absolutè & certò futuram, sed
vt possibilem, dicendo v. g. se velle etiam creare
homines, & elevare ad eandem supernaturalem
Beatitudinem, quam Angelis præparasset, fieri
que posse, vt inter illos unus esset futurus, qui
similis esset Deus & homo, caput Angelorum &
hominum, & cui deberent obedire ac subjici pro-
tunc, quando existeret. Ut proinde se paratos
ostenderent, ad eam reverentiam suo tempore
præstandam, si Deus esset Incarnandus. Hanc
autem reverentiam Lucifer recusavit, indignum
ducens, supremum Angelum subjici naturæ toto
gradu

T

gradu

gradu inferiori, hoc est, humanae. Ad hoc autem non erat necesse, ut Angelis revelaretur certa futura Incarnatio.

981. Hanc responsonem P. Esparza ait sibi displicere ex duplice capite. Primo quia est subtilitas purè voluntaria, inventa præcisè ad vitandam difficultatem, absque exemplo similem præceptorum. Secundo, quia non est necessaria hæc subtilitas, ut pote Christo venturo, etiam Adam vel daemones non peccarent.

982. Pace tanti viri, non video, cur hæc sint duo capita displicentia: Subtilitas purè voluntaria hoc ipso formalissimè est subtilitas non necessaria, ergo hæc non sunt duo capita displicentia, sed unum formalissimè. Deinde respondeo pro Lugone; Esto, non sit necessaria hæc subtilitas illis, qui asserunt, Christum independenter à peccato Adami venturum esse, est tamen necessaria Lugoni, & pluribus contrarium tenetibus. Et sane miratus sum, hic à P. Esparza tam intrepidè supponi, Christum venturum fuisse Adamo non peccante, cum tamen in libello de Incarnatione vtramque sententiam problematicè propugnaverit, solumque dixerit, se in secundam aliquantulum magis inclinare. Non censeo, propter hanc paulò majorem inclinationem esse statim rejiciendam explicationem allatam divini præcepti, cum præjudicio sententia summa probabilis.

983. Quod verò addit P. Esparza, hujusmodi præceptum conditionatum esse absque exemplo, adhuc minus intelligo: nam vtrumque Testamentum plenum est præceptis conditionatis. nec est absque exemplo, quod Deus aliquid præcepit fieri præcisè ad explorandum paratum animum, cum decreto non permittendi effectum: sic Abraham præcepit, ut immolare filium: poterat ergo similiter præcipere Angelis subiectiōnem, quæ nunquam esset futura ad explorandam eorum obedientiam. Sed, demus fuisse præceptum sine exemplo: an non & Adamo præceptum sine exemplo latum est, de non comedendo pomo cum alligatione voluntatum & cum irreparabili præjudicio totius posteritatis?

984. Responso ergo Lugonis haec tenus sufficere potest; an insuper alia dari possit, videbimus, acturi de Fine Incarnationis, vbi hæc ipsa objec̄tio redibit. Nunc ergo

985. Probatur Conclusio primò non levibus Scriptura testimonijs. Jo. 8. cùm Christus intelligeret Judæos sua vita insidiari, dicebat: *Vos ex Patre diabolo estis, & desideria Patris vestri vultis perficere: ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit.* Vbi Christus claram loquitur de primo peccato Luciferi, quo scilicet in veritate non stetit, dicitque illud fuisse desiderium simile desiderio Judæorum, occidendi Christum, nēmpe sicut

Christi excellentiam, dignitatem, estimationem, cultum & venerationem, quæ populus illum prosequebatur, ei invidebant, & supprimere nesciabantur: ita Lucifer affectabat Christi supremum, ne supra se emineret, adeoque illi simili esset.

986. Huc etiam non obscurè facit illud Pauli ad Hebræos. 1. Et cùm iterum introducit progenitum in orbem terre, dicit: *& adorent eum omnes Angeli ejus.* vbi sermo est de secunda introductione Christi hominis in mundum, que facta est per actualem Incarnationem, & sicut tunc in effectu illum adorare jussi sunt, ita in prima introductione, hoc est, manifestatione Voluntatis latem adorationem exigunt, Angeli quod Voluntatis sua præparationem adoraverunt.

987. Probatur. 2. authoritate Sanctorum Patrum, quorum aliquos satis clare exprime nostram sententiam, facetur Atriaga. Huic autoritati accedit revelatio, qua refutatur in vita approbata Beate Joannæ de Cruce lib. 2. cap. 16. vbi narratur, illam sanctam Virginem à suo Angelo Custode accepisse pro certo, peccatum Luciferi & aliorum fuisse, quod non acceptaverint præceptum Dei, illis intimatum, adorandi Christum, & obsequium ei exhibendi.

988. Ratione denique suadet: quia non potest objectum magis idoneum exercende vel humilationis vel superbia affignari respectu Angelorum. Arduum enim utique est, subesse illi, qui quoad Naturam inferior est, sicut est arduum subesse illi, qui quidem quoad naturam simili est, quoad alias verò doles inferior. Fuit etiam vehementis indignationis moribum, nobiliore suâ naturâ neglectâ, humanam à Deo sibi fortassis assumentam præponi, & jam exigit paratum animum ad subjectionem, quod utique gravem suspicionem Angelis movit, ita aliquando futurum esse.

989. Res tota breviter sic concipienda proponi potest. Decrevit Deus elevarе naturam Angelicam quam humanam, ad finem supernaturalem, per merita consequendum: utque haberent merendi occasionem, decrevit utique præceptum ponere, ad obedientiam illius excendam, vt afferit S. Epiphanius hæresi 64. in illi, quæ ex Proclo & Methodio refert. in quem finem Scientia Media ostendit, quibusnam præceptum homines tum Angeli essent obtemperari; inter quæ fuit præceptum jam explicatum respectu Angelorum. Ulterius vidit Deus per eandem Scientiam Medium, quod si Angeli peccarent, nolendo obtemperare, illud peccatum foret occasio lapsus Adami, si huic præceptum poneretur non comedendi fructum.

Quia ergo per scientiam simplicis intelligentiæ jam prius cognovit Deus, quod peccatum præbeat

praebeat ex se occasionem & motivum, seu causam finalē mittendi Christum redemptorem: in hoc obiecto Deus sibi complacens, tanquam in motu removente prohibens, decrevit Angelis ponere hujusmodi praeceptum subjectionis affectiva.

CONTROVERSIA V.

Quomodo Dæmones ab igne torqueantur.

990. Elebris est sententia, Dæmones torqueri ab igne per alligationem localem ad ignem infernalem, à quo se liberare non possunt, tamē maximè vellent. Ita satis clarè D. Thomas q. 64. a. 4. ad. 3. ejusdem sententia est Abulensis in c. 25. Math. & teste Petavio, consenserunt Scholastici.

991. Suadetur hæc sententia imprimis ostendendo, quod hujusmodi alligatio non possit non esse molestissima Dæmonibus. Nam, vt post alios observant Comptonus, Esperanza, Philippus à SS. Trin. hujusmodi alligatio vim interficiat libertati Angelorum, & virtutis fæse absolvendi à quocunque corpore, & se transferendi quo labuerit. Quia verò defacto multi dæmones non sunt igni infernali alligati, dicuntur tamen ab cruciari, quatenus sciant se illi aeternū alligandos esse. Accedit, quod alligantur igni in loco infimo, cum prius affectassent locum sumptum: item quod alligantur illi instrumento, qui puniuntur etiam homines, & quidem à Deo aeternim reprobati, quæ apprehensio est eorum superbia valde adversa.

992. Suadetur. 2. à P. Esperanza, ostendendo, quod hæc poena sit p̄t alijs conveniens ex natura rei & proportionata peccato Angelorum. Peccatis hominum, inquit, & Angelorum est communis aversio à Deo, & contemptus donorum spiritualium, unde utrique similiiter pavent visione Dei, donisque omnibus supernaturalibus. Sed quod abusum rerum corporalium est magnum discrimen inter spiritum humanum & Angelicum. Qui spiritus humanus vnit corpori vnione per se, cōquæ delectatur rebus corporalibus, earumque actione & passione afficitur intrinsecè. At Angelus vnit corpori vnione tantum aggregativâ in ordine ad locum, propter ea quæ non afficitur intrinsecè actione & passione corporalium delectabilium, totusque abusus peccaminus circa illa consistit in actione, quā illis dominatur ad fines suos pravos. Hacigitur de causa oportuit, vt homines patentur in inferno ab igne aliisque agentibus materialibus, per qualitates ab eis productas, atque inherentes physicè hominibus, eisdemque molestias & nocivas. At respectu dæmonum solum

oportuit, vt vis eorum dominativa supra corpora, quoad motum localem, converteretur in servitatem per alligationem ad corpus nocivum respectu hominis, ideoque infamativum seu dehonestativum respectu dæmonum. Hæc ille.

993. Plura sunt, quæ in hac sententia difficultatem faciunt. Imprimis enim sensus fidelium est, acerbitatem pœnæ quæ animabus dæmonibusque infertur, tantò majorem esse illa locali alligatione ad ignem, quantum excederet continua corporalis adufio carcerem quemcumque quantumvis angustissimum & obscurissimum. Sanè antiqui Patres fuerunt etiam limbo alligati, neque tamen ideo aliquam pœnam sensus passi esse dicuntur.

Secundò, longè aliud videntur indicare illa divitis epulonis querela de tortura ignis, & preces, quibus petijt vel vñā guttā leniri tormentum: nunquid aliud non petijt, quam ad momentum ab illo igne absolvī, vt pauxillum extra illum spatiani posset (hac enim erit vna guttula) ne tantam infamiam pateretur? quis vñquam ita concepit?

994. Terterò vrgetur hæc sententia ex animabus purgatorio detentis: quarum alligatio ad ignem non potest illis esse molesta propter earum superbiā aut inordinatum appetitum evagandi, nec propter infamiam, quam ex illa alligatione patiuntur, nec propter ea, quod sint igni aeternū alligandi. Sanè in his animabus earumque tortura ab igne proveniente, non videntur villo modo procedere ea, quæ in favorem relata sententia adducta sunt, quæ pluribus adhuc impugnari possent.

995. Est ergo altera sententia, quæ docet, ignem elevari à Deo (seu physicè, seu moraliter) ad producendam aliquam qualitatem spiritualem in Angelo, non minus illi contrariam & molestam, quam fit calor corpori sensitivo. Ita Suarez, Ariaga, Derkennius & alij multi. Dixi. vel physicè, vel moraliter. Physicè quidem in sententia admittente potentiam obedientialem; moraliter autem, in sententia eam negante, (vt tenet Derkennius) quatenus nimur illa qualitas producitur intuitu ignis physicè torquentis corpora damnatorum, & propter similitudinem doloris, qui caussatur ab illa qualitate & à calore.

996. Objicitur. Non videntur esse possibles in Angelo alias qualitates quam vitales, nec dolor eorum videtur posse esse aliud quam actus vitalis: in Angelo autem non datur aliis actus vitalis, quam cognitione & volitio. R. Dolorem debere quidem esse actum vitalem, & quandam cognitionem experimentalem obiecti presentis, & valde contrarij seu dissoni naturæ; attamen Angelum esse capacem qualitatum non vitalium, sicut Anima rationalis est capax characteris spiritualis.

T 2

tualis. Porro sicut sensationes non afflidunt animam quatenus recipiuntur in corpore, sed quatenus recipiuntur in anima, licet versentur circa objectum non vitale, & sensationes sunt quedam experimentalis cognitio, ita qualitas illa spiritualis causabit in Angelo apprehensionem doloriferam. Neque hoc videtur difficultius captu, quammodo anima affligatur sensacionibus materialibus receptis in anima tanquam subiecto inadeguato. Quodsi haec omnia adhuc difficultia captu sunt, acquiescamus cum S. Augustino, credentes Dämones ab igne torqueri veris quidem, sed miris, hoc est nobis incognitis, modis.

CONTROVERSIA VI.

Quā ratione Lucifer habeat sibi cæteros dæmones subiectos.

997. INter dæmones vnum esse Principem cæterorum, cui se in prima adversus Deum rebellione subjecerunt, colligitur ex S. Scriptura. Luca. 11. Si Sathanas in se divisus est, quomodo flabit regnum ejus? Matth. 24. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus. Jo. 12. Nunc Princeps hujus mundi ejicetur foras.

998. Objicitur. Si Lucifer esset cæterorum Princeps, vel hoc esset ex natura rei propter Naturam perfectiorem, vel ex ordinatione Dei,

vel ex spontanea electione cæterorum. Nihil horum videretur dici posse. Non primum. Nam perfectior natura Luciferi non necessitat cæteros ad illi parendum: si enim Deo infinitè perfecto resistere potuerunt, quidni Lucifer? Non secundum dici potest. Dedece enim Deum, constitutre Principem Reipublice rebellis, & vincere hoc agentis, ut alios etiam ad rebellandum inducat, quod tendunt omnia Luciferi imperia. Nec denique tertium dici potest. Eleccio enim non inducens obligationem in conscientia, non constituit superiorem: sed eleccio dæmonum nullam poterat in illis inducere obligationem parendi Luciferi, quia nemo potest obligari ad peccandum ex imperio alterius: ergo corum eleccio non poterat constitutere superiorem.

Responderur, Principatum Luciferi non fundari in aliqua obligatione Theologica, vbi nec probatum est, sed in spontanea executione eorum, que Lucifer, tanquam sapientior, ordinaverit: cui libenter parent cæteri. Nam, vbi nec obseruat Derkennius, licet omnes dæmones sint superbissimi, & se invicem oderint, magis tamen oderunt homines, Christum, & Deum, & ideo ut his male faciant quantum possunt, malent Luciferum audire, quam ei resistere, cognoscere, quod haec voluntatis suæ cum Lucifero conformatio maximè conductura sit ad promovendum bellum contra Deum, Christum, & Hominem susceptum.

FINIS PRIMI LIBRI.



CON-